R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
A
107
NAPOLI

Racc. Villarosa A. 107

2-2

Ex lib. Caroli Ant. de Rosay
an. 1747

Digitized by Google


DISSERTATIO
De
RATIONE STATVS
In
IMPERIO ROMANO-
GERMANICO.

Biblioteca Nazionale V. E. III - NAPOLI

Digitized by Google

DISSERTATIO
DE
RATIONE STATUS
IN
IMPERIO NOSTRO
ROMANO-GERMANICO.

In qua.

Tum, qualiſnam reverà in eo Status ſit; tum, qua ratio Status obſervanda quidem, ſed magno cum Patriæ Libertatis detrimento, neglecta hucuſque fuerit; tum denique, quibuſnam mediis antiquus Status reſtaurari ac firmari poſſit, dilucidè explicatur.

AUTORE

HIPPOLITHO à LAPIDE.

FREISTADII.

ANNO 1647.

Benevolo & cordato

L E C T O R I

S A L U T E M.

FUneſtam & cadaveroſam hodiernæ Germaniæ noſtræ faciem contemplanti mihi, cauſas, quid ita à ſemet degenerârit, & priſtinæ Libertati ac Dignitati penitùs decoxerit, indagare, haud ſemel in mentem venit, benevole & cordate Lector.

Et quidem præter immobilem Fatorum vim ac ſeriem; quâ, ut homines, ſic & Imperia, naſcuntur, adoleſcunt, creſcunt, decreſcunt, conſeneſcunt, moriuntur, variæ ac multiplices, eæque graviſſimæ cauſæ primo ſtatim obtutu ſeſe obtulêre: Interque illas una haud è poſtremis; Legum, nempe, varietas, ac multitudo, Leguleiorumque ſeu Legiſtarum, eorum ſcilicet, qui legibus & Juri privato operam dant, nimia in Republica autoritas.

Quâ in re, ſi in quâquam aliâ, Germania noſtra adeò ſibi diſſimilis facta eſt, ut, ſi præteritarum hiſtoriarum ſpeculum inſpiciat, ſemet ipſam minimè gentium agnitura ſit.

Nam olim quidem apud Germanos plus valebant boni mores, quàm alibi bonæ Leges, autore Tacito: *(a)* Et ne longiùs in antiquitatem abeamus, adhuc Imperatorum tempore, uſque ad Lotharium, Inſtitutionum, Digeſtorum, Codicis, Novellarum, Juris quoque Doctorum, Advocatorum, Procuratorum, Notariorum, & ſimilium, quos *togatos vultures, viliſſima capita, forenſia pecora*, Apulejus (*b*) indigitat, ignota erant nomina.

Hinc, ut in incorruptâ Republ. paucæ Leges; nulli Legiſtæ. Rara inter privatos litigia: In publicis Fides integra, ingens Libertatis apud omnes amor, & generoſum ejus tuendæ ſtudium.

Poſtquam verò Juſtinianæum Jus in Germaniam invectum, Juriſque Interpretibus ac Legiſtis aditus patefactus eſt mox, non privati tantum fori & Judiciorum ſubſellia, ſed arcanos quoque, conſiliorum publicorum receſſus ingenti quaſi diluvio illi-ipſi inundaverunt, nec flagitiis, ſed Legibus & Legiſtis laborare cœpimus.

Hinc, ut in corruptiſſima Republ. plu-

(*a*) *de moribus German.* (*b*) *de aureo aſino.*

plurimæ Leges; (*a*) plurimi Legiſtæ. Hinc inter privatos innumerata litigia: In publicis ſubleſta fides, & dejecti, diſpoſitique ubivis ad ſervitutem Imperatorum ſubeundam animi.

Quod ad privatarum litium multitudinem attinet, res ipſa ſeſe ſatis oſtendit, nec in meridiano ſole mutuatitio ullo lumine uſus eſt.

Seculum tantum noſtrum pauliſper intuere, quo noxæ integritas, contumeliæ pudor, ludibrio fides, litigio eſt omnis contractus & actus; ut Juſtus Lipſius alicubi (*b*) ſcribit.

Reipubl. adminiſtrationem ſi ſpectemus, pravum iſtum in Germania morem invaluiſſe videmus, ut, ſi quis evolvendis Juris antiqui tricis & nugalibus Juſtiniani quinquennium in Academiis vixdum impenderit, & Doctorellus, rubrâ tiarâ redimitus, redierit in patriam, illicò, contra L. Syllæ monitum, (*c*) dignus hucuſque habitus ſit, Reipubl. admoveri gubernaculis, qui remum nunquam tetigit, aut undabundum mare ne per ſomnium quidem vidit; & ingenti præfici corbitæ, qui celocem nunquam rexit.

(*a*) *Tacit. lib.4 annal.* (*b*) *cent.1.epiſt.8.* (*c*) *apud Sabellic. rapſod. hiſtor. enneade.6. lib.3.*

Quod ſi antiquæ rei Romanæ, aut univerſalis hiſtoriæ Scriptorem per tranſennam fortè inſpexit, & inſuper Electorum numerum, officia, aliaque curialia, quibus Aurea Bulla ad nauſeam uſque referta eſt, enarrare ſciverit; Jamidem Juris publici peritiſſimus, ex aſſe, omnibuſque numeris abſolutus Jureconſultus, & vel toti Imperio gubernando par fuerit habitus.

Multi quoque, tanquam longo rerum uſu & experientiâ inſtructi, conſiliis publicis admoti ſunt, qui, ſi rectè attenderes, aut cauſidicinam aliquam diu exercuerant, & meras rabularias artes, fori ſtratagemata, venalemque perfidiam ſpirabant, aut, ad ſummum, tribunalibus, & jure inter litigantes dicundo ſeu affuerant, ſeu præfuerant.

Ita à foro in Aulam, & intimiora conſiliorum publicorum penetralia, ſub ſplendido Juris publici privatique Sacerdotum ac conſultorum nomine, inſinuavit & irrepſit Legiſtarum turba: Tantamque Jus Civile, & Leges Juſtinianeæ obtinuerunt autoritatem, ut, niſi qui illis apprimè inſtructus, fuerit ad Rempubl. gubernandum idoneus exiſtimatus nemo.

Hi, ſcilicet veri Atlantes fuerunt, qui

cœlum

cœlum iſtud politicum Juridicâ ſuâ ſcientia vulgari omnium opinione, ſuſtentare poſſe, hucuſque crediti ſunt.

Hinc evenit, ut actionum ſuarum formulas, inſtrumentorum clauſulas, exceptionum, replicarum, duplicarum, triplicarum, quadruplicarum, & alia, è Jure privato deprompta, cavilla, Proteſtationes, Appellationes, cautelas, ſeu ſutelas potius & impoſturas ſuas è foro in Rempublicam inferrent.

Hinc factum, ut quandò de Statu Imperii, & verâ Status Ratione dubitatio exorta fuit; illi, Legum quidem antiquiorum, & Juris Civilis ſcientia ſatis imbuti, Juris verò Publici, Hiſtoriarum, (inprimis patriarum) noviorum quoque Imperii Conſtitutionum notitiâ leviter modò tincti, non tam ex iiſdem Imperii Conſtitutionibus, Germanorum hiſtoriis, & notoria obſervantia, quàm veterum Legum placitis, & Legiſtarum, Bartoli, Baldi, ſimiliumque, qui maximam partem peregrini, ac Status noſtri imperitiſſimi fuerunt, commentariis litem deciderint, ad Imperatoris molendinum omnia traxerint; ea, quæ de Imperio ac Imperatore Romano antiquo ſcripta inveniebant, ad modernum Imperii Statum promiſcuè ap-

plicârint, atque ita, ex veterum Legum, quæ ſub Statu monarchico lata ſunt, præſcripto, ſecundùm Imperatorem vindicias in pleriſque dixerint contra Patriæ Libertatem.

Hinc jura omnia, de Principe loquentia, ad Imperatorem noſtrum cum Durando Speculatore (*a*) accommodârunt: Ejuſdem poteſtatem cum Baldo, (*b*) jure antiquæ Legis Regiæ metientes. Quam Legem Regiam nec ſublatam hodie eſſe, imò nec tolli potuiſſe, ſuaviter ſomniârunt. (*c*)

Hinc monarchicum Imperii Statum, Imperatoriſque Majeſtatem, Legibus ſolutam poteſtatem, & plura talia, quæ ex veterum Legum monumentis hauſerunt, tanquam aras focoſque, in conſiliis, dictis, ac ſcriptis ſuis, plerique hucuſque propugnârunt, & propugnant.

Plerique, inquam: Nec omnibus promiſcuè hanc maculam adſpergere, animus eſt. Sunt enim inter Jureconſultos & Juris Doctores quoque, ſed oppidò pauci, quibus

de meliore luto finxit præcordia
Titan;

qui-

(*a*) *tit. de appellat.* §. *videndum reſtat. in princ. lib.* 2. (*b*) *conſil.* 327. *pridiè enim. verſ.* 7. *ſed Imperator lib.* 1. (*c*) *ex Aretino & Iulio Claro Reinking. lib.* 1. *de regim. cl.* 2. *c.* 2. *n.* 55.

quique, neceſſaria juris publici ſupellectile inſtructi, vulgarium Legulejorum errorem nobiſcum agnoſcunt, & cordicitus deplorant; Sed illis tamen, qui longè plures ſunt, conſilia publica plerorumque locorum moderantibus, Patria noſtra, à ſublimi Libertatis faſtigio ſenſim defluens, tam procul nunc abeſt à ſervitute, quàm procul à Libertate Majorum noſtrorum tempore abfuit.

Optandum itaque foret, Legem Imperii, quæ, Friderici III. tempore, de excludendis, tam à privatis Judiciis, quàm publicis conſiliis, Legiſtis, ſub incude fuit, exſecutioni fuiſſe mandatam: Cujus verba memorabilia hæc ſunt. (*a*) Daß alle Doctores der Rechten / im Heiligen Römiſchen Reich Teutſcher Nation/am Cammer-Gericht/bey keinen Rechten / vnd in keines Fürſten/ oder andern Rähten mehr gelitten/ ſondern gantz abgethan werden ſollen: Weil jhnen das Recht mehr / dañ den Leyen / verſchloſſen iſt / vnd kan jhrer keiner einen Schlüſſel dazu finden/biß beyde theil arm werden / oder gar verdorben ſeynd. Sie ſeynd Stief-väter/ vñ nicht die rechten Erben der Rechtẽ/

 dann

(a) *Imperatoris Friderici reformatio de Anno* 1441. *apud Goldaſt. in* Reichs-Satzungen *p.*164. *ut refert Limnæus l.*1. *de jure publ. c.*10.

dann ſie nehmen jhnen den grund der Wahrheit; vnd bringen durch jhren vnordentlichen Geitz das Recht zu einem ſolchen Vnglauben / daß kein From ſein Vertrawen darein mehr ſetzen kan.

Nam ſine Cauſidicis & Legiſtis ejuſmodi, ſatis felices olim fuère, futuræque ſunt Urbes ac Reſpublicæ; ut Columella olim ſcripſit. (*a*)

Nos verò, poſtquam verum ac genuinum Imperii noſtri Statum, Statuſque Rationem, accuratiori mentis indagine perveſtigare, lubido inceſſit, cum videremus iſtos Politico-Legiſtas in eo maximum, Patriæque perniciosiſſimum errare errorem, quod Juri Civili, & Legibus antiquis, Legumve Doctoribus primas ubique, & nimium autoritatis tribuunt; longè diverſa ab aliis viâ rem aggreſſi ſumus.

Baſin ſiquidem, & fundamentum operis noſtri, non è Legibus antiquis ac Legiſtis, ſed Receſſibus inprimis, ut vocant, ſeu recentioribus Imperii Conſtitutionibus; Germanicæ hiſtoriæ Scriptoribus, tum variis, ſuperiori ac noſtro ſeculo, confectis polemicis, alteriuſve generis, ſcriptis, literis item ab Imperatoribus Imperiique Statibus hinc inde miſ-

(*a*) *lib. I. de re ruſtica.*

miſſis, aliiſve ſimilibus documentis, exſtruximus.

De quorum omnium fide, quo minus dubites, ipſiſſima ſemper verba adduximus; Unde, quia pleraque Germanico idiomate ſcripta ſunt, tot ubivis occurrunt Germanicæ periodi; imò integræ ſæpè pagellæ, integra folia.

Receſſus quidem, ac conſtitutiones Imperii, limpidiſſimi Juris Publici fontes ſunt: Quorum dum copia nobis eſt, non curamus veterum Legum fæces, aut impuras Legiſtarum lacunas.

Inter Hiſtoricos, non proletarios, ſed claſſicos aſſiduoſque Scriptores reperies, qui, ipſi plerique origine Germani, rerum Germanarum memorias per Commentaria ſua ad poſteros propagârunt.

Polemica denique & alia ſcripta, documentave, (literæ quoque hinc inde miſſæ,) partim ſeparatim variis in locis edita, partim ab Hortledero & Lundorpio (qui Hortlederum, ſed parum dextrè, æmulatus videtur) in certa volumina collecta conſpiciuntur.

Multa quoque, nec in ſcholis decantata, nec in commentariis protrita, imò necdum adhuc ullo modo publici juris facta, intra privatos noſtros deliteſcunt

parie-

parietes: in quibus tamen citandis, ea nos fide verſatos, DEUM & conſcientiam facimus teſtes, ut, ſi opus ſit integra eorundem exemplaria, ſive copias, ut vocant, exhibere non vereamur, & dubitandi Lectori omnem eximere ſcrupulum illicò poſſimus.

Inter hæc reperies particularia non pauca, quæ ſeculo noſtro acciderunt, & dicta, ſcripta, ſeu facta ſunt, quæque inducere, propoſitum noſtrum efflagitavit.

Ubi hoc unicum te monemus, benevole & cordate Lector, quod nullius, ſive Bohemus, ſive Palatinus, ſive Auſtriacus, ſive Unioniſta, ſive Legiſta, & quiſquis tandem ſit, acta ac attentata, ſeu dicta & ſcripta probemus aut noſtra faciamus, niſi quatenus propoſito noſtro inſerviunt, & quatenùs ea applicamus.

Jus Civile, & leges antiquas quod attinet, ſi quis preſſo illis pede inſiſtere, & Statum Imperii exinde formare vellet, nos eas, ſtante veterum Imperatorum monarchiâ ſcriptas, tanquam carmina Romanæ ſervitutis, Republ. potiùs pellendas, cum Staniſlao Orichovio (*a*) cenſeremus.

Nec

(*a*) *In funebri oratione Sigiſmundi Regis Poloniæ, quem refert VVarem. ab* Erenberg *parte 1. de fœder. cap. 1. n. 126.*

Nec enim ulla Lex in Rempubl. pernicioſior excogitari queat; quàm quæ tempora, jam olim elapſa, reſpicit: (*a*) Jus autem iſtud civile, ſub veteri Imperii Statu ſcriptum & compilatum eſt, à quo Status Imperii præſens toto cœlo diſtat. (*b*)

Unde emergit, iſtos Juriſprudentiæ deditos, non ſolùm incaſſum laborare, dum principia juris Romani, hoc eſt, antiquum Statum, ad eum, qui nunc eſt, redigere nituntur; verùm etiam oleum & operam perdere, qui ex Bartoli ſimiliumve traditionibus hodiernum Statum metiuntur. (*c*)

Nec enim, ut rectè monuit, quiſquis monuit, (*d*) Imperii noſtra forma ex Jure civili, ejuſve Interpretibus, ſed ex novioribus Imperii Conſtitutionibus, Capitulatione Cæſarea mutuis compactatis, & antiqua obſervantia dijudicanda eſt.

Iſtæ quoque, è Juris privati regulis ac rivulis hauſtæ, ratiunculæ, & argumentatiunculæ, cum grano ſalis accipiendæ ſunt: Eò, quod immenſos Juris pu-

(*a*) *Machiav. lib. 3. hiſtor. Florent.* (*b*) *Paurmeiſt. de juriſdict. in epiſt. dedicat.* (*c*) *Andreas Knichen de ſublimi territorii jure in epiſtola dedic.* (*d*) *Autor. Donavverdica informationis p.* 121.

publici agros, Regnorumque latifundia, privatarum Legum decempedâ metiri non liceat. (*a*)

Nam, uti diverſa eſt indoles cauſæ publicæ à privata, ita longè alia requiritur procedendi forma: Neque illa, ſicut hæc, forenſibus terminis, ſed potiùs ex penetralibus Reipubl. deſumtis rationibus, internaque ejus forma circumſcribitur. (*b*)

Non tamen Leges civiles, Legumve rationes, à laboribus noſtris penitùs excluſimus, aut proſcripſimus: Quin potius fatemur, multa in iis, juri naturæ conſentanea, reperiri, quæ formando, firmandoque Statui noſtro, Statuſque Rationi adminiculentur.

His ergò ita utimur, ut ne dominentur inſtituto noſtro, ſed ancillentur, ac ſerviant.

Nec enim formare ex Legibus antiquis hodiernum Statum & Rationem Status, ſed illis, ex moderno Jure publico formatis, applicare Leges antiquas oportet.

Denique evanido Legiſtarum, & Juris Intrepretum fumo mentem noſtram obnubilari, paſſi haud ſumus. Quicquid enim Bartolus, Baldus, & hujus farinæ, di-

(a) *Limnæus lib.1. de jure publ. cap.11.*
(b) *Thomſonius de cauſis motæ Bohemiæ.*

dicant, ſcribant, ſomnient; quicquid ex Jure Romano, & antiquis Legibus, ad Imperii noſtri Statum obtorto collo trahant, perinde nobis eſt: Diſtinguimus tempora, & conciliatur ſcriptura.

Quinimò, ut Diogenes, Populo theatro exeunte, ipſe contrà nitebatur: Ita nos Legiſtarum vulgo, & communi opinioni in pleriſque ſumus contrarii.

Videbis itaque, contra aliorum Juris publici Autorum morem, non admodùm numero, & potiſſimùm, ubi referenda eorum opinio fuit, aut illi in quibuſdam articulis inſignitè pro nobis faciunt, Legiſtas à nobis allegatos.

Nec ipſa quidem Autorum volumina ea propter revolvere, aut ſcrutari, condignum operæ precium exiſtimavimus, (nam Legiſtam ex profeſſo agere inſtituti noſtri non eſt) ſed pleraque ex aliis Juris publici Scriptoribus, qui hujuſmodi autoritates confertim conſtipant, ut Paurmeiſtero, Reinkingio, & ſimilibus (ipſorummet ſcilicet fide) deprompſimus.

Auguramur equidem, nos ſententiæ noſtræ approbatores in Germania aut paucos, reperturos, aut nullos: Quinimò ingens contradicentium ac maledicentium agmen jam eminùs mente proſpicimus. Sed

Sed nequicquam nos terruerint iſta conviciorum terricula; quæ, velut generoſi equi latratus canum, alto ſupercilio deſpicimus: Nec falſi quicquam ſcienter admiſcuiſſe per calumniam, nec veri volenter omiſiſſe per adulationem ſatis nobis conſcii.

Convicientur itaque, calumnientur, debacchentur pro lubitu: Nos bonæ conſcientiæ ſcutum illorum intemperiei opponemus, donec viperæ iſtæ (ut antiquorum Germanorum in cauſidicos dicterium (*a*) huc applicemus) per ſemet tandem ſibilare deſinant.

Tuum verò, benevole & cordate Lector, judicium, non tantùm non ſubterfugimus, ſed etiam expetimus, ac ultrò provocamus; nullo tamen ſiniſtro præjudicio occupatum.

Lege ergò, judica, cenſe; &, ſi humanitus forſan alicubi erratum fuerit, corrige: *Nec* enim *pigebit unquam, ſicubi hæſitamus, quærere; nec pudebit, ſicubi erramus, diſcere.*

(*a*) *apud Florum lib.4. hiſtor. c ult.*

Præ-

Digitized by Google

Cap.	Series Capitum.	Pag.

Præmiſſis Prolegomenis de Ratione Status in genere.

SERIES eſt CAPITUM.

PARTE I.

De Statu Imperii noſtri Romano-Germanici.

Cap.		Pag.
Cap. *I.*	*De diverſis Rerumpubl. Statibus, eorumque natura & eſſentia.*	21
II.	*De præcipuis eorum fundamentis, qui Statum Imperio noſtro Monarchicum eſſe contendunt.*	33
III.	*De Majeſtate, ejuſque eſſentiali proprio; nempe Superioritate: Et utrum illa Imperatori, an Imperio potius tribuenda ſit.*	36
IV.	*De Iuribus Majeſtatis in genere; & de jure Comitiorum.*	55
V.	*De ſoluta Legibus poteſtate.*	84
VI.	*De Legum ferendarum poteſtate.*	98
VII.	*De Homagii, & Fidelitatis receptione.*	114
VIII.	*De jure Sacrorum, ſeu Religionis.*	122

IX. De

Cap.	Series Capitum.	Pag.
IX.	*De jure Belli indicendi, Paciſque & Fœderum faciendorum.*	130
X.	*De ſuprema Iuriſdictione.*	152
XI.	*De Proſcriptione ſeu Banno Imperiali.*	221
XII.	*De jure Collectarum ſeu Tributorum.*	248
XIII.	*De jure creandorum Magiſtratuum.*	260
XIV.	*De jure cudendæ & ordinandæ Monetæ; Legatorum quoque mittendorum & audiendorum.*	269
XV.	*De his, quæ, excluſo reliquorum Ordinum Senatu, à Cæſare, & Electoribus ſimul, aut à ſolis Electoribus expediuntur.*	275
XVI.	*De his, quæ ſoli Imperatori, in adminiſtratione Imperii relicta ſunt.*	29[illegible]
XVII.	*In quo noſtra ſententia breviter proponitur.*	302
XVIII.	*In quo Reinkingii, pro Monarchiâ pugnantis, argumentis reſpondetur.*	309
	Concluſio primæ partis.	321

PAR-

PARTE II.

De verâ, ſed, magno cum Patriæ, ac communis Libertatis detrimento, hucuſque neglectâ, in Imperio noſtro Romano-Germanico,

STATUS RATIONE.

Cap. I. *De prima* STATUS RATIONE, *quæ conſiſtit in Studio concordiæ.* Pag. 325

II. *De ſecundâ* STATUS RATIONE, *quæ in eo conſiſtit, ne ſummus Magiſtratus, ſeu Principatus, in una Familia nimis diu continuetur.* 331

III. *De tertiâ* STATUS RATIONE, *quæ conſiſtit in eo, quod communi omnia conſilio peragi debeant; ubi in ſpecie, de Comitiis.*

IV. *De* REGIMENTO, *quod poſt Comitia, alterum Germanicæ Libertatis fulcrum fuit.* 364

V. *De modo, quo, poſt primum Regimentum ſublatum, Imperium ad noſtra uſque*

tem-

tempora, adminiſtratum fuit; &, qua via Auſtriaci omnem poteſtatem ſenſim ad ſe traxerint. 375
VI. *De quarta* STATUS RATIONE *quæ in eo conſiſtit, quod ſimulacra Majeſtatis Principi relinquenda ſint, jura verò Reipub. reſervanda ſint: Et in ſpecie; de ſimulacris Imperatori relictis, aut relinquendis.* 394
VII. *De ſingulis Majeſtatis juribus quæ Imperium ſalva ſibi reſervare debuerat, ſed Imperatores, Procerum negligentia, paulatim ſibi arrogârunt.* 409
VIII. *De mediis, & artificiis, per quæ Imperatores Iura Majeſtatis ſenſim ad ſe traxerunt.* 465
IX. *De quinta* STATUS RATIONE, *quæ eſt; quod Ordinum Imperii, vita, fama, ac fortunæ, Imperatoris ſolius arbitrio ſubjacere non debeant.*
X. *De ſexta* STATUS RATIONE, *quæ eſt; ne mi-*

litia

litia & loca munita ſolius Imperatoris poteſtati committantur. 504

PARTE III.

De MEDIIS, quibus Imperii noſtri Status, avitaque Libertas reſtaurari, & de novo, imposterum firmari poſſit.

I. *De primo reſtaurandi antiqui Status* MEDIO, *quod eſt univerſalis Amniſtiæ ſanctio, & concordiæ reſtitutio.* 515
II. *De ſecundo reſtaurandi & firmandi Status* MEDIO, *quod eſt Domus Auſtriacæ exſtirpatio.* 520
III. *De tertio reſtaurandi & firmandi ſtatus* MEDIO, *quod eſt, novi Imperatoris electio, & Capitulationis eidem præſcribendi modus.* 544
IV. *De quarto reſtaurandi & firmandi Status* MEDIO, *quod eſt, diffidentiæ eradicatio, & vera confidentiæ reſtitutio.* 549
V. *De quinto reſtaurandi &*

	firmandi Status MEDIO, *quod eſt, Comitiorum & Regimenti, ſublato conſilio aulico, reſtitutio.*	574
VI.	*De ſexto & ſeptimo reſtaurandi firmandive Status* MEDIO, *quæ ſunt: continui Exercitus ſuſtentatio, & militaris ærarii inſtitutio.*	576
	Concluſio.	581

DISSERTATIO
De
RATIONE STATUS
IN IMPERIO NOSTRO
ROMANO-GERMANICO.

DE Ratione Status multi multa quotidiè loquuntur & diſſerunt; nec ad Reipublicæ gubernacula quiſquam ferè ſedet, nec in pulvere ſcholaſtico quiſquam verſatur, quin itidem Rationem Status allegare ſoleat: Sed, ſi rem ipſam inſpicias, pauci ſunt, qui acu rem tangunt.

Nam licèt totos dies, hoc vel illud Iure Regnandi, ac per Rationem Status fieri dicatur; Non deſunt tamen, qui, quid ſit Status, quid Ratio Status, & Ius Regnandi, planiſſimè ignorent. Plerique vero, pro re ſanctiſſimâ ac ſaluberrimâ, rem, divinis humaniſque Legibus contrariam; pro caſtiſſimâ virgine, ſpurciſſimum ſcortum ampleĉtuntur: In quorum numero Machiavellus eminet; qui Prudentiam civilem, non virginem, ſed imminutam jam in Aulâ, ac corruptam, Mango nobiliſſimus, Floralibus proſtituit. (a)

Nobis quoque paucis hac de materiâ, non quidem in genere, ſed in ſpecie, de Ratione Status in Imperio noſtro moderno, quod Romanum vocant, ſeu Romano-Germanicum, commentari, & paullo ſtudioſius in-

(a) *Dan. Heinſius orat. 20. de civili ſapientia.*

quirere lubet : Quiſnam in illo reverà Status, & quænam Ratio Status, ſi non obſervata hucuſque fuit, obſervari tamen debuerit?

Ad hoc, non ingenii, aut vanæ & ſcholaſticæ ſcientiæ fiducia nos impellit: Non enim boni Leguleji, aut locutuleji amplius ſumus; ſed commune Patriæ malum etiam nos involvit, & Mars, cui, relictis aliis curis, non paucos jam annos ſtipendia meruimus, quicquid ſcholaſtici acuminis ac ſubtilitatis in nobis erat, hebetavit, longâque oblivione tantùm non exſtinxit.

Patriæ potius ruina præſentanea, Libertatis, rei inæſtimabilis certô certiùs imminens jactura, & hinc ſubortus dolor nos incitat: Qui noſtro tempore vidimus, quàm noxium & exitioſum Reipubl. cuivis ac Imperio ſit, ubi ii, quibus habenæ commiſſæ ſunt, verum Statum, & veram Rationem Status, aut non intelligunt, aut, certo aliquo præjudicio occæcati, intelligere nolunt; adeoque diverſum ab eo, qui revera eſt, Statum, & diverſam Rationem Status ſibi fingunt.

Non itaque, Academicorum more, verborum apices ſectamur, aut umbraticis diſputationibus, & ſubtilibus, hinc inde accerſitis, argumentis, cumulatiſque variorum Doctorum autoritatibus, quibus Politico-Legiſtæ noſtri veritatem, ſeu abſtruſam eruunt, ſeu erutam potiùs abſtrudunt, tempus perdemus aut chartam: Iamdudum eſt, quod argutari & nugari dedidicimus.

Sed dicemus, quod res eſt; pluſque apud nos valebit, quod eſt in rei veritate, quàm quod in opinione: Et, ſi quid de Imperio noſtro ex ipſa ratione, publicis Imperii Legibus,

gibus, junctiſque rerum præteritarum monumentis, aut propriâ etiam experientiâ, quantumvis illa perexigua ſit, in præſentibus turbis edocti ſumus, in medium proferemus.

Novimus enim, verè Politicorum eſſe, non diſputare, ſed vivere; nec verborum corticem, ſed rerum ſectari nucleum.

Paucis ergo quibuſdam generalibus, de Ratione Status, præambuli loco præmiſſis; ne Andabatarum more pugnemus, primum, qualis in Imperio noſtro Status ſit, aut eſſe debeat, inquiremus. Secundo, Rationes Status, quæ obſervari debuerunt, ſed, magno cum Libertatis detrimento, neglectæ ſunt, indagabimus. Tertio, media, quibus antiquus Status, & antiqua Libertas reſtitui poſſit, paucis oſtendemus.

Tu, prime ac ſumme Status omnis Politici Fundator, ac rationis Dator, fave cœptis: Vt in hoc noſtro diſcurſu, de Ratione Status in Imperio moderno Romano-Germanico, ubique ſequamur rectæ Rationis normam.

PROLEGOMENA

De Ratione Status in genere.

SECTIO I.

RAtio Status muſteum nomen eſt, antiquis, ni fallor, in hoc quidem ſenſu ignotum, ab Italis, ut opinor, ortum; qui Ragione di Dominio, di Signoria, di Regno, di Imperio vocant, & omnium elegantiſſimè, Ragione vel Ragionamento di Stato: (a) Gallis Raiſon d'eſtat eodem modo dicitur. *Nomen Rationis Status.*

A 2 Re-

(a) *Clapmar. lib. 4. de arcan. Rerump.*

Regnativam Prudentiam latinè vocat Scipio Ammiratus. *(a)* Latiniùs tamen fortaſſe dici poſſit Ius Dominationis, & Arcana Imperii: quæ verba etiam antiquis Hiſtoriis uſurpata ſunt, *(b)* hoc eſt, profundæ quædam, intimæ ac ſecretiores leges, vel privilegia, ad ſecuritatem Imperii & Reipublicæ conſtituta. *(c)*

Origo ejuſdem. Cauſa Rationis Status & origo eadem, quæ ipſarummet Rerumpubl. cum quibus illicò Ratio Status orta eſt. Nomen quidem, ut diximus recens, & res quoque ipſa ante hac, à Politicis Scriptoribus non ſatis explicata, in abſtruſo ferè delituit, donec à novioribus Politicis, præcipuè Italis, in apertum, omnibus conſpicienda, produceretur.

Nec tamen antiquiores Politicæ Scriptores, Platonem & Ariſtotelem, arcanorum horum, attiumque penitùs ignaros dicere poſſumus: Nam & Plato leviter ea deſcripſit, & Ariſtoteles produxit, ita tamen, ut velaret. Itali verò noſtri arcana hæc Regni, contrà quàm aut Ariſtoteles, aut Plato, ſine ambage ullâ, ſine ullo velo divulgârunt: Neque ſoli iſta ſcivêrunt, ſed eliminârunt primi. *(d)*

Et quemadmodum novi Mathematici, per tubos ſuos, certas in firmamento ſtellas, certas in ſole maculas, veteribus incognitas, obſervârunt: Ita quoque Politiciſmus novus ſuos habet Opticos, qui ſcriptis ſuis, velut certis ſpecularibus, has veteribus occultas Prudentiæ artes clariùs obſervandas tradiderunt.

Im-

(a) *Diſſert. Polit. in Tacit. l.* 12. *cap.* 1. (b) *Tacit. l.* 1. *&* 2. *annal.* (c) *Scip. Ammir. d. loco.* (d) *Dan. Heinſ. d. orat.* 20. *de civili Sapient.*

Impulſiva cauſa externa eſt, corrupta & imperfecta, imò malitioſa, &, ſuâ naturâ, ſeditioſa hominum poſt lapſum natura, quæ omnia exactè, & ad unguem in Republ. adminiſtrari non patitur, ſed obliquo & artificioſo quodam flexu gubernanda eſt. Nec enim cætera animalia domueris & rexeris, ſine aliqua tractatione & arte: Multò minus hominem, quo nullum animal moroſius eſt, aut majori arte tractandum. *(a)*

Cauſa impulſiva ejus introducenda.

Itaque ſicut in mari, ſi, adverſantibus ventis, portum rectà tenere gubernator nequeat, mutatâ ſæpius per artem velificatione, eundem aſſequi loborat; & equorum domitor, ubi præferocem ac refractarium equum perdomare cupit, non verberibus tantùm agit, ſed blandis eundem ſæpius demulcet poppyſmis, aliquid porrigit avenæ, & pluribus artificiis in eo manſuefaciendo utitur: Sic Populus quoque ab eo, qui Reipubl. clavum tenet, prudenter ac artificioſè tractandus eſt; utpote, quovis Bucephalo ferocior, & quovis turbulento mari turbulentior.

Faceſſant verò ad Platonis Rempubl. ſeu Vtopiam Mori, rigidi iſti & ſeveri Catones, qui Rempubl. peſſumdare, quàm de ſtricto ſuo ſupercilio, vel digitum tranſverſum, diſcedere malunt: Faceſſant ii ſuperſtitioſuli, qui hanc adminiſtrandæ Reipubl. & Status Rationem, tamquam divinis Legibus & Honeſtati minùs conſonam, deteſtantur ac damnant. Qui, tantùm nimiâ pietate (nolo enim dicere, ſuperſtitione) excellere cupiunt; tantò nos illis, Reipublicæ communiſque ſalutis amantiores videri volumus: Et, quantum illi de Iure Civili, atque æquitate dimicant, tantum nobis de ſalute Populo-

(a) *Seneca lib.* I. *de Clementia.*

pulorum atque incolumitate decertare lubet. (*a*)

Verè & rectè Nicephorus Gregoras. (*b*) Ii, qui in una DEI cognitione omnes cogitationes ponunt, his montes & ſpeluncæ conveniunt: At, qui cum virtute & pietate, civilem etiam vivendi rationem, edidicit, & notitiam ſibi comparavit rerum variarum, ille, verò Populum ad optima ducere, idoneus eſt.

SECTIO II.

Variæ definitiones Rationis Status.

RAtionem hanc Status, ſive Ius Dominationis, Clapmarius, (*c*) ſupremum quoddam, ait, jus, ſeu privilegium eſſe, bono publico introductum, contra jus commune ſeu ordinarium, ſed tamen à Lege divina non alienum.

Idemque Iura Dominationis ab Arcanis Dominationis ſatis ſubtiliter diſtinguit. (*d*) Iura enim Dominationis eſſe ait, quæ de Regni jure licent, quorum pleraque ſunt contra jus commune: Arcana vero Dominationis neque contra jus commune fieri, & , ſi maximè fiant, non tamen hujuſmodi ſpeciem injuſtitiæ habere putat. Deinde Arcana Dominationis propriè, & pleraque eſſe, ait, de facto aliorum: Iura vero Dominationis, de facto ipſius Principis.

Palazzus (*e*) Rationem Status definit, regulam & normam, omnes res moderantem, & ad debitum ſuum finem perducentem. Quæ definitio licèt à vero ſenſu aliena non ſit,

(a) *Clapmar. d. lib.* 4. *cap.* 4. (b) *lib.* 3. *hiſtor. Eccleſ.* (c) *d. lib.* 4. *c.* 2. (d) *d. lib.* 4. *cap.* 3. (e) *de gubernat. & vera Status ratione parte* 4. *cap.* 17.

ſit, generalior tamen & obſcurior videtur, quàm ut Rationem Status Politicam ſatis dilucidè explicet ac deſcribat.

Alii, Rationem Status, ajunt, eſſe notitiam mediorum & rationum, quibus fundatur, firmatur, ac augetur Status; ſive, Prudentiam gubernandi, augendi, & conſervandi Rempublicam. *(a)* Quo quidem pacto Ratio Status aliud nil erit, quàm ipſa Politica, ſeu, Rempubl. adminiſtrandi Prudentia.

Et ſane, ſi vim ipſam nominis attendas, haud adeo incongruum iſtud videtur: Status enim quid eſt, niſi Regnum, Imperium, Reſpubl. vel quocunque modo Dominatus nuncupetur? Ideoque Ratio Status, conſequenter Imperii, Regnive, aut cujuslibet Reipubl. adminiſtrandæ ratio erit. *(b)*

Hodierno tamen uſu, quando de Ratione Status loquimur, ſpeciale aliquod jus, & ſecretiorem quandam Politicæ partem ferè denotamus.

Hanc itaque Scipio Ammiratus *(c)* definit, juris civilis, propter publicum beneficium, aut propter majorem aliquem, & magis univerſalem finem, derogationem.

Nullum enim Ius dominandi inveniri ſtatuit, quod non aliquam legem obumbret, neque dicendum eſſe, aliquem Iure Dominationis uti, ſi alio quopiam ordinario jure id egiſſe, dici poſſit: Cum, ex Tiberii ſententia, *(d)* nemo Imperio agere debeat, ubi lege agere poteſt. Et ita Ius Dominationis nunquam non erit ordinarii juris contraventio, ob

A 4 majo-

(a) *Ferdin. ab Effern in manuali Polit. lib. 1. puncto 1.* (b) *Scip. Ammir. d. lib. 12. 1.* (c) *d. loco.* (d) *apud Tacit. lib. 3. annal.*

majoris & magis univerſalis rationis reſpe-ctum.

Sed utut Rationem Status Legibus ac juri communi potiorem eſſe, & derogare, certum ſit; advertendum tamen eſt, hanc juris communis, ſeu Legum derogationem & contraventionem, effectum potius eſſe Rationis Status, quàm ipſam Status Rationem: Quotieſcunque enim juri communi in Politicis derogatur, id per & propter Rationem Status fieri dicitur. Itaque, non illa Ordinarii juris contraventio ſeu derogatio, ſed iſta majoris & magis univerſalis Rationis reſpectus, propter quam fit ea contraventio, ſeu derogatio, Ratio Status dici meretur.

Noſtra definitio. Nos ergò Rationem Status populariter deſcribimus, quod ſit certus quidam Politicus reſpectus, ad quem, tanquam ad normam, ſeu cynoſuram aliquam, omnia conſilia, omneſque actiones in Republ. diriguntur, ut eò felicius ac expeditius ſummum finem, qui eſt ſalus & incrementum Reipublicæ conſequantur.

SECTIO III.

Ratio Status habet ſuos & carceres, & metam, quò tendere, & intra quos decurrere, nec latius evagari debet: Quod ſi tentet, nihil minus, quàm tale nomen meretur; nec Iura tunc amplius, ſed ſcelera, &, ut Tacitus vocat, (*a*) flagitia Dominationis ſunt.

Finis ultimus Rationis Status unicus. Meta quidem & finis ſupremus eſt, Bonum publicum, ſive Salus Reipublicæ: Eò enim omnis Politica, & omnis Ratio Status collimat, ut Reipubl. Status, ſeu conſervetur, & ſtabiliatur, ſeu augeatur; nec Ratio Sta-

(a) *Lib. 14. annal.*

Status aliud eſt, quàm boni publici procurandi, aut mali avertendi ratio. (*a*)

Et ut gubernatori curſus ſecundus, Medico ſalus, Imperatori victoria; ſic moderatori Reipubl. beata Civium vita propoſita eſt: ut ea opibus firma, copiis locuples, gloriâ ampla, virtute honeſta ſit. (*b*)

Fines ejuſdem intermedii pro Statu Reipubl. variant.

Sicut autem varia exſiſtunt Rerumpubl. genera, quæ non uno & eodem modo reguntur, nec eoſdem fines intermedios habent, per quos ad ultimum ſuum ſcopum pertingant; nam in Monarchiâ unius, in Ariſtocratia plurium quidem, ſed paucorum tamen poteſtas, in Democratiâ communis Libertas maximè attenditur: Ita etiam Ratio Status ſecundum ſubjectam materiam variat. Quarumque Civitatum contrarii ſunt fines, eorum contrarios mores eſſe oportet: Leges enim, quibus Populi Libertas alitur, unius Dominatum, & Optimatum potentiam evertunt; (*b*) è contrà, quæ unius Dominatum, aut Optimatum potentiam ſtabiliunt, populari Libertati exitioſa ſunt.

Idcirco Nabis, Lacedæmoniorum Tyrannus, ad T. Quinctium haud malè (hoc quidem in puncto) ait: (*d*) Nolite ad veſtras Leges atque inſtituta exigere ea, quæ Lacedæmone fiunt. Vos paucos excellere opibus, plebem ſubjectam eſſe illis vultis: Noſter Legum lator non in paucorum manu Rempubl. eſſe voluit, quem vos Senatum appellatis, nec excellere unum, aut alterum Ordinem in Civitate; ſed per æquationem

A 5 for-

(a) *Scip. Ammir. d. loco.* (b) *Cic. lib. 5. de Republ.* (c) *Bodin. lib. 4. de Republ. cap. 4.* (d) *apud Liv. lib. 34. hiſtor.*

majoris & magis univerſalis rationis reſpectum.

Sed utut Rationem Status Legibus ac juri communi potiorem eſſe, & derogare, certum ſit; advertendum tamen eſt, hanc juris communis, ſeu Legum derogationem & contraventionem, effectum potius eſſe Rationis Status, quàm ipſam Status Rationem: Quotieſcunque enim juri communi in Politicis derogatur, id per & propter Rationem Status fieri dicitur. Itaque, non illa Ordinarii juris contraventio ſeu derogatio, ſed iſta majoris & magis univerſalis Rationis reſpectus, propter quam fit ea contraventio, ſeu derogatio, Ratio Status dici meretur.

Noſtra definitio. Nos ergò Rationem Status populariter deſcribimus, quod ſit certus quidam Politicus reſpectus, ad quem, tanquam ad normam, ſeu cynoſuram aliquam, omnia conſilia, omneſque actiones in Republ. diriguntur, ut eò felicius ac expeditius ſummum finem, qui eſt ſalus & incrementum Reipublicæ conſequantur.

SECTIO III.

Ratio Status habet ſuos & carceres, & metam, quò tendere, & intra quos decurrere, nec latius evagari debet: Quod ſi tentet, nihil minus, quàm tale nomen meretur; nec Iura tunc amplius, ſed ſcelera, &, ut Tacitus vocat, *(a)* flagitia Dominationis ſunt.

Finis ultimus Rationis Status unicus. Meta quidem & finis ſupremus eſt, Bonum publicum, ſive Salus Reipublicæ: Eò enim omnis Politica, & ómnis Ratio Status collimat, ut Reipubl. Status, ſeu conſervetur, & ſtabiliatur, ſeu augeatur; nec Ratio Sta-

(a) Lib. 14. annal.

Status aliud eſt, quàm boni publici procurandi, aut mali avertendi ratio. (*a*)

Et ut gubernatori curſus ſecundus, Medico ſalus, Imperatori victoria; ſic moderatori Reipubl. beata Civium vita propoſita eſt: ut ea opibus firma, copiis locuples, gloriâ ampla, virtute honeſta ſit. (*b*)

Fines ejuſdem intermedii pro Statu Reipubl. variant.

Sicut autem varia exſiſtunt Rerumpubl. genera, quæ non uno & eodem modo reguntur, nec eoſdem fines intermedios habent, per quos ad ultimum ſuum ſcopum pertingant; nam in Monarchiâ unius, in Ariſtocratia plurium quidem, ſed paucorum tamen poteſtas, in Democratiâ communis Libertas maximè attenditur: Ita etjam Ratio Status ſecundum ſubjectam materiam variat. Quarumque Civitatum contrarii ſunt fines, eorum contrarios mores eſſe oportet: Leges enim, quibus Populi Libertas alitur, unius Dominatum, & Optimatum potentiam evertunt; (*b*) è contrà, quæ unius Dominatum, aut Optimatum potentiam ſtabiliunt, populari Libertati exitioſa ſunt.

Idcirco Nabis, Lacedæmoniorum Tyrannus, ad T. Quintium haud malè (hoc quidem in puncto) ait: (*d*) Nolite ad veſtras Leges atque inſtituta exigere ea, quæ Lacedæmone fiunt. Vos paucos excellere opibus, plebem ſubjectam eſſe illis vultis: Noſter Legum lator non in paucorum manu Rempubl. eſſe voluit, quem vos Senatum appellatis, nec excellere unum, aut alterum Ordinem in Civitate; ſed per æquationem

A 5 for-

(a) *Scip. Ammir. d. loco.* (b) *Cic. lib. 5. de Republ.* (c) *Bodin. lib. 4. de Republ. cap. 4.* (d) *apud Liv. lib. 34. hiſtor.*

fortunæ ac dignitatis fore credidit, ut multi eſſent, qui arma pro Patria ferrent.

Et eo mutato, mutantur.

Et, velut in navis adminiſtratione, alia in ſecunda, alia in adverſa tempeſtate uſui ſunt: *(a)* Sic haud aliter quoque in Reipubl. adminiſtratione accidere ſolet.

Similiter, quemadmodum in vadoſo flumine, ubi inſtabilis arena, modo huc, modo illuc volvitur, & ſæpiùs vada mutat, curſus non uno ſemper modo inſtituendus, ſed ratione vadorum dirigendus eſt, niſi certiſſimum incurrere naufragium velis: Ita ſi Status Reipubl. vel in totum, vel aliqua ſaltem notabili parte ſui mutetur, (quod in Republ. Romana, & noſtro etiam Imperio, accidit, non ſemel Rationem etiam Status mutari,) neceſſum eſt; aliqui non ſtabiliet Rempublicam, ſed evertet.

SECTIO IV.

Carceres Rationis Status,

CArceres, quibus Ratio Status incluſa eſt, ſunt: Ab altera parte, Ius divinum, Pietas, & Religio; ab altera, Fides, Iuſtitia, ac naturalis honeſtas.

Quos egredi nequit.

Impensè enim improbi ſunt, qui etiam divinis & Naturæ Legibus Principem ſolvunt; ut contra eas ſtatuere poſſit, dummodo ratione probabili ad id faciendum adducatur. *(b)*

Nec ſanè hîc aſſentiri poſſumus illis, qui Rationem Status, ajunt, eſſe normam quandam, ingeniis Magnatum impreſſam, quâ illi pleraſque actiones ſuas ad utilitatem & commodum proprium unicè dirigunt; quibuſcunque etiam viis ac mediis hunc finem aſſe-

(a) *Valer. Tribun. Plebis apud Liv. d. lib.* 34.
(b) *Decius, Antonius de Butrio, Innocentius & alii, quos citat Bodin. l.* 1. *de Republ. c.* 8.

aſſequuntur; (*a*) Quomodò Trajanus Boccalini quoque, (*b*) è Parnaſſo Apollinem inducit, aliam planè & alienam à noſtro ſenſu, definitionem fabricantem; quod, nempe, Ratio Status ſit jus quoddam, Principum utilitati inſerviens, divinis humaniſque Legibus contrarium.

Qua etiam fronte Rationem appellabimus, quod contra omnem rationem eſt; nec rectæ rationis dictamen ſequitur, ſed è diametro illi repugnat? Qua fronte, Rationem Status, quod Statum Reipubl. non conſervat, ſed perturbat, convellit, & ad ruinam protrahit?

Nam cum hujuſcemodi Ratione Status Babylonii uterentur, graviter Jehova iis minatus eſt: (*c*) Confuſus es, inquit, in malitia tua, & cogitaſti, non eſt, qui videat me; Sapientia & Scientia tua decepit te. Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum ejus.

Quin potius monſtrum hoc Rationis dici meretur. Sicut enim Natura, ſi, propter indiſpoſitam & ineptam materiam, enormiter aberret in formatione corporis monſtrum producit: Ita voluntas & cupiditas humana, deflectens à rectæ rationis dictamine, ſub ejus tamen prætextu, hanc monſtroſam Status Rationem effingit; veluti portentum quoddam ſanæ rationis. (*d*)

Imò diaboli hæc ratio dici potiùs debet, veluti Pius V. Pontifex eam appellavit; quæ ex tyrannide & atheiſmo originem ducit: Nec enim calliditas talis eſt Sapien-

 tia;

(a) *I.N.D. in diſcurſu ſuper cauſâ Iuliacenſi quoad poſſeſſorium.* (b) im Politiſchen Probierſtein *parte* 3. *relat.*42. (c) *Eſai. cap.*47. *v.*10. (d) *Reinkingk. lib.*2. *de regim. Eccl. & Pol. claſſe* 1. *c.* 1. *n.* 50.

tia;nec impiorum fraudes prudentia appellandæ ſunt. *(a)*

Nempe, Pietas & Religio.

Maneant ergo firmi ac fixi hi carceres, nec Ratio Status, ſub obtentu utilitatis publicæ, effrenis inſtar equi, pro lubitu evagetur, ac divina humanaque miſceat; ſed ſit inprimis divinis Legibus conſona, nec Pietatis & Religioni contraria.

Pietas enim fundamentum eſt omnium Virtutum, (*b*) imo & omnium Rerumpublicarum: Nam, Pietate adverſus DEUM ſublatâ, etiam ſocietas generis humani, & unà, excellentiſſima Virtus, Iuſtitia, tollatur, neceſſe eſt. *(c)*

Et Religionem Rerum omnium publicarum firmiſſimum fundamentum eſſe, ab eâque ſubditorum fidem in Principes, obedientiam erga Magiſtratus, Pietatem in Parentes, Caritatem in ſingulos, Iuſtitiam in omnes pendere, Polybius, ipſe alioquin atheus, profitetur. *(d)*

Religioni enim cedit Ratio Status.

Quocirca ſicut aliis omnibus juribus præcellit Ratio Status; ita, unico Iuri divino ut ſubjiciatur, æquiſſimum eſt. Et quemadmodum, ſi particulare bonum & univerſale bonum inter ſe concurrant, par eſt, ut propter publicum bonum, privatum damnum perferatur; quare Iure Civili jus imperandi præcellit: Sic quoties Imperii reſpectus cum divino reſpectu comparatur, (hic autem Religio, ille Ratio Status dicitur) æquum eſt, ut Religioni potior locus, reverenter & ultro concedatur.

Quodcunque igitur Iuri dominandi liceat, nunquam, ut ſacrum Ius conculcet, licebit;

(a) *Eccl. c. 19. v. 19.* (b) *Cic. pro Cn. Plancio.* (c) *Mæcen. apud Dion. l. 2.* (d) *l. 6. de n..l. ad domeſt. diſc. quem refert Bod. l. 4. de Rep. c. ult.*

bit; Deique cultu ac Iure dominandi in trutinâ collocatis, præponderet ille, hoc minoris æſtimetur: *(a)* Nec Rationi Status accommodare oportet Religionem; ſed è converſo Religioni rationem Status.

Quinimo Dominandi hæc Iura, tantum abeſt, ut Religionem depravent, vel Pietati adverſentur, ut potius ei inſerviant: Id enim efficiunt, ut Religio in Republ. ſarta tecta ſit, & ritè colatur. *(b)* *Imò eidem ſubſervit.*

Quare rectiſſimè apud Romanos, Religioni ſummum Imperium ceſſit, omniaque poſt Religionem ponenda ſemper ea Civitas duxit, etiam in quibus ſummæ Majeſtatis conſpici decus voluit; nec dubitârunt ſacris Imperia ſervire, ita ſe humanarum rerum futura regimen exiſtimantia, ſi divinæ poteſtati benè & conſtanter fuiſſent famulata: *(c)* Summa enim apud eos Ratio ſemper fuit, quæ pro Religione facit. *(d)*

Ab altera parte, tanquam carceres, Rationem Status includunt ac coërcent, Fides, Iuſtitia, & naturalis Honeſtas: Nec enim ſentimus cum illis, qui ut Lepidus, *(e)* omnia tenendæ dominationis honeſta eſſe, cenſent, & nequitiæ, perfidiæ, ac perjurio, per Rationem Status, latam aperiunt feneſtram. Nam & Honeſtatis, & Fidei inprimis ratio haberi debet: Abſque quibus erit, non Imperium amplius erit, ſed flagitioſiſſima Tyrannis. *(f)* *Deinde, Fides, Iuſtitia, & naturalis Honeſtas.*

Fœderum quidem ſanctitas, & jurisjurandi Religio, & pactorum conventorum fides, quæ inter bonos firmiſſima ſunt vincula; inter malos, oblata commoditate, ad fallendum *Multi ſecus ſentiunt.*

(a) *Scip. Ammir. d. loco.* (b) *Clapmar. d. lib. 4. cap. 21.* (c) *Val. Max. lib. 1. c. 1.* (d) *l. 43. de Relig. & ſumpt. fun.* (e) *apud Saluſt. in fragm.* (f) *Clapmar. lib. 5. c. 19.*

dum retia ſunt: *(a)* Hodieque, ut Nicolaus Vzanus Florentinus conqueſtus eſt, *(b)* ſic comparati ſumus, ut juſti vel injuſti exigua habeatur ratio.

Nec apud noſtros Pſeudo politicos, fides, aut verba, aut juramenta ipſa aliquo in numero ſunt: Jurisjurandi enim religione objicientibus, cum perfidis Mediolanenſibus illicò reſpondebunt; juravimus quidem, ſed juramentum attendere non promiſimus *(c)*

Sic Lacedæmonii quondam juſtitiam omnem utilitate publicâ metiebantur: *(d)* Huc leges omnes, huc denique conſilia revocabant. *(e)*

Philippus Macedonum Rex jurejurando, veluti moneta publica utendum cenſuit, pro Regum regnorumque commodo; amicitiaſque utilitate colendas, non fide. *(f)*

Lyſander, veluti pueri aſtragulis, ita fide data luſit, & juramentis. *(g)*

Julius Cæſar, ſi jus violandum ſit, regnandi cauſa violandum eſſe putavit. *(h)*

Alexander V. Pontifex nunquam alicui fidem ſervavit, omneſque calliditate ſua fallere conſuevit: *(i)* Non ſinceritas in eo, non pudor, non veritas, non fides, non religio; ſed inſatiabilis avaritia, ambitio immoderata, crudelitas pluſquam barbara. *(k)* Hinc de eodem, & filio ejus Valentino in Romana Curia proverbium ortum eſt: Pontificem nun-

(a) *Buchan. lib. 14. rerum Scotic.* (b) *apud Machiav. l. 4. hiſtor. Florent.* (c) *Radevvicus in continuat. Otthonis Friſing. de geſtis Fride. I. l. 4. c. 29.* (d) *Plutarch. in Alcibiade.* (e) *Bodin. l. 3. de Republ. c. 4.* (f) *Iuſtinus l. 9. hiſtor.* (g) *Plutarch. in ejus vita.* (h) *Sueton. in ejus vita* (i) *Scip. Ammir. de Regni Regiſque inſtit.* (k) *Guicciard. l. 1. hiſtor.*

nunquam, quod diceret, facere; Valentinum vero nunquam, quod faceret, dicere: ac utrumque id unum pro ſummâ religione perſuaſum habuiſſe, fidem omnibus dari oportere, ſervandam nemini. (*a*)

Julius quoque II. Pontifex, ſe fœdera, & ſocietates, cum Gallis, Germaniſque (quos barbaros appellavit) non aliâ, niſi fallendi cauſa, contrahere, jactabat. (*b*)

Machiavello hoc dogma plerique hodierni Politici imputant, & in eundem ea propter quàm acerbiſſimè invehuntur: Quod tamen illi iidem, ſi non verbis, certè facto & re ipſa comprobant, taleſque, qualem Machiavellus ſe palam profeſſus eſt, eſſe malunt, quàm videri.

Ad eorundem ſenſum Wenceſlaus quidam Meroſchwa (quiſquis tandem fuit) ſcripſit. (*c*) Totus mundus fuco utitur: Cum vulpibus vulpinandum eſt. Pueri nucibus, viri juramentis fallendi ſunt. Nec infame eſt, violaſſe jurisjurandi religionem. Fecerunt hoc noſtri Principes: Nos cariores habebunt, ſi non modo pro eis patiamur, & belligeremus, ſed etiam pejeremus. Dum crepundia vendunt inſtitores, ſimulant, mentiuntur, pro aſſe pejerant: Et nos id non faciemus pro Regnis & arcibus? Faciemus; & quidem libenter.

Vtut autem vulpinam Lyſandri pellem, & bonum, ut vocatur, (*d*) dolum, non in totum rejicia- *Malè: quia Fi-*

(*a*) *Idem lib. 6. hiſtor. Bodin. lib 5. de Republ. cap. ult.* (b) *VVarem. ab Erenb. parte 2. de fœder. cap. 1. num.* 140. (c) *in diſcurſu, de ſtatu præſentis belli, & urbium Imperialium apud Lundorp. tomo 1. actor. publ.* 10. *c.* 15. (*d*) *l.* 1. §. 3. *de dolo malo.*

des præferenda Rationi Status. rejiciamus, ita perfidiam tamen merito abominamur: Et, cum Platone, (*a*) Fidem fundamentum ſocietatis humanæ, perfidiam vero certiſſimam ejuſdem peſtem eſſe putamus, nullamque rem continere vehementius Rempubl. quam Fidem; (*b*) nec, remota Iuſtitia, Regna aliud eſſe, niſi magna latrocinia. (*a*)

Turpe eſt, cum aliis omnibus, tum inprimis Principi Viro, mentiri, ac fidem fallere: Iusjurandum autem, & pacta, ſcripto ſancita, violare, ne abjectiſſimo quidem homini decorum eſſe arbitror. (*d*)

Non decet in labiis verſari lubrica Regis:
Non decet ore ſacro mendacia cudere Regem.
Sancta, & plena ſuo ſunt regia pondere verba;
Dicta ſemel, nullum patiuntur jure recurſum. (*e*)

Rectiſſimè itaque à Romanis, cum Campani ab iis contra Samnites, quibus iidem antiquiore fœdere conjuncti erant, auxilia peterent, illis denegata ſunt: Etſi enim magnæ parti Senatus, Vrbs maxima, opulentiſſimaque Italiæ, uberrimus ager, mariſque propinquus, ad varietates annonæ, horreum Populi Romani videbatur, tanta tamen *utilitate fides antiquior fuit*, & generoſiſſimè Senatus autoritate illis reſpondit Conſul. (*f*) Auxilio vos, Campani, dignos cenſet Senatus: Sed ita vobiſcum amicitiam inſtitui par eſt, ne qua vetuſtior amicitia ac ſocietas violetur. Samnites nobiſcum fœdere juncti ſunt: Itaque arma, Deos prius, quàm homines violatura, adverſus Samnites vobis negamus.

Simi-

(a) *Lib.* 5. *de Legibus.* (b) *Auguſtinus lib.* 4. *de Civitate Dei.* (c) *Belliſarius apud Procop.* (d) *Guntherus Ligur, in vitâ Friderici Imp.* (e) *apud Liv. lib.* 7. *hiſt.* (f) *ap. Liv. l.* 7. *hiſt.*

Similiter, ubi manifeſta, certaque æquitate fieret injuria, Regnativæ Legi tantum autoritatis haud largimur, ut imperantes, æquitate & cæteris rebus poſthabitis, ſuis poſſint, aut debeant, cupiditatibus obtemperare. *(a)* *& manifeſta æquitas.*

Nec minus, quàm Romani, laudabiliter Athenienſes fecere: quibus cum Themiſtocles, de comburendis reliquorum Græcorum claſſibus (qua via Athenienſes maris dominatum haud difficulter arripere poſſent) conſilium daret; dicente contrà Ariſtide, nihil quidem eſſe Themiſtoclis conſilio Reipubl. utilius, ſed parum id cum honeſtate convenire: Populus, non placere id ſibi, reſpondit. *(b)*

SECTIO V.

Hi duo carceres ſi obſerventur, nullis ulterius Legibus, quæcunque illæ tandem ſint, ſeu privatæ, ſeu publicæ, ſeu fundamentales, ſeu quoque modo nomen habeant, Rationem Status alligatam agnoſcimus; ſed pro lubitu, ſalute Reipubl. id poſtulante, præter & contra Leges diſponere poſſe putamus. *Præter hæc, Ratio Status ſupra omnes Leges eſt.*

Nam ex his Legibus, quæ non in tempus aliquod, ſed perpetuæ utilitatis cauſa, in æternum latæ ſunt, nullam abrogari debere, fatemur equidem, cum L. Valerio Tibuno plebis: *(c)* Niſi tamen, ut ille idem rectè ſubjungit, quam aut uſus coarguit, aut Status aliquis Republic. inutilem fecit. Quo caſu, non juxtà Leges, ſed legibus ipſis imperandum; & Leges ad formam Reipublicæ, non Reſpublica ad Leges, accommodandæ.

Legum

(a) *Scip. Ammir. d. lib.* 12. *c.* 1. (b) *Plutarch. in Themiſt.* (c) *apud Liv. lib.* 34. *hiſtor.*

Legum enim opportunitates & medelæ, pro temporum moribus, & pro Rerumpubl. generibus, ac pro utilitatum præſentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum eſt, ferveribus, mutantur atque flectuntur, neque uno ſtatu conſiſtunt: Quin, ut facies cœli & maris, ita rerum atque fortunæ tempeſtatibus varientur. (*a*)

opus mutat, exigente neceſſitate,

Evenit autem aliquando, ut Reipubl. neceſſitas hoc poſtulet: Et tunc neceſſitatis ea vis eſt, ea dignitas, ut ſæpe rei non licitiæ jus & æquum tribuat. (*b*) Neceſſitas enim, magnum imbecillitatis humanæ patrocinium, omnem Legem frangit: (*c*) Ac abominandæ neceſſitatis amariſſimæ leges, & truculentiſſima Imperia ſunt. (*d*)

vel Reipubl. utilitate.

Evenit etiam aliquando, ut, abſque neceſſitate, evidens aliqua Reipubl. utilitas Leges ſuſque deque habere ſuadeat: Et, hoc etiam caſu, merito ſalus Populi ſuprema lex eſt, ultimuſque finis, ad quem Leges univerſæ tendunt.

Quod ſi Lex quæpiam, tuendæ & conſervandæ Reipubl. cauſâ lata, eidem præjudicet, jam Lex eſſe deſinit, & à ſcopo ſuo toto cœlo aberrat: Nec eo caſu tolerandum eſt, ut, quæ in favorem ac utilitatem Reipubl. introducta, in odium ruinamque ejus retorqueatur. (*e*)

Eleganter in ſimili caſu Theramenes, cum Athenienſibus, à Lyſandro ſubjugatis, ſuaderet, ut ſcytalam Lacedæmoniorum, quâ jubebantur muros diruere, acciperent; & Cleomenes ipſi objiceret: Ecquid ipſum puderet muros dejicere, quos Themiſtocles, invi-

(a) *Sextus Cacilius ap. Gell. l. 20. noct. Attic. c. 1.*
(b) *Clapmar. l. 4. c. 7.* (c) *Seneca de Clementiâ.*
(d) *Val. Max. l. 7. c. 6.* (e) *arg. l. 6. C. de legib.*

invitis Spartanis, exſtruxiſſet? Ego vero, reſpondit, nihil Themiſtocli contrarium facio: Quos enim ille muros excitavit, pro ſalute publica; hos ego, ex eadem cauſſa, demoliendos ſuadeo. *(a)*

Sectio I.

Ultimo inprimis obſervandum eſt, Rationem Status haud raro à communis juris regulis recedere, & Reipubl. cauſa, ſæpius quædam tentare, bono magis exemplo, quàm conceſſo jure, ut Tacitus *(b)* loquitur. *Ratio Status ſæpè contra jus commune, & ſpeciem iniquitatis continet.*

Quemadmodum enim nulla ferè Lex ſatis commoda eſt; id modo quæritur, ſi majori parti, & in ſumma prodeſt, ex ſententia Catonis: *(c)* Ita perſæpe fit, ut Ratio Status continere videatur aliquam ſpeciem iniquitatis, quæ tamen reverà iniquitas non eſt, ſi reſpectu totius Vniverſitatis, & boni publici conſideretur; licet abſque hac conſideratione, reſpectu unius, aut alterius privati, iniqua dici poſſit.

Nam Ratio Status tales iniquitates, quæ particulatim, in unum, alterumve redundant, non attendit; ſi utilitate, quæ in univerſos inde emanare poteſt, leviores ſint. *(d)* Vnde Iaſon, *(e)* à Iuſtitia, in parvis rebus, nonnunquam abire jubet, ſi ſalvam eam velimus in magnis: Cum ſemper habeat aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod erga ſingulos utilitate publica rependitur. *(f)*

Hinc bona privatorum, Pacis aut boni publi-

(a) *Plutarch. in vita Lyſandri.* (b) *lib.* 1. *annal.* (c) *apud Liv. d. lib.* 34. *hiſtor.* (d) *Scip. Ammir. d. loco.* (e) *apud Plutarch. in Polit.* (f) *Tacit. lib.* 14. *annal.*

PARS I.
DE STATU IMPERII NOSTRI ROMANO-GERMANICI.

Caput I.

De diverſis Rerumpubl. Statibus, eorumque natura & eſſentia.

Pauca hæc, de Ratione Status in genere, præludii quaſi loco; prælibare, non abs re viſum: Nunc ad rem ipſam, Deo duce, accingimur.

Ne vero in ipſo limine graviter impingamus, diſquirere primum neceſſe eſt, de diverſis Rerump. generibus, & quomodo hæc eſſentialiter inter ſe differant: Ita enim facilius deinde patebit, cuinam Reipubl. generi Imperii noſtri Romano-Germanici Status connumerandus ſit.

Triplicem Statum in Politicis dari, jam pueris penè *Status Reipubl. triplex,*

——— *& qui nondum ære lavantur*

notum eſt; eumque Tacitus *(a)* brevi verborum compendio complectitur: Cunctas, inquit, Nationes & Vrbes, aut Populus, aut Primores, aut Singuli regunt.

Copioſius paullò Seneca: *(b)* interdum Populus eſt, quem timere debeamus, interdum, ſi ea Civitatis diſciplina eſt, ut plurima per Senatum tranſigantur, gratioſi in eâ timentur Viri; Interdum Singuli, quibus poteſtas Populi, & in Populum data eſt.

Status autem hos aliquando inter ſe miſceri, & remitti aut intendi: ita tamen, ut pro- *Ex communi opinione*

(a) *Lib. 2. annal.* (b) *Epiſt. 14.*

propendeat ac præponderet ſemper aliqua pars, à qua jure ei nomen, (*a*) imo haud facilè puram ac ſimplicem Rempubl. reperiri, communis Politicorum opinio eſt.

Quæ tamen mixta Reſpubl. per omnia, ex regulis & forma ejus Status, cujus nomen gerit, judicanda non ſit: Nam, per mixtionem hanc effici quiddam commune, ſed tamen diverſum à ſingulis formis, quæ ad mixtionem concurrunt; & ſingula hæc vim ſuam exſerere ac prodere plus minuſve, pro ratione ipſius temperamenti, quod propius ad unum, quàm ad aliud inclinare poſſit. (*b*)

Quinimo optimum ac moderatiſſimum hoc, ex Monarchia & aliis Statibus certo temperamento mixtum, Reipubl. genus eſſe, utpote in quo Populus, nec dominicam ſervitutem per omnia ſerviat, nec licentioſa libertate exultet, multi ſtatuunt: Mannii Valerii ſecuti ſpeculationes; (*c*) qui Romanis ſuis perſuadere conatus eſt. Vix aliud eſſe utilius ad ſalutem Reipubl. tuendamque Libertatem, & potentiam atque concordiam conſervandam, quàm aſſumi Plebem ad publica negotia: Et adminiſtrationem ita temperari, ut non penes paucos quoſdam Optimates, nec penes ſolam Plebem ſit Imperium, ſed miſtum ex his inſtituatur regimen.

quod nonnulli negant. Et hæc quidem, de mixtione diverſorum Statuum, vulgata ac inveterata omnium penè Autorum opinio eſt: Quam tamen nonnulli, & inter alios cumprimis Bodinus (*d*) explodunt, nec ejuſmodi mixtionem in Politi-

(a) *Lipſ. lib. 2. Polit. c. 2.* (b) *Nicolaus Graſſus de forma Reip. Venetæ.* (c) *apud Dionyſ. Halicarn. lib. 7. antiq. Roman.* (d) *l. 2. de Republ. c. 1. & Petrus Gregor. lib. 5. de Republ. c. 1.*

:is, aut dari, aut dari commodè poſſe, pro-
: contendunt.

Cum vero, in Rerumpubl. regimine, & bernandi ratione, magna, imò infinita oc- rrat varietas, huic rei emplaſtrum quæ- nt, diſtinguendo ipſum Reipubl. Statum formam, ab imperandi ratione, ſeu admini- :ratione. *(a)*

Statum Reipubl. ab adminiſtratione diſtinguentes.

Nam, Reipubl. Status regalis eſſe poteſt, ıbernatio tamen popularis futura eſt, ſi ex imperia, ſacerdotia, curationes, &c. om- ibus ex æquo diſtribuat: Si vero Princeps nperia, honores, Magiſtratus, Patriciis &c. intum imperiat, regia poteſtas ſimplex uidem erit, ac pura, ſed ariſtocratica ratio- ıe temperata.

Ita quoque Optimates Rempubl. populari nodo regere poſſunt, ſi Cives omnes, om- ıium Magiſtratuum & honorum participes ecerint: Et populus ariſtocraticè, ſi per pau- :iores ac Optimates eam adminiſtret; ſumma :amen poteſtate ſibi reſervata.

Vtrique denique, Rempubl. ſuam monar- chicè gubernare, tunc dicentur, quandò u- nus è multis dignitate præeſt; Majeſtas verò penes eſt Populum, vel Optimates: Quæ ſpe- cies Ariſtocratiæ, vel Democratiæ vocatur Principatus; *(b)* & is, qui dignitate aliis an- tecellit, Princeps, hoc eſt, in Republic. pri- mus. *(c)*

Prudentiſſimus autem hîc Reipublic. ad- miniſtrandæ modus cenſetur, ut licet penes Optimates vel Populum rei ſumma conſi- ſtat, unus nihilominus aliquis ſit princeps, & digni-

(a) *Bodin. d. lib. 2. c. 2. ult. & l. ult. c. ult. Petrus Gregor. d. loco.* (b) *Bodin. d. lib. 2. c. 1.* (c) *Bodin. lib. 1. de Republ. c. 8.*

propendeat ac præponderet ſemper aliqua pars, à qua jure ei nomen, (*a*) imo haud facilè puram ac ſimplicem Rempubl. reperiri, communis Politicorum opinio eſt.

Quæ tamen mixta Reſpubl. per omnia, ex regulis & forma ejus Status, cujus nomen gerit, judicanda non ſit: Nam, per mixtionem hanc effici quiddam commune, ſed tamen diverſum à ſingulis formis, quæ ad mixtionem concurrunt; & ſingula hæc vim ſuam exſerere ac prodere plus minuſve, pro ratione ipſius temperamenti, quod propius ad unum, quàm ad aliud inclinare poſſit. (*b*)

Quinimo optimum ac moderatiſſimum hoc, ex Monarchia & aliis Statibus certo temperamento mixtum, Reipubl. genus eſſe, utpote in quo Populus, nec dominicam ſervitutem per omnia ſerviat, nec licentioſa libertate exultet, multi ſtatuunt: Mannii Valerii ſecuti ſpeculationes; (*c*) qui Romanis ſuis perſuadere conatus eſt. Vix aliud eſſe utilius ad ſalutem Reipubl. tuendamque Libertatem, & potentiam atque concordiam conſervandam, quàm aſſumi Plebem ad publica negotia: Et adminiſtrationem ita temperari, ut non penes paucos quoſdam Optimates, nec penes ſolam Plebem ſit Imperium, ſed miſtum ex his inſtituatur regimen.

quod nonnulli negant. Et hæc quidem, de mixtione diverſorum Statuum, vulgata ac inveterata omnium penè Autorum opinio eſt: Quam tamen nonnulli, & inter alios cumprimis Bodinus (*d*) explodunt, nec ejuſmodi mixtionem in Politi-

(a) *Lipſ. lib. 2. Polit. c. 2.* (b) *Nicolaus Graſſus de forma Reip. Venetæ.* (c) *apud Dionyſ. Halicarn. lib. 7. antiq. Roman.* (d) *l. 2. de Republ. c. 1. & Petrus Gregor. lib. 5. de Republ. c. 1.*

:is, aut dari, aut dari commodè poſſe, pro-
: contendunt.

Cum vero, in Rerumpubl. regimine, & bernandi ratione, magna, imò infinita oc-
rrat varietas, huic rei emplaſtrum quæ-
nt, diſtinguendo ipſum Reipubl. Statum formam, ab imperandi ratione, ſeu admini-
:atione. (a)

Statum Reipubl. ab adminiſtratione diſtinguentes.

Nam, Reipubl. Status regalis eſſe poteſt, ıbernatio tamen popularis futura eſt, ſi ex imperia, ſacerdotia, curationes, &c. omibus ex æquo diſtribuat: Si vero Princeps nperia, honores, Magiſtratus, Patritiis &c. ıntum impertiat, regia poteſtas ſimplex uidem erit, ac pura, ſed ariſtocratica ratio-
ıe temperata.

Ita quoque Optimates Rempubl. populari nodo regere poſſunt, ſi Cives omnes, omiium Magiſtratuum & honorum participes ecerint: Et populus ariſtocraticè, ſi per pau-
:iores ac Optimates eam adminiſtret; ſumma :amen poteſtate ſibi reſervata.

Vtrique denique, Rempubl. ſuam monarchicè gubernare, tunc dicentur, quandò unus è multis dignitate præeſt; Majeſtas verò penes eſt Populum, vel Optimates: Quæ ſpecies Ariſtocratiæ, vel Democratiæ vocatur Principatus; (b) & is, qui dignitate aliis antecellit, Princeps, hoc eſt, in Republic. primus. (c)

Prudentiſſimus autem hìc Reipublic. adminiſtrandæ modus cenſetur, ut licet penes Optimates vel Populum rei ſumma conſiſtat, unus nihilominus aliquis ſit princeps, & digni-

(a) *Bodin. d. lib. 2. c. 2. ult. & l. ult. c. ult. Petrus Gregor. d. loco.* (b) *Bodin. d. lib. 2. c. 1.* (c) *Bodin. lib. 1. de Republ. c. 8.*

dignitate præcipuus, qui univerſos ac ſingulos, quaſi membra corporis, apta & colligata inter ſe unire, ac conſilium publicum, ſumma velut poteſtate, regere poſſit. *(a)*

Cum Bodino, & ejus ſequacibus, conſpirat hoc in paſſu Ariſtoteles, qui multis in locis contingere, ſcribit, *(b)* ut quæ Reſpubl. ſecundum Leges non ſit popularis, nihilominus populariter gubernetur, propter morem ac inſtitutionem: Similiter, apud alios contrà evenire, ut Reſpubl. ſecundum Leges magis ſit popularis; inſtitutione autem, & moribus, videatur magis ad paucorum regimen accedere.

quam diſtinctionem quidam impugnant. Diſtinctionem hanc, inter Reipubl. Statum ac adminiſtrationem, ſunt, qui impugnent, *(c)* ea ratione: Quod adminiſtratio Reipubl. actus ſit adminiſtrantis, & effectus ipſius Status, ac quaſi formatum hujus formæ. Poſtulat autem id ordo Naturæ, ac ratio, ut formatum (niſi externum aliquod accidens id impediat) propriæ formæ; & propriæ operationes operantis intentioni reſpondeant: Nec fieri ullo modo poteſt, ſi vis integra conſtat illi Naturæ ſuæ, ut formatum à forma ſua ſit diverſum & diſſimile, ac operantes planè contrà, vel præter intentionem ſuam, operentur ac agant.

Namque omne agens, & omnis forma tendit ad ſui conſervationem: Quod ſi diverſum à forma ſua producat formatum ac effectum, id contra naturam eſt; quippe quod ad ejus tendat deſtructionem.

Hinc

(a) *Idem lib ult. c.* 4. (b) *lib.* 4. *Polit. c.*5. (c) *Nicolaus Graſſ. in notis ad Iannott. & Contar. n.* 38. *Fabio Albergate in diſcurſ. Polit. AntiBodinianis lib.* 2. *cap.* 10. *quem refert Limnæus lib.* 1. *de jure publ. c.* 10. *n.* 23.

Hinc gubernandi rationem, tanquam effectum ſeu formatum, à Statu Reipubl. ceu immediatâ cauſa & forma, diverſam eſſe non poſſe, ſubtiliter ſatis concludunt. Quod ſi illa diverſa ſit, eam differentiam conſiſtere, aut in meris ſimulacris, quibus nulla adminiſtrationis vis ineſt; aut infallibile id eſſe ſignum, Rempubl. ægrotare, &, niſi maturis remediis occurratur, ad corruptionem inclinare, inque alteram formam mutatum iri: Quo ultimo caſu mirum videri non debeat, ſi, attracto jam vitio, ac turbatâ Reipubl. diſpoſitione, effectus cauſæ, ſeu formæ formatum non correſpondeat, ſed ea, quæ prius planè inter ſe cohærebant, diſſidere incipiant.

Sed, quod pace horum dixerimus, videntur nobis intempeſtivè nimis in Bodinum cenſorium ſtringere calamum. *Sed malè.*

Si enim de adminiſtratione ipſi loquuntur, quam ſuo jure ac nomine exercet, certo quidem certius, ea eſſentialis & individua cohærens ſequela Majeſtatis eſt: Sed de hac Bodinus non loquitur.

Quod ſi adminiſtrationem intelligunt, quam alieno beneficio quis habet, &, ab alio ſibi commiſſam, ſeu demandatam, agnoſcit: Hæc, licet à Reipubl. Statu diverſa ſit, attamen non ita illi contraria eſt, ut in ejus deſtructionem tendat; quin eo ipſo potius, quod ad eum, vel eos, in quorum manu Reſpubl. ſita eſt, tanquam ad fontem ſeſe refert, eidem ſubordinata eſt, ac ſuaviter cum illo conſpirat.

Adminiſtratio nullam mixtionem inducit.

Nec iſthæc adminiſtratio tantum rebus affert momentum, ut Status, ſeu formæ alterationem, & mixtionem in Republ. inducat: Quippe, quæ eſſentiam Status non

ingreditur, nec adminiſtratores in conſortium, ſeu communionem Majeſtatis ac ſummæ Poteſtatis adſciſcit; ſed omnia illius, vel illorum, ad quos Reipubl. ſumma pertinet, nomine peragit.

Itaque, quando Optimates, vel Populus participes ſunt honorum, ſub unius poteſtate ſupremâ; dici propterea non debet, tunc Monarchiam eſſe mixtam cum Ariſtocratiâ, vel Democratiâ; quia ibi, nec Optimatum, nec Populi ſuprema conſideratur poteſtas, ſed Principis Monarchæ, qui aliis ſuæ poteſtatis partem, ut eam ſuo (Principis) nomine gerant, impertitur: Neque qui alieno nomine gerit, Dominus eſt, ſed is, cujus mandato gerit.

Eadem ratione, ſi ex Optimatibus unus eligatur, vel ad ducatum militiæ, vel aliud negotium, per illum ſolum expediendum, ad tempus, vel in perpetuum, ideo is Monarcha non eſt: Quia, non ſolo ſuo nomine, ſed etiam Collegarum, poteſtatem exercet.

In Democratia pari modo obſervandum; in qua, nec Duces, nec Conſules, nec Dictator, vel ſi quis alius ſit, cui Reſpubl. ſuo (Reipubl.) nomine, poteſtate abſolutâ, ad tempus, vel in perpetuum, quamdiu vixerit, uti concedat, dicuntur habere Monarchicam, vel Ariſtocraticam poteſtatem: Nimirum, quia non ſuo, ſed Populi nomine, & procuratorio, eam exercent. (*a*)

nec Majeſtatem ſummi Imperii minuit: Quapropter iſthæc adminiſtratio Majeſtatem eorum, penes quos rerum ſumma eſt, nil quicquam delibat, nec ejus poteſtati detrahit.

Quem-

(a) *Petrus Gregorius d. l. 5. de Republica c. 1.*

Quemadmodum enim non infirmior manus eſt, quod ſit in digitos diſſecta, ſed ad peragendum agilior: Ita neque imminuitur ſumma poteſtas, à pluribus explicata; & negotia, multis in Republica communicata, facilius conficiuntur. Nec amittitur ſumma Poteſtas, nec adminiſtratio hoc pacto à Reipubl. Statu planè ſejungitur; ut non ſeparantur digiti à manu, nec manus à brachio, nec brachium à corpore, nec corpus à capite.

Sed quemadmodum virtus animæ, per totum corpus, & omnia membra diffuſa, ſua per inſtrumenta exſequitur mandata: Sic ſumma Poteſtas per miniſteria Præpoſitorum ſuam exercet autoritatem. (a)

In hac ergò ſententiâ, quod adminiſtratio Reipubl. à Statu ejuſdem diverſa eſſe poſſit, & accuratiſſimè diſtinguenda ſit, Bodino indubitanter aſſentimur.

Licet namque in Republ. is, vel illi, qui ſummæ rerum præſunt, ipſimet adminiſtrare dici poſſint, non modo, quandò in perſonâ ipſi Reipubl. negotia gerunt, ſed &, quandò aliorum miniſterio, in obeundis Reipubl. functionibus, pro arbitrio ſuo, utuntur: Quia quod per alium quis facit, ipſe feciſſe cenſendus eſt. (b) Magis tamen propriè adminiſtratio vocatur rerum alienarum, quorum cura alteri demandata eſt; Vt, adminiſtratio Tutorum, Curatorum, Procuratorum, Actorum Vniverſitatis, & ſimilium: (c) Id quod vel ex ipsâ voce patet, quæ à miniſterio & miniſtrando deducitur.

adminiſtratio namque propriè eſt rerum alienarum.

B 2 Ita

(a) *Idem lib. I. de Republ. c. I.* (b) *l. 5. §. 3. de admin. tut. & aliis vulgatis juribus.* (c) *rubr. & toto tit. de admin. tutor. l. I. de procurat.*

Ità in noſtrâ quoque materiâ magis propriè adminiſtrare dicuntur, quibus à ſummo Reipubl. capite publica negotia expedienda commiſſa ſunt, quique poteſtatem ſuam Superiori acceptam ferunt.

Mixtus Reipubl. Status datur quidem;

Quod vero ad mixtionem diverſarum in Republ. formarum attinet, ſi Bodini ſententiæ nimis præfractè inſiſtas, vereor, ut experientiâ ipſa, optimâ rerum Magiſtrâ, convincare. Et, ne longiùs abeamus, in noſtro Imperio mixtionem aliquam reperiri, inferius, luculenter, & ad oculum demonſtrabimus.

Sed haud diuturnus multiſque motibus obnoxius.

Acutius vero rem intuenti, prudentiſſimus hic Gallus, ad eundem nobiſcum ſcopum collimat. Id enim unicè agit, ut oſtendat, quam parum durabilis diverſorum Statuum, ſi commiſceantur, ſeu conjungantur, ſit concordia; Ideoque mixtas iſtas Reſpublicas, variis ac creberrimis motibus, mutationibus, corruptionibus obnoxias.

Id quod eâ ratione accidit, quia tres hæ Rerumpubl. ſpecies contrariæ planè naturæ ſunt, diverſa ratione, & legibus, inter ſe contrariis ac diſcrepantibus, à ſummo capite gubernantur, contrariaſque habent Rationes, quibus Statum ſuum firmant, & contrarios intermedios fines, quibus ad ſummum illum finem tendunt.

In Monarchiâ Ratio Status eſt, unius abſoluta & ſumma in Reipubl. Poteſtas, in quâ tota monarchiæ vis conſiſtit: Quare Imperatorem Tiberium Salluſtius Criſpus monuit, (*a*) ne vim Principatus reſolveret, cuncta ad Senatum vocando; eam conditionem eſſe imperandi, ut non aliter ratio con-

(a) *apud Tacit. lib.* I. *animal.*

conſtet, quam ſi uni reddatur. Et huc is, qui in ejuſmodi (qualem præſupponimus) mixtâ Republ. Monarcham repræſentat, omnia conſilia ſua proculdubio diriget, huc omnes vires ſuas intendet, ut ſolus rerum potiatur.

Contrà, Optimatum ac popularis Status unius imperantis, ſui naturâ impatiens eſt: Ideoque hi eo ſemper collimabunt, ne unus, ſed ut plures, vel omnes clavum Reipubl. teneant.

Ita contrariis intentionibus, ac contrariis motibus Status hi, ſummaque eorundem Capita inter ſe collidentur, in diſcordias dilabentur, deque ſumma rerum vi tandem ac armis decernetur; quouſque Reipubl. Status mixtus iterum purificetur, &, aut ad unum, aut paucos, aut univerſos Cives, ſumma deveniat poteſtas.

Objecerit nobis forſan aliquis, iſtam plurium inter ſe compoſitarum qualitatum contrarietatem, non id, quod nos intendimus, operari, nec in mutuam graſſari perniciem; cum ex quatuor elementis, contrariarum qualitatum, ipſa rerum conſtet natura: Quæ contrarietas, tantum abeſt, ut naturam deſtruat, ut potius admirabili temperamento, per infinitas rerum varietates illam exornet. *Objectio.*

Imo ſicut ex contrariis elementis, ſiderumque oppoſitis motibus, mirâ harmoniâ temperatus eſt mundus; Ita ex repugnantibus quoque, maximèque inter ſe contrariis humoribus ac partibus, hominis natura tota coagmentata eſt; in qua calida frigidis, & humida ſiccis pugnant, flava ſcilicet bilis, ac fel amariſſimum, cum dulciſſima pituita: Et iſthac quidem partium diſcordia ac tempe-

ratione,tum de homine, tum etiam de mundo ipſo ſublatâ, uterque momento ſit interiturus.

Reſpublica quoque non ſolâ æqualitate arithmeticâ conſtat, ſed diverſis hominum ſtudiis, gradibus, ordinibus, qualitatibus, & conditionibus.

Et, ſicut ex diverſi toni fidibus, ad ſymmetriam intentis, ſonus dulciſſimus oritur, ſuaviſque melodia, gravibus, mediis, & acutis conjunctis: Ita concentus, ex ſocietate, in Republ. parentium & imperantium, divitum, pauperum, artificum, ſedentariorum,& id genus diverſorũ graduum perſonarum ſtatu, quam ſuaviſſimus oritur. (*a*)

Reſponſio. Sed obſervandum eſt, illam rerum diſcordantium in Natura concordiam certa aliquâ ſymmetria ſubordinationis colligari, & certis legibus ſubjectionis ac regiminis temperari: Quod niſi fieret, confuſione ſua, brevi tempore, præſtantiſſimum & ampliſſimum Orbis opus conſumptum iri, certum foret. Nec poſſent partes tam diverſæ in eo perſeverare, ſi ſingulæ vellent, per ſe, promiſcuè & indifferenter, opera ſua perficere: Nam, poteſtas poteſtati æquali occurrens, perpetua diſcordia & irreconciliabili, omnia peſſumdaret, alienaque, quæ regere non novit, nec conveniunt, uſurparet cum ſua pernicie. (*b*)

Eodem modo Reſpubl.ex diverſis quidem, imò planè contrariis conflata eſt: Conſervatio tamen, & duratio rerum omnium, conſiſtit in illa ordinationis ac ſubjectionis concordia,

(a) *Petrus Gregorius lib. 6. de Republ. cap 6.*
(b) *Petrus Gregorius d. lib. 6. de Republ. cap. 6.*

Digitized by Google

cordia, & in mutuo imperantium ac parentium reſpectu.

Suprema enim in Republ. poteſtas, velut anima in corpore humano, & Natura in Mundo, contrarias iſtas qualitates, congruo aliquo temperamento ita inter ſe devincit, ut in ſuaviſſimam harmoniam conſpirent.

Verum enim vero, quando, in propoſito caſu noſtro, contrariæ ejuſmodi qualitates inter ſe miſcentur, & ad conſtituendam ſummam poteſtatem concurrunt, nullum eſt vinculum, quod illas inter ſe concordare, ac in concordiâ continere poſſit: Quia ſupra ſummam poteſtatem, nulla datur alia ſuperior poteſtas. Itaque una chorda, aut intenſa nimis, aut depreſſa, magna, durabilis, & exitialis oritur diſſonantia: Non eſt enim, qui ad priſtinam eam harmoniam reducere queat.

Illud quidem diffiteri non poſſumus, pulcherrimum & temperatiſſimum fore Reipubl. Statum, per ejuſmodi mixtionem conſtitutum, ſi, ſecundum monitum L. Papyrii Mugillani, (a) ex ſingulis Statibus remittendo de ſumma quiſque, juris mediis copularent concordiam.

Verum, cum ita comparatum ſit, ut mens humana nunquam ſibi ſatisfactum putet, ſed potius, una re adepta, ad aliam mox deſiderium applicare conſueverit, (b) ac inexplebilis majoris potentiæ cupido, ſuâ ſorte haud contenta, moderationiſque neſcia, ſemper plus ultrà tendat; vereor, ut ejuſmodi Reipubl. ſpecies in Vtopia Mori, aut ideali Platonis Regno facilius fingi, quam in hac

(a) *apud Liv. lib.4. hiſtor.* (b) *Machiav. lib.4. hiſtor. Florent.*

Mundi Scena, incorruptè, ac ſine turbis, reperiri queat.

Illa ipſa vetus Romanorum Reſpubl. quam aliquandò mixtam fuiſſe, Bodinus negare non audet, ſi ex eventu judicemus, mixtionem ſuam, (licet, ut paullò antè adductus L. Papyrius Mugillanus teſtis eſt, moderatiora, & moderationem ſectantia, ingenia, non deforent) abſque variis motibus ac turbis, ad breve tempus tueri non potuit.

Quæ cum Livius facundo ſtylo ad longum deſcripſiſſet, alicubi elegantiſſimè ſubjungit. (a) Alter ſemper Ordo gravis alterius modeſtiæ fuit: Quieſcenti Plebi ab junioribus Patrum injuriæ fieri cœptæ. Vbi Tribuni auxilio humilioribus eſſent, in primis parum proderat: Deinde, neque ipſi quidem inviolati erant. Seniores contrà Patrum, ut nimis feroces ſuos credere juvenes, ita malle, ſi modus excedendus eſſet, ſuis, quam adverſariis, ſupereſſe animos. *Adeò moderatio Libertatis, eum æquari velle ſimulando, ita ſe quiſque extollit, ut deprimat alium, in difficili eſt: Cavendo, ne metuant, homines, ultrò ſe metuendos efficiunt; & injuriam, à nobis repulſam, tanquam aut facere, aut pati neceſſe ſit, injungimus aliis.*

Etiamſi itaque mixta ejuſmodi Rerumpubl. genera inveniantur, non tamen Reſpublicas, benè conſtitutas, ſed Rerumpubl. corruptiones appellari oportere, ex Herodoto, Bodinus autor eſt. (b)

Et quemadmodum corpora, rectè à natura conſtituta, ſi mutari contingat, incredibili fœtore, ac ſui contagione, proxima quæque in-

(a) *lib. 3. hiſtor.* (b) *lib. 2. de Republ. c. 1.*

infeſtant, quoad novam formam adepta fuerint, ut cum ova incubantur, quæ tamen priuſquam incubarentur, & poſteaquam pulli extiterint, ſuaviſſimi ſunt odoris ac ſaporis: Ita quoque Reſpublicæ, quæ mutantur, diſtractis hinc inde Majeſtatis Legibus, ac ſummâ poteſtate diviſa, requiem, à bellis civilibus, & perturbationibus, nullam habent, quoad formam plenè conſummatam adipiſcantur.

Caput II.

In quo recenſentur præcipua eorum fundamenta, qui Statum in Imperio noſtro Monarchicum eſſe contendunt.

JAm ad rhombum pergamus. De Imperio noſtro Romano-Germanico, quale Patrum noſtrorum memoriâ id fuit, & hodiè aut eſt, aut eſſe debeat, quærimus: Quiſnam revera in eo Status ſit?

Communis de Statu Imperii noſtri opinio.

Communiter & promiſcuè Politici noſtri ac Juris publici Autores pedibus in eam ſententiam eunt: mixtum Imperii Statum eſſe, ex Monarchicâ & Ariſtocratiâ, in quo tamen Monarchia præponderet: Vt ita rectè dicatur monarchicus, ſed Ariſtocratia temperatus.

Theodorus Reinkingk Statum ipſum monarchicum eſſe, ſed, quoad modum adminiſtrationis & regiminis, rationibus ariſtocraticis rectè & prudentiſſimè temperatum, ideoque ſpeciem quandam referre Ariſtocratiæ aſſerit. (a) Et inprimis contra Bodinum, qui Imperium noſtrum Ariſtocratiam

(a) *lib. 1. de regim. ſecul. & eccleſ. cl. 2. cap. 2. n. 196. & 242.*

tiam eſſe ſtatuit, (*a*) totis viribus inſurgit, variaque argumenta conſtipat: Quæ, non ex hujus vel illius conjectura, & opinione, ſed ex ſacris Literis, Jure Canonico & Civili, Aureâ Caroli IV. Bulla, & noviſſimis Imperii Conſtitutionibus, ſe hauſiſſe, gloriatur. (*b*)

Videre ergo lubet,

Quid dignum tanto ferat hic promiſſor hiatu.

Argumenta Reinkingii pro monarchico

Et primum quidem, prælu dii loco, inde, Imperium noſtrum Monarchicum eſſe arguit; (*c*) quia id unum, & quidem ultimum ſit, ex quatuor ſummis Imperiis, quæ Monarchias vulgo vocamus.

Deinde adductis contrariæ ſententiæ fundamentis, ad confirmationem ſuæ opinionis progreditur, ac Monarchiam in Imperio noſtro adſtruit. (*d*) I. Quia Jura Majeſtatis, & ſummæ Poteſtatis, ſint penes unum, & ſolum Imperatorem; Lege Regiâ in eum tranſlata: Quæ lex, nec revocata ſit, nec revocari potuerit. Et huic opinioni ac præſumptioni (quod Imperator talis adhuc hodiè ſit, qualis tempore præterito, & Legis Regiæ fuit) eſſe ſtandum, donec contrarium liquidiſſimè probetur.

II. Quia commmunis hæc opinio ſit: Et omnes Populi, tam fideles, quam infideles Imperatorem noſtrum Monarcham ſalutent.

III. Quia Imperator nullius Imperio teneatur, nec alium, niſi DEUM & enſem, ſuperiorem recognoſcat: Ad quod probandum, Septem-Virorum decretum, adverſus Pon-

(a) *lib.2. de Republ. cap.6.* (b) *d. c. 2. n. ult.* (c) *d. cap.2. n.4.* (d) *d. c. 2. n. 53. & ſeqq. uſque ad n.91.*

Pontificem Anno 1338. promulgatum, (*a*) allegat. Vnde & Caput Imperii, das Oberhaupt/ Imperator appelletur; cui omnes poſt DEUM teneantur reddere rationem.

IV. Quia omnibus & ſingulis de Plenitudine poteſtatis imperet; idque ſub pœna amiſſionis Privilegiorum, Banni, & vitæ: Ejus autem mandatis, legitimè promulgatis, omnes & ſinguli parere debeant.

V. Quia omnium ordinum Dominus clementiſſimus appelletur.

VI. Quia omnes Ordines Imperatori, tanquam Domino & ſummo Magiſtratui, obedientiam ac ſubjectionem debeant; idque in ſubſcriptione ſuarum literarum fateantur.

VII. Quia Imperatori præſtetur homagium: Quod eſt fundamentum Superioritatis ex parte recipientum: ex parte verò præſtantis, fundamentum ſubjectionis.

VIII. Quia Proceres Imperii, ſine ulla exceptione, fidelitatem ei præſtent.

Et hæc ſunt illa munimenta ac propugnacula, quibus Monarchiam ſuam Reinkingk circumvallat, &, ſuâ quidem opinione, inexpugnabilem reddit: Hæc ſunt illa, quæ jactat, ex ſacris Literis, Jure Canico, ac Civili, notiſſimiſque Imperii Conſtitutionibus, deprompta, argumenta.

Noſtra ſententia. Nos utut Bodino in omnibus adſtipulari nequeamus; ut pote qui, rerum Germanicarum haud ſatis peritus, in multis manifeſtum errat errorem: Ita Reinkingio quoque aſſentiri nolumus.

Sed, ut breviter mentem noſtram explicemus, ſtatuimus. In Imperio noſtro Statum eſſe Ariſtocraticum, Monarchicâ tamen admini-

(*a*) *Quod exſtat apud Avent. lib. 7. annal. Boj.*

miniſtratione, ex parte, temperatum; inque illam incidere Ariſtocratiæ ſpeciem, quam Principatum ſuprà diximus.

Cum in ea unus, tanquam Princeps, cæteris dignitate præfulgeat; nempe is, qui antiquo nomine, ſeu Imperator, ſeu Cæſar appellatur.

Quomodo verò ex diverſis ariſtocraticis formis Status hic Imperii mixtus ſit, infrà breviter perſtringemus.

Licet quoque, propter Imperatoris, tanquam Principis, perſonam ac ſplendorem, Status Imperii in pluribus ſpeciem Monarchiæ præ ſe ferat, ad Monarchiæ tamen genus referri non poteſt, ſed ſub Ariſtocratiæ genere relinquitur: Quam confeſſionem, à Paurmeiſtero, Homine Imperatoris Majeſtati in aliis omnibus dedititiſſimo, ipſa rei extorſit veritas. (a)

CAPUT III.

De Majeſtate, ejuſque eſſentiali proprio; nempe ſuperioritate: & utrum illa Imperatori, an Imperio potiùs tribuenda ſit?

SECTIO I.

Argumenta ab autoritate Electorum prætereuntur.

UT ergò ad ſententiæ noſtræ confirmationem accedamus: Initio quidem alii, in duorum Electorum, Moguntini nempe, & Mauritii Saxonis; teſtimoniis, pro, aut contrà explicandis, oleum & operam inſumunt.

Quorum ille, in electione Caroli IV. contra Franciſcum, Galliarum Regem, ita differit. (b) Animi magnitudinem illi tribuunt;

(a) *lib. de juriſd. cap.* 1. *n.* 11. (b) *apud Sleidan. lib.* 1. *hiſtor.*

buunt; ſed ad Monarchiam illa ſpectat: Nobis autem inprimis eſt Ariſtocratia retinenda.

Alter Carolum V. incuſat; qnod ipſe aliquot per annos in eo totus fuerit, quo Monarcha, ſubactis Imperii Principibus ac Statibus evaderet, **daß er damit umging / wie er ſeinelſo lange gepracticirte Monarchey einmahl zu begehrtem Ende führen / &c. möchte.** *(a)*

Quorſum etiam iſta, in Galliæ Regis reſcripto pertinent: *(b)* Se intellexiſſe à Germaniæ Principibus, Carolum Monarchiam ſibi conſtituere velle.

Nos verò hæc non admodum urgebimus: Non enim ullius, quiſquis ille tandem ſit, autoritate, ſed rationum acumine pugnare, noſter ſcopus eſt.

Si itaque rem ipſam aggrediamur, quocunque eam vertamus, totius controverſiæ cardinem in eo verſari animadvertimus; Vtrum Majeſtas Imperii, ſeu Ius Imperii, & πολίτευμα, Imperatoris, an verò Imperii, ac omnium Ordinum, quatenus illi conjunctim cum Imperatore, vel ſine eodem, unum corpus repræſentant, propria ſint? *Status Imperii ex Majeſtate judicandus.*

Hæc enim illa vera eſt Reipubl. forma, quæ eſſe & ſubſtantiam ejus conſtituit. *(c)* Hoc illud vinculum, per quod Reſpubl. cohæret: hic ille Spiritus vitalis, quem tot millia trahunt: Nihil ipſa per ſe futura, niſi onus & præda, ſi mens illa Imperii ſubtrahatur. *(d)*

Et

(a) *apud Sleidan. lib. 24. Thuan. lib. 9. hiſtor. Hortled. vol. 2.* **Vom Teutſchen Krieg** *lib. 5. cap. 4. n. 2. 3.* (b) *apud Sleidan. lib. 25. hiſtor. & Hortled. d. lib. 5. cap. 3. n. 6.* (c) *l. 9. §. 3. ad exhib. l. 3. §. 1. de Verb. ſign.* (d) *Seneca lib. 1. de Clementia.*

Ea, ex communi opinione Imperatoris eſt. Et ſanè Scriptorum Germaniæ plerique Imperatori Majeſtatem aſſertum eunt; inter quos noviſſimè agmen ducit Reinking: (*a*) Adeo, ut, qui Imperatori eam detrahit, contra Euangelii doctrinam, non dare Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, contendat. (*b*)

Non ex noſtra ſententia; Novimus quidem, crabrones nos irritaturos, ſi aliter ſentiamus, & tantum non hæreſeos, ſacrilegii, ac perduellionis reos fore. Hoc tamen non obſtante, dicimus, quod res eſt: Nec Majeſtatem imperii noſtri Imperatori aſſignare, ac propriam facere poſſumus, niſi omni rationi adverſari, & Statum Imperii penitus invertere velimus.

ſed totius Imperii, Nam Majeſtas illa quidem, tanquam individua, (*c*) penes Imperium, ſeu omnes Ordines, quatenus illi, junctim conſiderati, unum corpus conſtituunt, (à quo tamen corpore Imperatorem, quando aliquis exſiſtit, non excludimus) reſidet. Et, ſi Imperatorem ſeparatim ab Ordinibus conſideret, Majeſtas Ordinum propria eſt; qui illam etiam tunc; quando nullum habent Imperatorem, integram, illibatamque conſervant: Species verò extrema Majeſtatis, per electionem, transfertur in Imperatorem.

Majeſtas Imperatori tribuitur; Verbis quidem nemini, niſi Imperatori, in Germaniâ titulum Majeſtatis competere, vel lippis & tonſoribus notum eſt. Adeo, ut in Imperii Conventibus, & ab Imperatore, nulli alii Regum, quorum tamen plerique longè meliore titulo Majeſtatem ſibi vindicare poſſunt, hoc nomen tribua-

(*a*) *d. cap. 2. per tot.* (b) *l.1. cl. 2. cap. 9. n. 9.* (c) *Reinking. d. lib.1. cl.2. cap.2. n. 231.*

buatur: Vocantur enim, die Königliche Würde/ & non die Königliche Mayt.

Sed, aut reſpectu totius Imperii, quatenus ejus Majeſtatem exterius Imperator repræſentat, id intelligendum eſt. Quemadmodum Poloni per Regiam Majeſtatem, non accipiunt Regem ab Ordinibus ſeparatum; ſed in Comitiis, quorum Caput eſt, reſidentem, & totius Regni, ſive omnium Ordinum autoritate conſentiente, judicantem. *(b)* *Et quâ ratione id intelligendum.*

Aut pro antiqui Imperii, & antiquæ poteſtatis relicto veſtigio, & inani ſimulacro habendum: Dicendumque more Germanorum id fieri, qui ubivis, ac ſemper inanium titulorum largiſſimi ſunt, voceque Majeſtatis ad ſplendorem Imperatoris abutuntur. *(c)*

Quorſum ea ſimiliter referimus, in quibus Reinkingk non poſtrema aſſertionis ſuæ fundamina ponit: Quod in Receſſibus Imperii, Plenitudinis Poteſtatis, Imperatoriæ præeminentiæ & ſimilium, Keyſerlichen præminentz, Macht / vnd Hochheit / Gewalt vnd Vollkommenheit / crebetrima fiat mentio; quod Imperatorem, Dominum ſuum clementiſſimum, Ordines Imperii ſalutent.

Nam hæc curialia, ſi intra verborum terminos maneant (ut manere debent) nihil in effectu aut Imperio detrahunt poteſtatis, aut Imperatori largiuntur.

SECTIO

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1526. §. Vnd ſeind die die Churfürſten / *& plur. ibi, ut probat Reink. lib.* 1. *cl.* 3. *c.* 11. *n.* 13. (b) *Arniſ. lib.* 2. *de Republ. c.* 7. *n.* 5. (c) *Bodin. lib.* 1. *de Republ. c.* 10.

SECTIO II.

NObis, ſi veritatem inveſtigare volumus, non circa verborum corticem laborandum; ſed res ipſa, qualis in ſemet, introſpicienda eſt.

Virtus namque non eſt poſita in nomine, ſed in plenitudine autoritatis. *(a)* Et utrum quis vocetur Rex, vel Dux, nihil ad rhombum facit. Nec facienda vis in nomine, ſed in qualitate regiminis, & in magnitudine poteſtatis. *(b)*

Majeſtatis definitio & eſſentialis proprietas.

Itaque Majeſtatis definitio & eſſentialis forma, ſeu proprietas, examinanda, numque Imperatori ea, an Imperio potiùs congruat, perpendendum venit.

Majeſtas definitur, ſumma & abſoluta, ſeu Legibus ſoluta poteſtas. *(c)*

Hæc enim abſoluta ſuperioritas, eſt ipſa forma ac ſubſtantialis eſſentia Majeſtatis; *(d)* & ſublimioris Imperii, ſummique Dominatus ſymbolum. *(e)*

Summa autem poteſtas ideò dicitur, quia actus ejus alterius juri non ſubſunt, ita ut alterius voluntatis humanæ arbitrio, irriti poſſint reddi: *(f)* Summum enim eſt, quo nihil majus eſt, ſed cujus Imperio omnes continentur, ac coërcentur. *(g)*

Adeòque Majeſtas omnis ſubjectionis eſt

(a) *Ex Fulvio Paciano Paurm. lib. 2. de juriſd. cap. 4. n. 47.* (b) *Ex Baldo. Idem d. loco.* (c) *Bodin. lib. de Republ. c. 8. Reink. lib. 1. cl. 3. c. 11. n. 2. & 4.* (d) *Ex Carolo Molinao & Covarruvia Reink. d. c. 11. n. . & cl. 5. cap. 2. n. 12.* (e) *Ex Goddao: Idem d. cap. 2. n. 14.* (f) *Hugo Grotius lib. 1. de jure Belli. c. 3. n. 7.* (g) *Nicolaus Graſſius in notis ad Ioannes. & Contar. n. 15.*

eſt neſcia; (*a*) & ubicunque eſt Majeſtas, ibi ſuprema quoque reſidet poteſtas ac ſuperioritas. Nec ſuperioritatis alia datur ſuperioritas, ſupra quam nullus exiſtimatur aſcenſus. (*b*)

Imperium Imperatore ſuperius eſſe, Probatur non tam ab Imperatoris conſtitutione.

Jam verò Imperium ſive Ordines Imperii Imperatore ſuperiores eſſe, contra Reinkingium, qui id præfractè negat, (*c*) conſtanter aſſerimus.

Nec tamen, ut alii, à conſtitutione Imperatoris argumentabimur. Quod conſtituens major ſit conſtituto; quia ex cauſæ primæ influxu operetur ſecunda, & jus omne potentius ſit in cauſa, quam in cauſato: (*d*) Quodque in omni conceſſione, ſuperior poteſtas reſervetur concedenti: illaque ita ſemper intelligenda veniat, ut major, ſupremaque poteſtas, & quæ ad eam tuendam pertinent, reſervata cenſeantur. (*e*)

Cum enim, quod in hoc paſſu Reinkingk rectè advertit, (*f*) conſtitutus aliquando conſtituente ſuperior ſit; ut Populus quondam Romanus Principi omne Imperium ſuum & poteſtatem, etiam in ſemetipſum, conceſſiſſe legitur: (*g*) Argumentum hoc, non apodicticè, ſed præſumtive tantum, concludit.

Id tamen ex eo falſum eſſe colligimus, quod ſcribitur: (*h*) Eo ipſo, quo creatur Rex Roma-

(a) *Reink. lib. 1. cl. 2. n.* 138. *&* 128. (b) *ex Baldo & Andreá Knichen. Idem lib. 1. cl. 5. cap. 2. n.* 16. (c) *lib. 1. cl. 5. cap. 9. per tot.* (d) *Reink. d. cap. 9. n. 3.* (e) *per cap. dudum vers. nos igitur deprehend. in 6. ex Baldo & Meiſchnero. Idem d. cap. 2.* (f) *l. 6. n.* 17. (g) §. 6. *De jure natur. gent. & Civ.* 16. (h) *Taurmeiſt. lib. 2. de juriſd. c. 4. num.* 7. 16 *&* 20.

Romanorum, Imperium omne Politicum jure gentium in eum conferri; exceptis his quæ, vel Legibus in creatione dictis, vel uſu ac moribus, oſtenduntur mutata & excepta: Et, ex jure electionis, præſumi pro Imperatore, ſeu, ut loquuntur Interpretes, niti eum intentione fundatâ, quoad omnem juriſdictionem & poteſtatem.

Nam, ex ſuperiori fundamento, propter illam ipſam electionem, præſumitur pro Imperii, ſeu Ordinum Libertate, contra Imperatoris poteſtatem, Imperiumque: exceptis his, quæ expreſſim in Imperatorem collata reperiuntur, in cæteris omnibus fundatâ nititur intentione contra Imperatorem.

Præcipuum autem aſſertionis noſtræ fundamentum in eo conſiſtit: Quod Imperator teneatur Imperio, ſeu Ordinibus Imperii, actionum ſuarum, rerumque geſtarum reddere rationem; quodque, ſi dignitate Imperatoriâ indignus judicetur, à gubernaculis removeri, ac dignitate exui queat.

quàm à rationum redditione, ad quam Imperator Ordinibus obligatur.

Ad rationes quidem, Imperio, ſeu Ordinibus reddendas, Imperatorem obligari, vel ex vetuſto Heinrici IV. exemplo, palam eſt, de quo ſcribitur. (a) Quod ejus Legati, ad tumultuantes Saxones miſſi, eoſdem per DEUM rogârint, ut remiſſo armorum ſtrepitu, pacatis animis, ſopitis ſimultatibus, tempus, locumqne conſtituerent, quo Rex totius Regni Principes evocaret: Vt juxta communem ſententiam, & objecta purgaret, &, quæ correctionis egere viderentur, corrigeret.

Nec multo poſt, interventu Moguntini Archi-

(a) *Anonymus monachus Herveldenſis in Chron. hiſtor. Germ. ſub Anno* 1073.

Archiepiſcopi, res eo deducta eſt, ut Saxones decernerent duodecim ex ſuâ gente, qui fide interpoſitâ, ipſi tuto ad colloquium venire poſſent, cum cæteris Principibus Regni: Vt cauſſæ, quas adverſus Regem adferrent, eorum judicio diſcuterentur, & terminarentur; ipſo Rege, ſi ita expedire videretur, præſente, & crimina, quæ objicerentur, ſi poſſet, refellente. *(a)*

Tandem hic ipſe Heinricus, ad extrema & incitas penè à filio redactus, Proceres Imperii appellavit: Rogamus vos, & enixè precamur, ſcribens, *(b)* ut pro timore DEI, & honore Regni, & honeſtate veſtra dignemini ſtudere, quomodò de injuria in manibus veſtris nobis illata, per vos poſſimus recuperare juſtitiam. Nos quoque conſilio veſtro, & aliorum, qui nos odio non habent, religioſorum Virorum, parati ſumus, tam filio noſtro, ſi in aliquo eum offendimus, quam alicui in Regno, libenter emendare.

Hinc inſtructioni Legatorum, à filio ad Patrem miſſorum, quam Vrſpergenſis adducit, & magnoperè laudat, *(c)* inſerta fuere hæc verba. Placet tam Regi, quam univerſis Regni Principibus, imo cuncto Exercitui orthodoxo, quo ſenior idem (Heinricus nempe IV.) ne ulla ſibi pateat adverſum nos querela, quacunque elegerit ſecuritate, quacunque maluerit ſtatione, coram præſenti Senatu ſimul & Populo, cauſſam ſuam agat, *juſtitiam ſuſcipiat, juſtitiam & reddat*: Quatenus, ab ortu ſchiſmatis, omnibus ſeditionum cauſſis undique diſciſſis, tam filio, quam Patri, ſua juſtitia reſpondeat.

Filius

(a) *Monachus Herveld. ibid.* (b) *Abbas Vrſpergenſis in Chron. ſub Anno* 1106. (c) *in d. Chron. d. loco.*

Filius quoque Heinricus V. in eaſdem caſſes, quibus Patrem ceperat, lapſus, Anno 1112. tumultuante Imperio, generalem Curiam Moguntiæ inſtituit: Ubi liberam omnibus audientiam, de ſibi objectis ſatisfactionem, de ſuis juveniliter malè geſtis correctionem, ad Senatus-conſultum, repromiſit; ut Naucleri verba ſunt, (*a*) Abbas autem Urſpergenſis, (*b*) ad annum 1115. id refert.

Iterum, Anno 1119. idem Heinricus, apud Triburium, ſive Triburias, generalem Conventum haberi aſſenſit; ubi de omnibus, quæ ſibi objicerentur, juxta Senatus-conſultum, *rationem ſe redditurum & ſatis-facturum*, ſpopondit. (*c*)

Simile exemplum habemus in Otthone IV. qui, ortis ob Pontificiam excommunicationem in Imperio turbis, Norinbergam omnes Principes Germaniæ convocavit, illic Principibus commemorans, Romanorum perfidiam, iniquas petitiones Pontificis & dolos, &c. Addidit præter reliqua, ſe paratum Imperio cedere, ſi Principibus Electoribus videretur inutilis, & meritus, ut deponeretur. *Principum ita judicio ſuam cauſſam ſubjecit, & Imperii Rempubl. commiſit.* (*d*)

Idipſum quoque, in ultimis Comitiis, Ratisbonæ Anno 1613. habitis, Imperator Matthias adhuc agnoſcere viſus eſt, quando Proteſtantium Legatis intimari fecit, **Es wolten Jhr. Keyſerlichen Mayt. dero Keyſerlichen ſchweren Beruf vñ** autoritat, in adminiſtratiõ **der**

(a) *vol.* 3. *Chronogr. gener.* 31. (b) *d. loco.* (c) *Abbas Urſpergenſis in Chronic. ſub Anno* 1119. *Sigon. lib.* 10 *de Regno Italiæ.* (d) *Hier. Mutius lib.* 19. *Chron. Germ.*

der juſtitien, alſo in acht nehmen / vnd erzeigen / daß Ihr. Mayt. es gegen Gott / den Ständen / vnd bey künftigem Reichs-tage verantworten könten. (a)

Imperator itaque Imperium, ſeu Ordines ſuperiores agnoſcit, tantumque abeſt, ut arrogare Majeſtatem ſibi poſſit, ut vera potius Majeſtas, hac ratione, ab eo exſulet.

Quippe Princeps, Populuſve, in quibus Majeſtas ineſt, rationem rerum geſtarum nemini, præterquam immortali DEO, reddere coguntur. (b)

Et ab Imperatoris exauctoratione.

Porro Imperatores ſæpius exauctoratos, & ab officio remotos, cuivis, vel mediocriter in hiſtoriis verſato, exemplo non uno obviam erit.

Quod enim Principum decreto impendere licet, eorundem autoritate tollere non liceat? Quem meritum inveſtivimus, quare immeritum non deveſtiamus? inquit Elector Moguntinus contra Henricum IV. Imperatorem. (c) Aut, ut paullo aliter Sigonius id effert; (d) cur, quem immeritum induimus, non merito exuamus?

Ita quoque Ottho IV. Imperator; veſtri, ait, (e) ô Principes, juris eſſe fatemur, Imperatorem creare ſimul, & deſtituere.

Id quod fieri non poſſet, niſi Principes & Ordines Imperatore eſſent ſuperiores: Cum par in parem non habeat Imperium;

(a) Gründlicher Bericht des jenigen / ſo bey dem zu Regenſpurg vorgewäſenen Reichstage vorhandelt worden. n. 16. (b) *Bodin. lib. I. de Republ. cap. 8.* (c) *Helmoldus in Chron. Slavor. c. 32.* (d) *lib. 9. de regno Ital.* (e) *Naucler. vol. 3. Chronogr. gener. 41.*

rium; (*a*) nedum inferior in ſuperiorem.

Reinkingii reſponſio. Sed vim hujus noſtri argumenti Reinkingius eâ ratione infringere conatur, (*b*) quod hæc exauctoratio, ſeu depoſitio Imperatoris, irregulari, non regulari jure fiat; nec Proceres pro lubitu, Imperatorem deponere poſſint.

Si tamen Imperator talis exſiſtat, qui fundamentales Imperii Leges violet, datam fidem negligat, ac ipſum ſocietatis civilis & Reipubl. vinculum diſrumpere conetur; quadrata rotundis, & candida nigris miſceat: Illum tum demum removeri poſſe, non tanquam Imperatorem, ſed tanquam fidei & juris temeratorem.

infringitur. Et ſanè quam lubentiſſimè aſſentimur Reinkingio; quod, ad exauctorationem Imperatoris, ſemel conſtituti, tranquillitatis publicæ conſervandæ, & turbarum evitandarum cauſa, difficulter, nec niſi ex urgentiſſimis cauſis, deſcendendum ſit. Vnde Innocentius dicit; (*c*) quod Imperator, & alii Reges non debeant privari, niſi ex maximis cauſis & delictis: Quia, cum non poſſint deponi ſine magnis periculis, detrahendum eſt rigori.

Sed jam non quæritur, quid Imperio conducat, vel utile exſiſtat? Verum quantum Ordinibus hac in re liceat; & quanta iis competat poteſtas?

Quamvis autem Legibus aliàs, haud exemplis judicandum ſit, (*d*) in hac tamen exauctorationis materia, de qua nulla Lex fun-

(a) *l. 4. de Rec. arbitr. l. 33. §. penult. ad Sc. Trebell.* (b) *lib. 1. cl. 2. cap. 2. n. 182. & ſeqq.* (c) *in c. Apoſtolica de Decimis quem refert Panormit. in c. venerabilem. n. 7. de electione.* (d) *l. 13. C. de ſentent. & interloc. Iud.*

fundamentalis ſcripta, reperitur, ne deviemus, exemplorum cynoſuram neceſſario ſequi oportet.

Quod ſi exempla iſta contemplemur, Imperatores, non ſolum ob graviſſima, Reipubl. Statum concernentia, aut invertentia, crimina, ſed aliquando ob alia quædam delicta, imo ob inertiam & ineptitudinem, ſolio deturbatos eſſe, cognoſcemus. *Imperator ob quoſcunque exceſſus, pro Ordinum lubitu, exauctorari poteſt.*

Vnde gloſſam (*a*) haud malè judicaſſe putamus; quod omne crimen ſufficiat ad deponendum Imperatorem, ſi Imperator de eo eſt incorrigibilis.

Heinricus IV. & V. Ottho IV. & alii quidam, non alia de cauſa dignitate ſua privati ſunt, niſi quod Papæ per omnia obſequi noluerint, eaque de cauſa excommunicationis vinculo innodati ſint.

Ita enim Heinrico IV. cauſam ſuæ abdicationis quærenti, à Romaniſtis, qui Imperii inſignia ipſi ereptum ibant, reſponſum legitur. (*b*) Quia tu teterrimo diſſidio, multos jam annos, Eccleſiam DEI lacerasti; quia Epiſcopatus, Abbatias, omneſque dignitates Eccleſiaſticas venales habuiſti: quia nihil legitimi, in legendis Epiſcopis obſervaſti: Ob has res Pontifici, Principibuſque Germaniæ placuit, te non piorum communione ſolùm, ſed Regni poſſeſſione etiam deturbare. Quid vero hoc crimen cum Imperii Statu habebat commune?

Ita, Henricum etiam V. hujus filium, cum is cœtu piorum à Pontifice ejectus eſſet, Germaniæ Principes, Witæburgum, ad dicendam cauſſam vocârunt; haud obſcurè dènun-

(a) *in cap. ſi Papa. 40. diſt. quam refert Tanorm. d. loco.* (b) *Sigon. lib. 9. de Regno Italiæ.*

rium; (*a*) nedum inferior in ſuperiorem.

Reinkingii reſponſio. Sed vim hujus noſtri argumenti Reinkingius eâ ratione infringere conatur, (*b*) quod hæc exauctoratio, ſeu depoſitio Imperatoris, irregulari, non regulari jure fiat; nec Proceres pro lubitu, Imperatorem deponere poſſint.

Si tamen Imperator talis exſiſtat, qui fundamentales Imperii Leges violet, datam fidem negligat, ac ipſum ſocietatis civilis & Reipubl. vinculum diſrumpere conetur; quadrata rotundis, & candida nigris miſceat: Illum tum demum removeri poſſe, non tanquam Imperatorem, ſed tanquam fidei & juris temeratorem.

infringitur. Et ſanè quam lubentiſſimè aſſentimur Reinkingio; quod, ad exauctorationem Imperatoris, ſemel conſtituti, tranquillitatis publicæ conſervandæ, & turbarum evitandarum cauſa, difficulter, nec niſi ex urgentiſſimis cauſis, deſcendendum ſit. Vnde Innocentius dicit; (*c*) quod Imperator, & alii Reges non debeant privari, niſi ex maximis cauſis & delictis: Quia, cum non poſſint deponi ſine magnis periculis, detrahendum eſt rigori.

Sed jam non quæritur, quid Imperio conducat, vel utile exſiſtat? Verum quantum Ordinibus hac in re liceat; & quanta iis competat poteſtas?

Quamvis autem Legibus aliàs, haud exemplis judicandum ſit, (*d*) in hac tamen exauctorationis materia, de qua nulla Lex fun-

(a) *l.* 4. *de Rec. arbitr. l.* 33. §. *penult. ad Sc. Trebell.* (b) *lib.* 1. *cl.* 2. *cap.* 2. *n.* 182. *& ſeqq.* (c)* *in c. Apoſtolica de Decimis quem refert Panormit. in c. venerabilem. n.* 7. *de electione.* (d) *l.* 13. *C. de ſentent. & interloc. Iud.*

fundamentalis ſcripta, reperitur, ne deviemus, exemplorum cynoſuram neceſſario ſequi oportet.

Quod ſi exempla iſta contemplemur, Imperatores, non ſolum ob graviſſima, Reipubl. Statum concernentia, aut invertentia, crimina, ſed aliquando ob alia quædam delicta, imo ob inertiam & ineptitudinem, ſolio deturbatos eſſe, cognoſcemus.

Imperator ob quoſcunque exceſſus, pro Ordinum lubitu, exauctorari poteſt.

Vnde gloſſam (*a*) haud malè judicaſſe putamus; quod omne crimen ſufficiat ad deponendum Imperatorem, ſi Imperator de eo eſt incorrigibilis.

Heinricus IV. & V. Ottho IV. & alii quidam, non alia de cauſa dignitate ſua privati ſunt, niſi quod Papæ per omnia obſequi noluerint, eaque de cauſa excommunicationis vinculo innodati ſint.

Ita enim Heinrico IV. cauſam ſuæ abdicationis quærenti, à Romaniſtis, qui Imperii inſignia ipſi ereptum ibant, reſponſum legitur. (*b*) Quia tu teterrimo diſſidio, multos jam annos, Eccleſiam DEI laceraſti; quia Epiſcopatus, Abbatias, omneſque dignitates Eccleſiaſticas venales habuiſti: quia nihil legitimi, in legendis Epiſcopis obſervaſti: Ob has res Pontifici, Principibuſque Germaniæ placuit, te non piorum communione ſolùm, ſed Regni poſſeſſione etiam deturbare. Quid vero hoc crimen cum Imperii Statu habebat commune?

Ita, Henricum etiam V. hujus filium, cum is cœtu piorum à Pontifice ejectus eſſet, Germaniæ Principes, Witæburgum, ad dicendam cauſſam vocârunt; haud obſcurè denun-

(a) *in cap. ſi Papa. 40. diſt. quam refert Tanorm. d. loco.* (b) *Sigon. lib. 9. de Regno Italiæ.*

nunciantes, ſe, niſi veniſſent, abſentem Regno ſpoliaturos. (*a*) Nec alia de cauſſa, niſi propter anathema, ſeu excommunicationem Pontificis, Regnum ab eo defecit. (*b*)

Adolphus Imperator à Rege Angliæ recepit pecuniam, ut eum juvaret contra Regem Franciæ: Id quod valde indignè ferebant Imperii Principes. Ex qua, & aliis cauſſis, autore Archiepiſcopo Moguntino, depoſitus fuit: Qui objecit Regi perjurium, & quod ſtipendium contra Francum recepiſſet; quod cuderet falſam monetam; quod feciſſet Sacerdotem decollari; quod mandaret Eccleſiaſticos ſpoliari. (*c*)

Nec Sigfridus, Presbyter Miſnenſis, (*d*) licet ob ſubactam Thuringiam, Miſniamque valdè ei infenſus, alias cauſas commemorat, quam quia Eccleſias vaſtaſſet; quia Virgines ſtupraſſet; quia accepiſſet ſtipendia belli ab inferiore ſe, ſcilicet Rege Angliæ, quod Auguſto non licet, nec decet; quia denique Rempubl. non auxiſſet, ſed magis diſſipaſſet, & ob hoc Auguſtus de cætero vocari non deberet.

Similiter alius quidam, eundem ideo depoſitum, ſcribit, (*e*) quia facultates illi erant impares ad Imperatoriam Majeſtatem, & inſuper, fortuna adverſa agebat, quod agebat. Cumque in Imperio multum eſſet indies turbarum, & neceſſe eſſet, habere potentiorem Cæſarem, Moguntiæ conveniſſe Electores, & Adolphum deſtituiſſe Imperio.

His

(a) *Sigon. lib.* 10. *de Regno Italiæ.* (b) *Ottho Friſing lib.* 7. *rer. ab orig. mundi geſt. cap.* 16. (c) *Naucler. vol.* 3. *Chronogr. gener.* 43. (d) *in epit. hiſt. lib.* 2. (e) *Auctor Paralipomenon ad Abbatem* Vrſperg.

His idem annectit cauſam illam acceptæ à Rege Angliæ, & interverſæ pecuniæ.

Quod vero ſequitur; Adolphum telluris inutile pondus, Imperii, & publicæ utilitatis perniciem, etiam meruiſſe malefactis, Imperio privari: Male admodum conſonat cum iſto, quod ſub finem idem Autor, ſui haud ſatis memor, illi tribuit, elogio. Adolphum, Virum quidem fuiſſe inſignem, ſed parum milite & pecuniis potentem.

Nam quoad crimina, quæ ipſi objecta ſunt, rectè à non-nemine (a) additur: An cauſæ allegatæ omnes fuerint veræ, Deus, qui omnia novit, dijudicet.

Ex quo ſatis apparet, veriſſimam exauctorationis cauſam fuiſſe, facultatum & virium defectum, ob quem ipſe Electoribus & Principibus cœpit haberi contemptui; Principumque ſeu Procerum voluntate illi potiùs, quam proprio merito, Coronam Imperii ademptam.

Imo crimina illa objecta, etiamſi per omnia vera, talia tamen haud fuiſſent, ut Statum Imperii, ejuſque fundamentales Leges peſſumdarent, aut convellerent.

Nec vero ſuperiora iſta exempla, calculo noſtro, per omnia approbamus; nec, an ſupradicti Imperatores, bono publico, remoti ſint, examinare inſtituti noſtri jam eſt. Sed id tantum ex iſtis exemplis, quia Legum autoritas hic deficit, colligimus: Proceres Imperii, ad Imperatoris remotionem, etiam ex alia, quam violatarum Legum fundamentalium, ſeu Status Imperii cauſa, procedere conſuetos, & auſos.

Tandem ultimo Wenceſlaus ab Imperio dejectus eſt, quod nulla ipſius actio cernere-

C tur

(a) *Nauclér. d. loco.*

tur principatu digna ; cum neque in Italiam tranſire , nec cætera munera Imperii obire curaret : Duæque tantum artes eſſent ; una , voluptatibus ſe dedere , altera , cumulationi pecuniarum intendere. Cætera verò omnia negligere,ſegniter,atque diſſolutè ſe gerere. Fertur etiam, quod venerabiles Prælatos , & honeſtos Presbyteros , nec non religioſos, occiderit , ſubmerſerit, & faculis cremaverit, ſine cauſa ſaltem juſtâ ; multaque crudeliter, peregerit. (*a*)

Non ergò Legum fundamentalium , aut ipſius Reipublicæ violatio & everſio , ſed, ex parte, crudelitas, præcipuè verò inertia, quia, ut Hiſtoricus loquitur , (*b*) ipſe ad adminiſtrationem inutilis erat, inque eo nomen ac autoritas imperii deperibat , è ſublimi faſtigio ipſum dejecit.

Vnde , cum Wenceſlaus contra Imperii Statum ac incolumitatem nihil molitus ſit , Petrus Gregorius, vulgatâ iſthac Autorum traditione de Statu Imperii noſtri monarchico imbutus , depoſitionem hanc cum ſummi Imperii Majeſtate conciliare non potuit , ſed Electores, qui depoſuerunt Wenceſlaum, melius feciſſe judicat, (*c*) ſi ei Coadjutorem dediſſent.

Nam illa , inquit, depoſitio magis pertinet ad contumeliam quodammodò tantæ poteſtatis Imperialis , quàm ad bonum Imperii : Et daretur occaſio Electoribus mutandi , ex arbitrio , electum. *Hoc eſt*,nimirum, *deprimere poteſtatem Majeſtatis Imperatoris , conſtituere Electores illâ majores : Perinde , ac ſi ex Ariſtocratia Dux per Optimates electus eſſet , qui revocari poſſet.*

Rectè

(*a*) *Idem d. vol.*3*.gener.* 47. (b) *Naucler, d.loco.*
(c) *lib.*26*. deRepubl. c.*5.

Rectè id quidem: Sed illud-ipſum eſt, quod nos intendimus, & , ad quod ſtabiliendum, exauctorationem iſtam Imperatorum inducimus. Vtpote, quæ non modo, ſi Imperator Leges fundamentales Imperii violet, ſtatumque ſubvertere conetur, & ita in ipſam Rempubl. peccet, ſed & aliis de cauſis, atque ob alia quædam delicta, pro arbitrio Imperii Ordinum, fieri conſuevit, locumve habet.

SECTIO III.

Reinkingii diſtinctio.

Ut autem ad Reinkingium revertamur, is in hac quæſtione, utrum Imperium Imperatore ſuperius ſit? pulchra (ſi Diis placet) diſtinctiunculâ litem componere nititur.

Imperium enim dupliciter ſumi poſſe, ait. (*a*) Aut propriè, pro toto corpore, quod conſtat ex capite & membris, Imperatore, ſcilicet, ac Ordinibus Imperii; quo ſenſu, Imperium Imperatore ſuperius eſſe, non negat: Aut abuſivè, pro Imperii Proceribus, & Ordinibus; & in hoc ſignificatu negativam tuetur.

Quod ſi verò iſta, quæ de rationum redditione, itemque Imperatoris exauctoratione ſeu depoſitione, in medium attulimus, quis attendat; non Imperio propriè ſic dicto (ut ille vocat) ſed Ordinibus Imperii, ſeorſim ab Imperatore conſideratis, ea convenire, facile apparebit.

Non enim Imperator ſibimet-ipſi rationem reddere aptè dicetur: Multo minus in ſui remotionem conſentiet unquam.

(a) *lib.* 1. *cl.* 2. *c.* 9. *n.* 15. & 16.

Ordines ergo Imperii, etiam ſeorſim ab Imperatore conſideratos, eidem ſuperiores eſſe, exinde recte concludimus.

Reinkingii objectioni Nec ſcrupulum nobis movet, quod idem, (*a*) non ſingulis modo Ordinum, ut ſingulis, ſed etiam univerſis, collectivè ſumptis, & vel ut unum corpus conſideratis, Imperatorem ex Plenitudine Poteſtatis imperare, contendit.

Ad quem finem varios textus adducit, in quibus voces iſtæ, **Alle vnd jede/** conjunguntur: Quarum iſtam collectivè, hanc diſtributivè intelligendam, autumuat.

Ut ita non ſinguli modo, ut ſinguli, ſed &, ut Collegium quoddam, ſeu Vniverſitas, Imperatori ad obedientiam obſtringantur.

Reſpondetur. Nam reſponſio facilis eſt, ſi modò attendamus, vocem illam, **Alle/** etiam tunc, quando vox, **jede** illi ſubjungitur, hoc modo, **Alle vnd jede/** dupliciter explicari poſſe. Vel univerſaliter & collectivè ſimul, ut diverſum aliquid à voce ſequenti, **jede/** denotet; nempe ſingulos, tanquam Vniverſitatem, ſeu unum corpus conſtituentes. Vel univerſaliter tantum; ut duo hæc, **Alle vnd jede/** ſynonyma ſint, & reduplicativè unum per alterum explicetur.

In textibus, à Reinkingio adductis, poſteriori modo accipi, & explicari oportere, niſi abſurditatem incurrere velis, ex accuratâ eorundem inſpectione clareſcit.

Nam continentur in quibuſdam talia, quæ ad totam Vniverſitatem; ſeu Imperium, applicari nequeunt: Vt, quod dicitur, (*b*) **daß Alle**

(a) *lib.*1.*cl.*2.*cap.*2.*n.*72. *& ſeq. & d.c.*9.*n.*12. *&* 13. (b) *Receſſus Imperii de anno* 1542. §. **würde ſich aber jemand.**

Alle vnd die / ſo vngehorſam / in der Keyſerl. Mayt. vnd des heiligen Reichs Acht / gefallen ſeynd / &c. Cum abſurdum ſit, quod totum Imperium Bannum incurrere poſſit.

Deinde obſervandum eſt, quod alicubi ſcribitur, (*a*) Allen vnd jeden Chur-Fürſten / Fürſten / &c. Vnſern vnd des Reichs Vnterthanen. Item, (*b*) Allen vnd jeden Chur-Fürſten / Fürſten / Stånden vnd Glidern des heiligen Reichs.

Nam omnes & ſingulos, ſuos *ac Imperii* ſubditos compellando, Imperium ipſum, ſeu Vniverſitatem, non compellat Imperator. Omnes enim, ut ſinguli, Imperatori ac Imperio ſubditi ſunt: Imperium autem Imperatori, ac ſibimet ipſi, per rerum naturam ſubditum eſſe, nequit.

Quod ſi per vocem, Alle / Vniverſitas denotaretur, vnſern Vnterthanen / dixiſſe oportebat; omiſsâ Imperii mentione: Cum etiam Imperium ſubditum Imperatori eſſet, ac inferius.

Idem de eo judicium eſto, quod membrorum expreſſa mentio fit. Omnia, enim membra totum quidem conſtituunt: Vbi tamen de membris expreſſè ſcribitur, non conjunctim, ſed diverſim res accipienda eſt. Deſinunt quippe vocari membra, quandò conſiderantur ut totum.

Vlterius notanda verba, Bey den Eyden vnd Pflichten / die Ihr vns von des Reichs-

 wegen

(a) *Ordinatio Pacis profana de anno* 1521. *in princ. d. Receſſ. Imper. de anno* 1542. §. hierumb (b) *Receſſus Imperii de anno* 1567. §. darauff befehlen wir. (c) *d. Ordinatio Pacis profana tit.* Handhabung des Friedens. §. darauff befehlen wir.

wegen inſonderheit gethan / damit Ihr Uns / und dem heiligen Reiche zugethan / und verwandt ſeid. *(a)* Ex quibus colligitur, quod de illis tantum ſermo ſit, qui fidelitatem Imperatori, nomine Imperii, ſeu Imperatori ac Imperio præſtiterunt.

Fidelitas autem, non à toto Imperio, ut Vniverſitate, ſed ab omnibus, ut ſingulis, præſtatur: Ne idem ſibi ipſi juramento obligetur. Ergo etiam ad ſingulos, vox iſta, Alle / reſtringenda eſt.

Vltimo ſcribitur in quibuſdam locis *(b)* bey verluſt aller Gnade / Privilegien / und Rechten / ſo Ihr von Uns / und dem heiligen Reich / oder ſonſten habet. Ergo neminem ea mandata concernunt, niſi qui jura & privilegia ab Imperatore ac Imperio habent.

Jam vero tota Vniverſitas, ſeu Imperium, à ſemet-ipſo quippiam habere, aut eo, quod ſuo jure habet, per proprium factum privari poſſe, haud dicendum eſt.

Textus ergo hi, de univerſis quidem, ſeu omnibus, non tamen collectivè ſumptis, ſed ut de ſingulis loquuntur.

Et, ut ſingulos Imperii Ordines Imperatori, Imperii nomine legitimè quippiam mandant, obedientiam debere, lubenter concedimus: Ita univerſorum, junctim conſideratorum Ordinum, ſeu totius Vniverſitatis imperium, ipſemet Imperator recte agnoſcit.

CAPUT

(a) *Conſtitutio contra Anabaptiſtas de anno* 1529. §. desgleichen. (b) *Ordinatio Pacis profana d. tit. & §. Receſſus Imperii de anno* 1542. §. würde ſich aber.

CAPUT IV.

De juribus Majeſtatis in genere: & de Iure Comitiorum.

SECTIO I.

Majeſtas, & Iura Majeſtatis neceſſario cohærent.

JAm, ſi ad Iura Majeſtatis deſcendamus, firmiſſimum inde, contra Imperatoris Majeſtatem, argumentum exſtruere poſſumus.

Cuicunque enim Majeſtas tribuitur, Jura quoque Majeſtatis, quæ illi neceſſariò connexa & conſequentia ſunt, in quibus vis ac effectus Majeſtatis conſiſtit, tribui oportet: Itaque, ſi Imperatori Majeſtatem, tanquam propriam, aſſignamus; neceſſe eſt, ut & Jura Majeſtatis eidem ſoli adſcribamus, ac quaſi appropriemus.

Majeſtas namque ſine effectu eſſe & conſtitui non debet: Cum cauſa ordinet cauſatum, ac effectus rerum ex cauſis colligantur. *(a)*

Econtra, penes quem Jura Majeſtatis ſunt, penes eundem ipſa eſt Imperii Majeſtas: Abſurdum enim foret, in aliorum poteſtate Majeſtatem Imperii, in aliorum poteſtate Jura Majeſtatis eſſe ſita.

Iura Majeſtatis penes Imperium, non Imperatorem ſunt.

Quod ſi itaque Imperatoris ac Ordinum Jura, ſecundum fundamentales Imperii Leges examinemus facile animadvertemus; Potiſſima Majeſtatis Jura, & quæ, velut eſſentiam ejus Reique publicæ univerſæ fundamentum conſtituunt, penes Imperium, ſeu univerſos Ordines, in Comitiis congregatos, reſidere: Nec pauca, nec poſtrema, Electores ſibi cum tempore arrogaſſe, abſque Ordinum inter-

(a) *ex Socino & Geilio Reink. lib. 1. cl. 3. cap. 12. n. 1. & 2.*

interventu expedienda: Minutula quædam & leviuſcula, quæque principaliter Rempublicam ipſam, & ejus tranquillitatem non concernunt, Imperatori relicta; ut ſaltem aliquam externam antiquæ Majeſtatis ſpeciem, & velut umbram, reliquam haberet.

Licet autem in reliquis etiam Imperator, cum Ordinibus, & Electoribus concurrat, ac pleraque ejus nomine expediantur: Non tamen ideò hoc fit, quod ipſe principalis autor ſit, & principaliter ab eo dependeant; ſed quod Imperii velut Caput, Comitiorum legitimus director, eorum, quæ ab Ordinibus in Comitiis concluſa ſunt, Exſecutor, &, quemadmodum in ſententiâ exauctorationis Wenceſlai vocatur, (a) Sacri Imperii miniſter, qui Imperii partibus fungitur.

Sed cum ad eludendam argumenti noſtri vim, cujus unicum fundamentum Comitia ſunt, Adverſarii noſtri, etiam ipſorum Comitiorum vim ac poteſtatem, magnam vel maximam partem Imperatori aſſignent: Ideò nobis, antequam ad ſpecialem Jurium Majeſtatis enumerationem progrediamur, de Comitiis, quæque in illis Ordinum autoritas, quodnam Imperatoris officium ſit, ex profeſſo, & paullò accuratius tractare lubet.

Sectio II.

Comitia quædam ex Principis pendent arbitrio.

ET hic quidem, initio ſtatim, illud Comitiorum genus removemus, tanquam ab inſtituto noſtro planè alienum, quod totum pendet ex Principis arbitrio, nullamque aliam præſtat operam, præter eam, quam Princeps requirit.

Videtur enim æquitati conſentaneum eſſe,

(a) *apud Goldaſt. tomo* 1. *Conſtit. Imper. p.* 379.

ſe, ut, qui ſummum jus & imperium in Republ. habent, eandemque arbitrio ſuo planè regunt, atque adminiſtrant, iidem voluntates etiam Civium ſtudeant, aliquo genere obſequii ſibi demereri, & ob eam rem Comitia quædam indicant. (*a*)

Nec quicquam tanti ponderis eſt, aut momenti, ad res agendas in omni Rerumpubl. genere, quam Senatus autoritate, ac conſilio decerni: Eoque magis, ſi dubitetur, utile ſit, nec ne, id quod Princeps fieri velit. Nam cum ſubditi vel ſine conſilio, vel contra Senatus decreta, res geri proſpiciunt, tunc ea aſpernantur ac pro nihilo ducunt, aut timide ac molliter Imperatorum ac Magiſtratuum juſſa exſequuntur. (*b*)

Hinc nulla pene Monarchia exſiſtit, in qua non ejuſmodi Comitiorum ſpecies quædam reperiatur.

Sic Romulus, qui Romanis ſuis, pro lubitu, imperitaſſe ſcribitur, (*c*) non omnia manu regia expedire voluit, ſed Senatum conſtituit, ut eſſent, quorum conſilio Rempubl. adminiſtraret. (*d*) Idem Populum omnem in triginta partes diviſit, quas partes Curias appellavit: Proptereà, quod Reipubl. curam, per ſententias earum partium, expediebat. (*e*)

Sic Julius Cæſar, communicata re cum Primoribus, aut toto aliquando ordine Senatorum, decrevit. (*f*)

Auguſtus, in ferendis Legibus, multa publicè deliberanda propoſuit. (*g*)

Tiberius, vim Principatus ſibi firmans, imaginem antiquitatis Senatui præbebat;

C 5 poſtu-

(a) *Donat. Iannott. de Republ. Venet.* (b) *Bodin. l.3. Republ. c.1.* (c) *Tacit. l.3. annal.* (d) *Dion. Halicarn. l.2. antiq. Rom.* (e) *Pompon. in l.2. §. 2. de orig. jur.* (f) *Dion. lib.43.* (g) *Idem l.53.*

poſtulâta Provinciarum ad diſquiſitionem Patrum mittendo. (*a*) Publica negotia,& privatorum maximâ apud Patres tractabantur, dabaturque Primioribus diſſerere: (*b*) Imo, neque tam parvum quicquam, neque tam magnum, publici, privatique negotii,de quo non ad Patres conſcriptos referretur. (*c*)

Idem à ſequentibus Imperatoribus obſervatum: Vnde tot, dicis cauſâ,à Principibus orationes,in Senatu propoſitæ,leguntur. (*d*) Nam etiam ſub Imperatoribus, umbra hæc, & inſignia ſine re (quæ verba ſunt Theodoſii Imperatoris (*e*) prioris ſplendoris & poteſtatis,Senatui relicta ſunt.

Ejuſmodi etiam placita à Carolo M. ſtatis vicibus, quotannis habita ſunt; in quibus res ſingulæ, ad effectum perductæ: glorioſi Principis auditui in ſacris ejus obtutibus exponebantur, & quicquid data à Deo ſapientia ejus eligeret, omnes ſequebantur. (*f*)

Nec minus in Galliâ Ordinum publici Conventus olim uſitati fuerunt: Quia vero Monarchicæ Regis poteſtati obſtare aliquatenus videbantur, aboliti ſunt. Aliquod tamen eorũ veſtigium remanſit, quando poſtea ad Senatum Parlamenti Pariſienſis,à Regibus,ubi aliquid magni decernere voluerunt,ibatur;quod ipſum quoque rariſſimè poſteà fieri conſuevit, quandò ſolus Rex pro ſuo judicio,quidvis decernere ſolitus eſt. (*g*)

Quantula autem in Galliâ Parlamenti autoritas,

(a) *Tacit.lib.3. annal.* (b) *Idem lib 4.annal.* (c) *Sueton.in Tiberio.* (d) *Rittersh.ad* §. *S.Conſultum Inſt. de jure natur. gent. & civ.* (e) *in l. 74. C. Theodoſ. de decurion..* (f) *Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus epiſt. 3. c. 12. apud Goldaſt. tomo 3. conſtit. Imper. in prolegom.* (g) *Sleid.in deſcript. Gallia Cominæo annexa.*

ritas, quanta Regis ſit poteſtas, patet ex promulgatione Edicti anno 1599. pro Libertate Religionis concepti.

Quod cum Parlamenti Patres improbare videbantur, Rex, 8. Januarii, eos accerſitos, ſeverâ oratione increpaſſe fertur.

Summa, inquiens, orationis meæ hæc eſt: Vos ut rogem, Edictum, quod Religionis confœderatis conceſſi, ratum eſſe firmumque, velitis & jubeatis. Quicquid ejus à me factum eſt, Pacis conſtituendæ causâ factum: Quam, foris jam ante conſtitutam, etiam domi, & intra Regni mei fines ſtabilire, decretum mihi. Obedientiam mihi debetis, vel ſolo Ordinis mei, locique reſpectu: Multorum etiam, magnorumque in vos beneficiorum nomine, &c.

Et paulo poſt. Si, ut cœpiſtis, animum obfirmaveritis, Edictumque oppugnaveritis, neceſſitatem mihi imponetis, pro autoritate ut agam: Sed moleſtiam mihi creabitis gravem, non ſine notâ veſtræ ingratitudinis & flagitii.

Et in ſequentibus. Jam ſuſurrari audio varia, quæ haud moror. Rex veſter ego ſum: Pro autoritate meâ jubeo, atque impero. Obedientiam, facite, mihi, ſtudiumque probetis. Legiones meas, parum ex fide militantes, exauctoro: Vos cogitate, quid ſitis laturi commodi, ſi mihi non eritis dicto audientes? Vel, invitis vobis, Edictum publicabo.

Hæc Magni Henrici verba, à non nemine tunc excepta, & Germaniæ etiam noſtræ communicata, quibus haud diſſimilia apud Petrum Matthæum, Hiſtoricum Regium *(a)* reperire licet, tanquam Regii Spiritus & Majeſtatis plena, adducere lubitum eſt: Ex quibus, quid de Galliæ Parlamentis judicandum

 ſit,

(a) lib. 2. de vita Henrici 4. narrat. 1 in. 7.

ſit, melius, quam ex hujus vel illius umbratici Scriptoris ſpeculationibus, cognoſci poteſt.

Hæc autem alia ſunt à noſtris.

Sed hi Ordinum Conventus, & exterarum Nationum Parlamenta, cum noſtris Comitiis nil quicquam commune habent.

Illis enim tantum deferendum non eſt, ut Principis Majeſtas propterea libera non ſit, neque in iis Ordines tantum auctoritatis habent, ut imperare poſſint Principi: Cum tantum convocentur à Principe loco conſilii, &, ut audiat ab eis, ſi quid Provincia quælibet habeat, quod remedio indigeat.*(a)* Nec aliud, quàm deliberandi tantum facultas penes Populum ſeu Senatum; concludendi autem & ſtatuendi vis ipſa, penes Principem eſt.

Itaque illi Conventus, Senatui, Populove, nil quicquam poteſtatis tribuunt; & Principum Majeſtati in nihilo derogant.

Imò, in illis Principis potius Majeſtas elucet, ad quem Populi tribus & Ordines, humili habitu rogationes ferunt, nec ullam imperandi, prohibendive, nec ſuffragiorum poteſtatem habent: Sed Princeps, arbitrio ſuo ac voluntatę, omnia moderatur, &, quæcunque decrevit ac juſſit, ea Legum vim habent; nec horum Comitiorum ſuffragiis obligatur, quò minus eis derogare ſuo jure, ſi velit, poſſit, eorumque ubique eſt arbiter ac cenſor, ut Populi rogationes vel probare, vel repudiare poſſit. *(b)*

Secus planè eſt in noſtris Comitiis, quæ non ex Imperatorum, ſed Imperatores potius ex illorum pendent arbitrio: Quippe Ordinum non conſilium modo, ſed conſenſum, Imperatores neceſſariò adhibere tenentur, nec

(a) *Petrus Gregorius lib.13. de Republ. cap.12.*
(b) *Bodin. lib.1. de Republ. c.8.*

nec quicquam abſque illo, aut diverſum ab illo, ſtatuere poſſunt.

Ipſimet verò audiuntur quidem, ſed autoritate magis ſuadendi, ut & apud veteres Germanos, (*a*) quam jubendi poteſtate: Nec Proceres Imperii Conſiliariorum tantum, ſed Archontum ac Regentum loco ſunt, (*b*) qui una cum Imperatore concludunt, ſtatuunt, & in ipſa ſumma poteſtate inter ſe concurrunt.

Qua propter Petrus Gregorius, Germanorum diætas, Conventus gentium liberarum appellat. (*c*)

Vulgata de Comitiis noſtris opinio.

Noſtro ergo tempore, ſecundum Politico-Juriſtas noſtros, (*d*) ſumma Imperii poteſtas in duos ſemiſſes diſpeſcitur; quorum unum Cæſar, ſeu Imperator, reliquum Ordines univerſi habent: Et ita, inter Imperatorem ac Ordines, jus omne Imperii, pro partibus indiviſis, diſtributum eſt.

Ordinum ſemis, ſecundum alios, in tres ſextantes; ſecundum alios, in duos trientes dividitur.

Qui tres ſextantes faciunt, unam Electorum, alteram Principum, tertiam liberarum Imperii Civitatum Senatui tribuunt: (*e*) Vt ita, computato votorum numero, Cæſaris ad Ordines univerſos proportio hemipla, ad ſingulas Ordinum (ſi ſemiſſem eorum in tres ſextantes æqualiter diviſum præſupponas) claſſes tripla ſit.

Qui in duos trientes ſemiſſem hunc diſ-

(a) *Tacitus de moribus German.* (b) *Paurmeiſt. lib.3. de juriſd. c. 2, n.62. edit. poſter.* (c) *d. lib.13. c. 12.* (d) *Paurmeiſt. d. lib. 2. cap. 2. n.20. ſeqq. edit. poſter. Ex VVehnero Reink. lib. 1. cl.5. c.8. n.47. & ſeqq.* (e) *Ex VVehnero Reink. d. loco.*

peſcunt, unum aſſignant Electoribus, alterum Principum Senatui; Civitates autem à jure ferendorum ſuffragiorum excludunt: Cæſariſque ad claſſes ſingulas, non triplam, ſed duplam faciunt proportionem. *(a)*

In eo vero utrique hi conveniunt, quod nihil actum judicetur, ſi inter Cæſarem & Ordines res coire non poſſit, ſed res in libera ac ſpontanea conventione poſita ſit: Ita, ut nec Imperator ex plenitudine Poteſtatis, invitis Ordinibus, nec Ordines, invito Imperatore, quicquam ſtatuere poſſint. *(b)*

Hujus opinionis præcipuum fundamentum eſt, quod ea, quæ in Comitiis conſtituuntur & ſanciuntur, fiant per modum contractus, & ultro, citroque obligationis: Id quod dilucidè exprimit Decretorum Imperii litera. Quam in rem multa, è Receſſibus Imperii congeſta, videre licet apud Paumeiſterum. *(c)*

Alia opinio. Sunt præter hos adhuc alii (inter quos Reinkingk *(d)* quoque) qui, certis texibus *(e)* moti, nec, ſemiſſem poteſtatis Imperatori tribuiſſe contenti, eundem, diſſentientibus inter ſe Ordinibus, de plenitudine Poteſtatis, decernere, & ſtatuere poſſe, affirmant, daß/ wan bey Reichs verſamlungen/ zwiſchen den Ständen vnterſchiedliche vota, deren ſie ſich ſelbſt/ mit vñ vnter einander zuvergleichẽ nicht wiſſen/ vorfallen/ vnd doch dem gemeinen Vaterland/ anfürderli-

(a) *Paurmeiſt. d. ca. 2. num. 54. & 55.* (b) *Paurmeiſt. d. cap. 2. num. 50. Matth. Stephani lib. 2. de juriſdict. parte 1. cap. 1. membro 1. num. 11.* (c) *d. loco.* (d) *lib. 2. cl. 2. cap. 5. num. 45*

(e) *Receſſus Imperii de Anno* 1544. §. als wir aber in handlung. *Receſſus Imperii de Anno* 1555. §. vnd nach dem bey vergleichung.

derlicher / beſtändiger erledigung der ſachen viel gelegen / auff ſolchen fall / die höheſte / Weltliche Mayt. eines Keyſers / einen verbündlichen Abſchied darin geben / verordnen / vnd verabſchieden könne / wie es biß auf weitere / der Stände einhällige Vergleichung / immittelſt ſolle gehalten / vnd obſerviret werden? (a)

SECTIO III.

NOs, ut mentem noſtram diſtinctè explicemus, ultimam iſtam ſervilem opinionem, quæ omnem Comitiorum vim in effectu ſubvertit, diruemus, & falſitatis convincemus; ſi tibicines, quibus ſuſtinetur, ſubtrahamus.

Reſponſio generalis ad poſterioris opinionis fundamenta.

Hi ſunt allegati è Receſſibus Imperii textus; qui, ſi de aliis rebus loquerentur, plus aliquanto negotii nobis feceſſerent: At nunc, cum in terminis Religionis ambo verſentur, ubi Imperator ipſemet, à Pontificiorum latere, pars eſt, nec Iudicis non ſuſpecti vices ſuſtinere poteſt, minus difficultatis habent.

Si enim ex iis propoſitum ſuum firmare, Reinkingk cum ſociis velit, etiam in puncto Religionis, ejuſque exercitio, Imperatori diſſentientibus Ordinibus, decernendi facultatem adjudicet, nec eſſum eſt: Adeoque, cum, inter Proteſtantes ac Pontificios, nō convenerit huc- uſque in Religione, nec convenire poſſit; Imperator, qui hucuſque Pontificius ſemper fuit, & adhuc Pontificius eſt, Pontificiis proculdubio adhærens, inq; eorum favorem inclinans, Religio-

(a) *Princeps quidam in literis ad Principem Anhaldinum apud Lundorp. tomo 2. Actor. publ. lib. 1. tract. 4. c. 15. p. 73.*

gionem noſtram, ejuſque exercitium, pro libitu ſuo coarctare, Proteſtantibus præjudicare, imò eos tandem, niſi ad ipſius nutum ſeſe accommodent, publico Decreto eliminare potuit, & adhuc poterit.

Quod niſi concedere Reinkingk velit (ut certè, niſi apoſtatam agat, ſalva conſcientia concedere nequit) alius prædictorum textuum ſenſus illi quærendus eſt.

Reſponſio ſpecialis ad primum fundamentum.

Quod ergo ad priorem locum (*a*) attinet, ille, ſi rectè inſpicias, & ſecundum literam judices, variis abſurditatibus ſcatet.

Nam Cæſarem, ex Plenitudine Poteſtatis, Decretum hoc feciſſe, Pontificios quoque ab eo diſſenſiſſe, ſed Imperatorem, quo minus is Decretum faceret, impedire non potuiſſe, expreſsè ſanè, & verbo tenus Receſſu continetur, Wir haben / von Obrigkeit wegen / vnd auß Vnſer Keyſerlichen Macht vnd Vollkommenheit / Vns nachfolgender Meynung entſchloſſen / geſetzt / vnd geordnet: Entſchlieſſen / meynen / ſetzen vnd ordnen auch darauff / als Römiſcher Keyſer von obberührter Vnſer Keyſerlichen Machte vnd Vollkommenheit / hiemit ernſtlich gebietend / &c. (*b*)

Item, Die Stände haben ſich in Vnterthänigkeit vernehmen laſſen / da Wir / für Vns ſelbſt vnd aus Vnſerer Keyſerlichen Macht vnd Vollkommenheit / Ordnung darinnen fürnehmen vnd geben würden / daß ſie ſolches geſchehen laſſen vnd geduldẽ müſten / vnd in demſelben Vns / als Römiſchen Keyſer / keine Form / oder was zuſetzen wüſten. (*c*)

Et in fine annectitur, (*d*) Wir Churfürſten /

(a) *d. Receſſ. Imper. de Anno* 1544. (b) *d. Receſſ. Imp d.* §. als wir aber in der handlung. *verſ.* ſo haben wir. (c) *d.* §. *verſ.* vnd gleichwol ſich. (d) §. *fin.*

ſten/ Fürſten/ &c. bekennen offentlich mit dieſem Abſchied/ daß alle vnd jede obgeſchriebene Puncten vnd Articul (auſſerhalb obgemelter Articul/ von Religion, Fried / vnd Recht lautend/ ſo die Römiſche Keyſerliche Mayt. Vnſer Allergnädigſter Herr/auß Käyſerlicher Macht vnd Vollkommenheit geſetzet/ &c. hat) mit Vnſerm guten wiſſen / willen / vnd rath/fürgenommen vnd beſchloſſen ſeynd.

Ratio, quare id Decretum non factum, invitis Ordinibus;

Sed, ſi in iſtis Comitiis Imperator, diſſentientibus ac invitis Ordinibus, quicquam decernere potuit, magis certè veroſimile eſt, eum (cum Proteſtantes ac Pontificii inter ſe colluctarentur) tanquam Pontificiis addictum, auxilia potius, quæ in bellum Gallicum ipſe poſtulabat, & Proteſtantes, niſi de religione ſibi caveretur, denegabant, contra Proteſtantium voluntatem decreturum fuiſſe; quam in præjudicium Pontificiæ Religionis, & Pontificiorum, qui Decretum hoc, tanquam iniquum impugnabant, quicquam ſtatuturum.

Qua ratione motus, Pontificios Imperatori conſenſum ſuum, hic in re, tandem præbuiſſe, nullatenus dubito: Idque, ſi Hiſtoriam ejus temporis evolvamus, ſi non verbis, certè re ipſa factum, animadvertemus.

Sed conſenſu Ordinum, etiam Pontificiorum.

Nam, cum in puncto Religionis, non ut in aliis deliberationibus uſitatum eſt, inter diverſas claſſes, ſed inter diverſas Religiones, earumque aſſeclas diſceptaretur, Pontificii inter ſe diſcordes exſtiterunt. Cæſar enim iis adverſatus eſt & Decretum hoc, in Proteſtantium, ut auxilia ab iis impetraret, gratiam urſit: Colonienſis, & Monaſterienſis ſteterunt à Proteſtantium patribus: Clivenſis, & Badenſis, Cæſaris (qui viam hanc, veluti mediam, & utriſque tolerabilem,

poſt-

poſt multam diſceptationem, oſtenderat) arbitrio, rem permiſerunt. Sic illi, bonâ ſui parte diminuti, non ſe quidem aſſentiri, ſed neque Cæſari modum in eo præſcribere, nec ipſius derogare poteſtati, ſed tolerare velle, dixerunt. (*a*)

Quem conſenſum, certis de cauſis, tolerantiam dixerunt.

Quam tolerantiam, audacter dicam, verum fuiſſe conſenſum; ſed nomine tolerantiæ inſignitum, & nomen Cæſareæ Poteſtatis huic Decreto ideò callidè à Pontificiis prætenſum, ut ad irretiendos incautos Proteſtantes illud, quædam quaſi eſſet decipula.

Nam & illi, ſe id, quod petebant, aſſecutos rati, auxilia haud difficulter Imperatori præbuerunt: Et Imperator, Decretum hoc, tanquam verè ſuum, quodque, non unanimi Ordinum conſenſu, ſed ex plenitudine Imperatoriæ Poteſtatis factum eſſe ſcribitur, ſub prætextu diſſenſus pontificiorum, ſequenti tempore, facilius tollere potuit.

Vnde Granvellanus, tempori illud accommodatum fuiſſe, nec adverſantibus Pontificiis, Imperatorem id diutius obſervare poſſe, Landgravio poſteà dixit. (*b*)

Et hæc, opinior, cauſa eſt, quare Pontificii, nomine tolerantiæ, conſenſum ſuũ velaverint, ac decretum potius ſub Imperatoriæ Poteſtatis, quam uſitato conventionis titulo, in publicum prodire voluerint: Quo, nimirum illi deinde improbandi, & Imperator, reſcindendi hujus Decreti, aliquem haberent colorem.

Quod ſi, Pontificios reipsâ & seriò diſſenſiſſe,

(*a*) *Sleidan. lib.* 15. *hiſt.* (b) *Elector Saxoniæ & Landgravius Haſſiæ in reſponſo ad banni declarationem Cæſaream, apud Horled. tomo* 2. *de Bello German. lib.*3. *cap.*30, *n.*4. *& Sleidan. lib.*18. *hiſtor.*

ſiſſe, ac in diſſenſu ſuo perſtitiſſe, ſtatuamus, Receſſus hic Imperii magnam involvit abſurditatem, imo contradictionem.

Plenitudo Poteſtatis Imperatoria, & diſſenſus Ordinum ſerius mutuò ſe deſtruunt.

Aſſerendum enim eſt, & Cæſarem, ex plenitudine Poteſtatis, contra Ordinum voluntatem, rectè feciſſe Decretum; alioquin illud nullius eſſet valoris: Et Ordines jure diſſenſiſſe, ac diſſentire potuiſſe, diſſenſumque hunc eſſe validum; cum eundem ipſi Decreto Imperator inſeri paſſus ſit, hocque ipſo approbârit.

Et hæc duo Reinkingk, aut alius ejus farinæ, mihi conciliet, velim, ut aptè inter ſe cohæreant, nec mutuo ſeſe deſtruant.

Si enim Cæſar jure ſuo uſus eſt; Ordinum diſſenſus, tanquam nullius momenti, in Receſſum recipi non debuit: Si autem diſſenſus iſte Ordinum validus eſt, ac ſuâ ratione nititur; Cæſari, contra ipſorum voluntatem quicquam ſtatuendi, jus nullum fuit.

Quomodocunque tandem rem conſideres; Cæſar, contra Ordinum voluntatem, ex plenitudine Poteſtatis efficaciter ſtatuendo, diſſenſum Ordinum è medio ſuſtulit: Idem tamen, diſſenſum Ordinum in ipſum Decretum admittendo, & approbando, plenitudinem iſtam Poteſtatis ſibi rurſus abrogavit.

Similis, aut major etiam, abſurditas occurrit in Receſſu ſequenti, (*a*) quem textum, auctarii loco, adverſariis noſtris donare volumus: Vbi, contra colloquium ab Imperatore decretum, tam Pontificii, quam Proteſtantes Ordines proteſtati ſunt, Bekennen öffentlich/ daß (auſſerhalb berührtes Articuls vom colloquio meldend/ ſo die Römiſche Käyſerliche Mayt. für ſich ſelbſt geordnet/ vnd

(*a*) *Re Anno* 1545. §. *fin.*

vnd wir / die Stände / der alten Religion verwandt/ nicht willigen/ vnd doch Ihrer Mayt. darinnen / nicht was / nach Ordnung geben können/wie dan wir/der Augſpurgiſchen Confeſſion verwandte / Stände/ an dem jüngſten Speyriſchen Reichs-abſchiede / hiemit auch nichts begeben/noch davon gewichen ſeyn/ dieſer Abſchied durch die Stände bewilliget/&c.

Nam, ſiquidem proteſtatio hæc valuit, Decretum illud, in effectu, per eam ſublatum eſt; cum nemo Ordinum, ad obedientiam illi præſtandam obſtringeretur: Quod ſi Imperatoris Decretum validum fuit, certè Ordines, tanquam Majeſtatis Imperatoriæ temerarii contemptores, coërcendi fuiſſent; nec patiundum, ut, Proteſtatione ſua, ipſum Imperii Receſſum macularent, ac ſanctioni Imperatoris invalidam ſuam proteſtationem, non opponerent modò, ſed & annecterent.

Et hæc, adduximus, non equidem nugæ ſunt; non enim mortualia.

Ex quibus apparet, quàm parum accuratè Receſſus Imperii loquuntur: Præſertim quandò de Imperatoris autoritate, Poteſtatis Plenitudine, & ſimilibus agitur; ubi verbis magnificis, etiam contra rerum naturam, nimiùm ſibi indulgent.

Et tamen his lubricis, ex uno alterove verbo, petitis argumentis, immane quantum ſibi placeant iſti; qui vitri exteriora lambunt, pultem verò non attingunt.

Reſponſio ad alterum fundamentum.

Eadem etiam reſponſione alterum, à Reinkingio adductum, textum (a) abſolvere poſſumus. Nam Euangelici Ordines contra illud decretum proteſtati ſunt; nec contrà proteſtari hucuſque deſierunt: Quæſtioque

(a) *Receſſ. Imper. de Anno* 1555.

que iſta, de Pontificiorum reſervato (vom Geiſtlichen Vorbehalt.) ac iſtius Decreti validitate, non ſtylo magis, quam armis hucuſque diſceptata fuit.

Et ſanè parum abeſt, quin perſuaderi nobis patiamur, controverſiam iſtam ab univerſis Ordinibus in arbitrium Regis Ferdinandi fuiſſe collatam.

Quæſtio iſta in arbitrium Regis Romanorum collata videtur.

Quorſum verba iſta forſan pertinent, In krafft hochgedachter Römiſcher Keyſerlichen Mayt. Uns gegebener Vollmacht und heimſtellung: Vigore mandati Cæſarei, & arbitrii, in nos, non à Cæſare (illi enim, ut ſuprà quoque attigimus, & infrà pluribus monebimus, ipſimet, in causâ Religionis nullum arbitrandi jus fuit; nec ergo in alium id transferre potuit) ſed ab univerſis Ordinibus collati.

Nam Ordinum omnium voluntate, hanc declàrationem factam eſſe, ſubſcriptio eorum, abſque ulla proteſtatione facta, arguere videtur, Daß alle / und jede obgeſchriebene Puncten und Articul / alſo wie obſtehet / mit Unſerm guten wiſſen/willen/und rath/ fürgenommen und beſchloſſen ſeynd. *(a)*

Et in literis Ferdinandi I. Anno 1557. Proteſtantibus inſinuatis, expreſsè continetur, Es ſey die Sache endlich dahin gelangt / daß Ihre Königliche Mayt. mit gutem verwillen und wiſſen beyder Theil Religion Stände/und der abweſenden Räthe und Botſchafften/ ſolches vorbehalts / oder freyſtellung halb / der Geiſtlichen / obberürten Articul/ &c. dem Religion-frieden einverleiben laſſen. Siquidem Franciſco Buchardo credimus. *(b)*

Vnde

(a) *d. Receſſu* §. und wir die verordnet. (b) *parte 1. de autonom. p. 34.*

Vnde non abs re alii ſcribunt, (*a*) König Ferdinand habe ſich / in dem Puncten des Geiſtlichen vorbehalts/ Anno 1555. vnd hernach allewege / in allen ſchrifften vnd beſcheiden / principaliter auff der Proteſtirenden Stände beſcheidene heimſtellung gegründet.

Et, quicquid denique noſtræ Religionis homines ſtatuant, Pontificiorum certè conſtans hæc opinio eſt: Quod utraque pars prædicti articuli declarationem Regi concrediderint; & hic articulus, qui limitatio pacis Religionis dicitur, utraque parte, tam Catholicorum, quàm Proteſtantium, conſentiente, dictæ Paci Religionis inſertus, & in tabulas Comitiorum relatus fuerit. (*b*)

Aliud ergo eſt, ex plenitudine Poteſtatis, diſſentientibus Ordinibus, quid ſtatuere: Aliud, iiſdem conſentientibus, de re quapiam controverſâ arbitrium ſuum interponere.

Cum enim adhuc hodie in cauſa Religionis, ſi controverſia quæpiam oriatur, Ordinibus liceat, ex utraque parte, certos, ad rem componendam, eligere arbitros: Quare olim non licuerit iiſdem, in puncto hoc, Religionem non concernente, arbitrum eligere ipſum, ſeu Imperatorem, ſeu Regem Romanorum.

SECTIO IV.

ATque hæc, de locis iſtis, quibus aliqui ſeducti, vim omnem Comitiorum penitus enervant, & ad Imperatorem in effectu trahunt, dicta ſunto.

Prior

(*a*) *Zacharias* Geizkoffler *in literis ad Cardinalem Cleſelium de dato* Haunsheim *9. Ian. Ann.* 1615. (b) *Pontif. anonym. in Diſcurſu, de ſeſſione Archiepiſc. Magdeb. in Comitiis.*

Prior opinio plauſibilior, Rationi & Statui noſtro magis conſentanea, ac communiter recepta eſt.

Ex qua tamen aliud nil ſequitur, quam Majeſtatis Jura, atque adeo ipſam Majeſtatem, Imperatori & Ordinibus, pro indiviſo æqualiter competere. *Communis opinionis de Comitiis vis ac effectus.*

Et, ſi, quantum potes, eam exaggeres, ad ſummum illud evinces: Imperium noſtrum ſtare in æquilibrio; monarchicè ac ariſtocraticè, æquabili temperamento, mixtum.

Sed quanquam opinionem hanc, omnium calculo approbatam, impugnare, temerarium forſan aliis videatur; attamen haud firmo eam niti fundamento, nec Imperatori in Comitiis poteſtatis ſemiſſem eſſe tribuendam, ſed vim omnem Comitiorum in Ordinum manu ſitam: Et, ſi diſpar Ordinum Imperii qualitas ac autoritas (quæ illam in claſſes diſtributionem cauſata eſt) conſuetum votandi, & per majora (ſeu plura potius) ſuffragia, decidendi modum pateretur, Imperatori, ſuffragia colligendi tantum, ac ſi ea æqualia ſint, voto ſuo in alterutram partem, controverſiam decidendi, nec ullum ulterius jus eſſe, ex natura noſtri Status, & ipſorum Comitiorum, haud difficulter oſtendi poteſt. *Noſtra ſententia.*

Nam I. novimus, æqualium ponderum eam eſſe naturam, ut, ſi vel tantillum uni demptum, alteri adjicias, hoc ſtatim præponderet, & in ſuum latus lancem inclinet: Eam quoque naturam æqualium eſſe numerorum, ut vel unitas, uni ſubtracta, & alteri addita, plus minuſve conſtituat. Similiter, in æquali poteſtate, quantulumcunque ſit, quod uni demas, & alteri adjicias, ſtatim priſtinam tollet æqualitatem.

Jam,

Jam, ſi Imperatori cum omnibus Ordinibus par eſt poteſtas, illa, vel uno Ordinum (ne de integra claſſe dicam) in Imperatoris ſententiam pedibus deſcendente, creſcit, ac major futura eſt; adeoque, non obſtante reliquorum Ordinum, aut Claſſium diſſenſu, prævalebit, ac concludere poterit: id quod, ex ipſorummet Doctorum opinione, falſum eſt.

Nam Claſſium diſſentientium ſuffragiorum nullius momenti ad Cæſarem eſt relatio: (*a*) Nec Cæſar, etſi una Ordinum Curia, ſive Claſſis illi ſeſe adjungat, quicquam concludere poteſt. (*b*)

Quæ certè relatio alicujus eſſet momenti, & Cæſar, unius Claſſis ſententiâ approbatâ, concludere ac decernere poſſet, ſi is eâdem, qua omnes Ordines, & ita dimidia poteſtatis parte, polleret.

II. II. Regimentum in locum Comitiorum annuorum, der Jährlichen Verſamlung/ ſubrogatum eſt: (*c*) Cui perinde, ut univerſalibus Comitiis, tanquam Præſes præfuit, aut ipſe Imperator, aut ejus Vicarius, Haben zu Uns/ oder/ wo Wir/ auß andern mercklichen ſachen vnd geſchäfften / perſönlich dabey nicht ſeyn würden / zu dem/ ſo Wir/ an Unſer ſtat ſetzen werden/zwantzig Perſonen geordnet.(*d*)

Surrogatum autem induit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatio facta eſt: Quæque in Comitiis Imperatoris fuerat, eadem in Regimento eſſe debuerat poteſtas.

Jam vero in Regimento plura, ſeu majora

(a) *Paurmeiſt. lib. 2. de juriſd. c. 2. n. 50. edit. poſter. Reink. l. 1. cl. 5. c. 8. n. 55.* (b) *Paurmeiſt. d. cap. 2. n. 120. edit. poſter.* (c) *Ordinatio Regimenti de Anno 1500. tit.* von den zwantzigen. (d) *dicto loco.*

ra ſuffragia attenduntur, Es ſoll dem/ ſo durch den mehrern-theil beſchloſſen wird / folge beſchehen; Idque, tam præſente, quam abſente Imperatore: *(a)* Et illi, ſi ipſemet præſens, ſit vel ejus Vicario, nuda conſilii directio, ac unicum, idque, ni fallor, ultimum ac deciſivum votum competit. Idem ergo in Comitiis dicendum eſt.

Imo abſurdum eſſet, in Comitiis, ubi quamplurimi Principes in perſonâ, & reliquorum omnium Ordinum Legati, præſentes adſunt, majorem Imperatori tribuere poteſtatem, quam in Regimento, ſeu Conſilio quorundam Deputatorum: Quorum omnis autoritas à Comitiis, ac Ordinum voluntate dependet.

III. Idem in Imperii Iudicio ſupremo, ſeu Camerâ Imperiali apparet. Illi enim Imperator, ſi non ipſemet, certè per Vicarium ſuum, qui Iudex Cameræ appellatur, præeſt; Aſſeſſores vero Ordinum, à quibus conſtituti ſunt, vice funguntur: Et ita hoc Judicium, quoad cauſas judiciales, Comitia, ſeu univerſum Imperium repræſentat. *III.*

Atqui in Camerâ ſimiliter plurium ſuffragiis ſtatur, nec præſes Judicii, niſi unicum, & poſtremum votum habet. *(b)* Ergo idem in Comitiis obtinet.

Nec credendum eſt, Imperatorem, in particularibus his Deputatorum Collegiis, id

D

(a) *d. Ordin. Regim. tit.* das Regiment mag die ſechs Chur-Fürſten. *vers.* Und wir kommen. *&* *tit* wie der Chur-Fürſt vor außgang ſeines Viertel Jahrs *in fine & tit.* wie das Regiment etlichen Räthen erläuben mag.

(b) *Ordinat. Cameræ de Anno* 1495. *tit.* wie das Cammer-gericht mit Richtern. *vers.* 5. Und was die Sechzehen.

id ſibi eripi paſſum; quod in univerſali omnium Ordinum Conventu, jure ſuo uſurpabat.

IV. IV. Fortius adhuc à Conventu Deputatorum, in ſpecie ſic dicto, Deputations-tag/ qui Comitiorum univerſalium vicem obtinet, & in quo eadem penè forma ac modus, qui in Comitiis univerſalibus obſervatur, (*a*) argumentari licet.

Quamvis enim Paurmeiſter aſſerat, (*b*) hodiè introductum eſſe, & ita obſervari, ut univerſi Deputati in duas Claſſes, Electorum, ſcilicet, ac Principum concedant, & ita perinde, ac in Comitiis, procedatur: Principes tamen, Comites, ac Civitates, inter ſelectos paria eſſe ferendorum ſuffragiorum jura, ita, ut omnes ac ſinguli viritim ſententias dicant, adeoque, quod majori parti placuerit, ſpectari debere, jam olim contenderunt. (*c*) Cujus ſententiæ fundamentum in ipſis Imperii Receſſibus (*d*) reperimus.

Ex quibus textibus ſimul conſtat, quod Imperator non dimidiam concludendi facultatem habeat; ſed, ſi paria ſint diſſentientium inter ſe Ordinum vota, autoritate demum ſuâ rem componat, Soll alles in geſamtem gemeinen Rath/ auch in beyſeyn Unſerer Keyſerlichen Commiſſarien, verrichtet / decidiret, und beym mehrern gelaſſen werden. Solten aber paria vota, in einer oder mehr ſachen/ über verſehens fürlauffen / deren man ſich ja nicht vergleichen könte/ da dann daſſelbige an Uns / durch Unſere Keyſerliche Commiſſarien gelangt/ſeynd Wir des Gnädigſten erbie-

(a) *Paurmeiſt. d.* 2. *n.* 120. *edit. poſter.* (b) *d. loco.* (c) *Idem ibid.* (d) *Receſſus Imperii de Anno* 1582. §. Da dann die ſachen. *Receſſus Imperii de Anno* 1594. §. *eod.*

bietens/Unſere Keyſerliche resolution darüber zu eröffnen.

Idem ergò in Comitiis dicendum eſt: Alioqui pauci quidam Ordines in Conventu Deputatorum, majore Libertate, quam univerſi ſimul, in Imperii Comitiis congregati, gaudebunt.

V. Si jus omne Imperii pro dimidiâ parte penes Imperatorem eſt, nec eo abſente, nec contradicente, quicquam decerni poteſt: Imperator enim, Ordinibus omnibus exæquatus, quicquid illis viſum eſt, aut contradictione ſua annullat, aut abſentia ſuſpendit.

Atqui, ab Ordinibus procedi poteſt, etiam abſente Imperatore, ſi is non compareat: Wir kommen in derſelben zeit/ oder nicht; ſoll nicht deſto minder/durch die Chur-Fürſten/die zwölff obgedachte Fürſten / und des Reichs Rath fortgangen werden. (a)

Quod, in particulari Ordinum quorundam deputatorum Conventu conſtitutum, in univerſalibus Comitiis multò magis obtinebit.

Similiter etiam, diſſentiente Imperatore, ab Ordinibus concludi poteſt. Vt Anno 1524. Noribergæ accidit: Vbi contra Cæſaris voluntatem, qui Wormatienſe Decretum ſtrictim obſervari, per Iohannem Haunartum, Legatum ſuum, poſtulabat, ab Ordinibus aliud, & diverſum, à Wormatienſi, Decretum factum eſt. Quod quidem Carolus V. improbaſſe, graviterque eapropter Ordines incuſaſſe legitur: (b) Recuſare tamen non potuit, quin conſenſu & ſigillo ſuo illud firmaret. (c)

D 2 Plus

(a) *Ordinatio Regimenti de Anno* 1500. *tit.* das Regiment mach die ſechs Chur-Fürſten/&c.
(b) *apud Sleidan. lib.*4. *hiſt.* (c) *Receſſus Imp. de Anno* 1524. S. darauff ſo geredet.

Plus ergo in Comitiis Ordines Imperii poſſunt, quam Imperator.

VI. VI. Etiam in ipſis Comitiis, exſiſtente caſu, quo, non ſecundum Claſſes, ſed votorum numerum concluditur, & Imperator cum Ordinibus in concludendo concurrit, nunquam illi plus, quam unum votum, conceditur.

Exempli gratia; quando Decreta Imperii in Receſſum rediguntur, ac Deputatis Imperii publicè in eum finem prælegunt, ut emendent emendanda, & corrigenda corrigant. Tunc enim in Ordinum Deputatis, eadem ferè proportio, quæ in conſultatione obſervatur: Vt Electorum quidem Senatus ſex ſuffragiis polleat; Principum totidem; (hæ enim duæ Claſſes ſibi invicem potentia æquales ſunt) Civitatum, duobus tantum; (ſecundum quam proportionem hæc Claſſis, etiam reliquis potentia & autoritate, cedere videtur) Imperator tandem, cujus eadem in corrigendo, quæ in concludendo ac decernendo poteſtas eſſe debebat, per Commiſſarios ſuos, votum concluſivum habet. (a)

VII. VII. Et ultimo, quod dimidia Comitiorum poteſtas perperam Imperatori adſcribatur, ex eo firmamus: Quia licet abſentibus quibuſdam, legitimè tamen vocatis, Ordinibus, præſentes nihilominus cum Imperatore concludere poſſint, Decretaque præſentium ligent abſentes; (*b*) ſive planè ad Comitia

(a) *Autor* des warhafftigen Berichts / wie es heutigs Tags auff Reichs-verſamblungen gehalten wird / *quem refert Limnaeus l. 1. de jure publ. c. 1. n. 195.* (b) *Receſſ. Imperii de Anno* 1542. §. wir auch Chur-Fürſten *& 5. ſeqq. Receſſus Imp. de Anno* 1541. §. vnd daß aber in dieſem.

mitia non venerint, ſive ante finita Comitia receſſerint: (a) Ne paucorum abſentia, ſive neceſſaria, ſive fortuita, debilitet, quod à majore parte ſalubriter fuerit conſtitutum. (b) Attamen regula iſta, quod abſentum nulla habeatur ratio non ſimpliciter, verùm ita accipienda; ſi major, ſcilicet, Ordinum pars in Comitiis præſentes ſint: Tunc enim minoris non habetur ratio.

Quod ſi magna, vel maxima pars Ordinum abſit, Imperatori, cum paucioribus præſentibus, in abſentium, ſed plurium, præjudicium ſtatuere, nequicquam licet.

Ita Annò 1546. evenit Ratisbonæ: Ubi Carolus V. expreſsè confeſſus eſt, Daß er/ auß mangel der abweſenden Chur-Fürſten/ Fürſten / vnd Stände / vnd daß auch etliche Fürſten/ auß jhren ehehaften / vnd nothdurften/ mit ſeinem vorwiſſen / vnd gnädigen bewilligung / vnd darneben auch der Proteſtirenden Chur-Fürſten / Fürſten vnd Stände Botſchafften/ gar nahe alle/ ohne ſein vorwiſſen vnd Erlaubnüs wiederumb anheim gezogen / an ſeinen / vnd des Reichs obligen/ vnd ſachen / mit den übrigen gegenwertigen Fürſten vnd Ständen/ vnd der abweſenden Rähten vnd Botſchafften / mit nutz vnd frucht ferner nicht verfahren vnd handlen habe mögen. (c)

Quam poteſtatem utique haberet Imperator, ſi totius poteſtatis dimidia pars ejus propria eſſet: Junctis enim præſentium, licet pauciorum, Ordinum ſuffragiis, cum dimidia ſua parte, jam plus haberet, quam dimidiam poteſtatis partem; & abſentes Or-

(a) *Reink. lib. 1. cl. 5. c. 8. n. 77.* (b) *lib. 46. C. de decurion. lib. 10.* (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1546. §. dieweil wir aber.

Ordines, præſertim contumaciæ reos, licet numero plures, pondere ac autoritate ſuperaret.

SECTIO. V.

PRopoſitis ſententiæ noſtræ fundamentis, ordo quoque poſtulat, ut rationes, quibus communis, & contraria Doctorum opinio nititur, examinemus.

Communis opinionis fundamento primo reſpondetur.

Illa autem unica hæc ferè eſt: Quod Conſtitutiones Imperii, jure contractus fiant, ſeu per modum conventionis, inter Imperatorem & Imperii Ordines; ad quam conventionem utriuſque conſenſus neceſſarius ſit.

In Legum latione conventio adhiberi conſuevit.

Sed meminerimus, in publicis rebus, præſertim Legibus rogandis, & nunc, & olim, formam contractus, dicis cauſa, adhiberi ſolitam: Nec ex eo tamen ſtatim præſumi, aut argui, diviſam Legum ferendarum poteſtatem.

Sic, adhuc hodie in Poloniâ, Regni Conſtitutiones per conventionem fieri dicuntur: *(a)* Nec tamen ideò, Regis poteſtatem, & Ordinum exæquatam eſſe, quiſquam Polonorum dixerit, opinor.

In Republ. Romanâ, Leges olim & plebiſcita, per ſtipulationem, quæ & ipſa conventio eſt, perficiebantur. Rogabat enim Magiſtratus Populum, aut Plebem, vellet, juberetve, Legem, vel Plebiſcitum ita fieri? Quæ rogatio omnium Legum fons, caput, & origo dicitur. *(b)* Cui Populus, vel Plebs reſpondebat. Vnde Lex Reipublicæ ſponſio ap-

(a) *Statuta Regni Poloniæ à Ioh. Herburto de Fulſtin. edita ſub tit. Conſtitut.* (b) *Gellius lib.* 10. *noct. attic.c.*20.*Cic.pro Cæcinna. Alex. ab Alex. lib.*6.*genial. dier. cap.*22.

appellatur, (a) hoc eſt, ſtipulanti, vel interroganti facta promiſſio. (b)

Nec tamen ex hac cauſa Magiſtratus, cum Populo, aut Plebe, in Legum ferendarũ æquali temperamento concurriſſe, dicendus eſt.

Pari ratione, quod per modum contractus, ſeu conventionis, inter Imperatorem & Ordines, Conſtitutiones Imperii fieri dicuntur, intelligendum eſt.

Imperator enim, ſi quid è re publica eſſe exiſtimat, proponendo rogat Ordines, Hi vero, ſi Imperio utile id exiſtimaverint, conſentiunt & concludunt.

Si quis tamen hanc ultroque citroque obligationem nimis urgeat, illi reſpondemus: In conventione iſthac Imperatorem Ordinibus omnibus opponi quidem, non vero, ut univerſis; ſeu, unum corpus conſtituentibus, ſed ut ſingulis. Vt ita Imperator, ſi ex oppoſitione iſthac æqualitatem colligas, non plus, quam ſinguli Ordinum, poteſtatis, habiturus ſit.

Ordines autem omnes, ut ſingulos, in hac conventione potius, quam, ut corpus aliquod conſiderari, ex eo patet, quod in antiquioribus Imperii Receſſibus, ſub iſta conventione, ſeu ſynallagmate, ab uno latere ponatur Imperator, non verò eo tantùm reſpectu, quo Imperator eſt, ſed etiam, quo tanquam Dux Auſtriæ conſideratur: Imo Imperator ac Domus Auſtriaca. Ab altero latere, reliqui Imperii Ordines. Verbinden / verpflichten / verſprechen / für Uns / und Unſere Nachkommen am Reich / auch Unſere Erben und Erbliche Lande / ſolche ordnung / &c. feſt zuhalten / &c. Deſſen zu urkund haben Wir / als Römiſcher König / und Ertz-

(a) *lib. 1. de Legib.* (b) *lib. 2. c. 3. de Sponſal.*

Hertzog zu Oeſterreich/Unſer Königlich Inſigel an dieſen brief thun hencken. Und Wir/ von Gottes Gnaden Berchold/&c. (*a*) Item. Hierauff gereden und verſprechen Wir König Maximilian, für Uns/ und Unſere nachkommen / Römiſche Keyſer und König/ und auch Unſer Erben und Nachkommen / Ertz-Hertzoge zu Oeſterreich/ dieſe obgeſchriebene Ordnung/ &c. getrewlich und feſtiglich / ſo viel Uns / als Römiſchen König und Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich berührt / und berühren mag/ zuhalten/ und Wir Chur-Fürſten/ Fürſten (*b*) Iterum verſprechen Wir / ſo viel Uns / als Römiſchen Keyſer / auch Uns und Unſern lieben Sohn Carolen / König zu Hiſpanien/ &c. daß Wir Uns hierin mächtigen/als Ertz Hertzogen zu Oeſterreich / und Hertzogen zu Burgund/berührend/zuvollnziehen/ohn alle gefährde; Des zu vrkund/ haben Wir/ als Erwehlter Römiſcher Keyſer / und auch als Ertz-Hertzog zu Burgund / Unſer Keyſerlich Inſigel an dieſen Abſcheid gehangen. (*c*)

Idem adhuc ſemel à Carolo V. factum eſt; (*d*) poſtea ſemper omiſſum : Licet eadem formula, ſequenti tempore, in medio Imperii Receſſu (*e*) repetiatur, Haben Wir / ſamt den obgemeldten Keyſerlichen Commiſſarien im Nahmen der Römiſchen Keyſerlichen Mayt. und für Uns ſelbſt/ für Ihrer Keyſerlichen Mayt. und Unſer Erbland / Uns mit Chur - Fürſten / Fürſten / und Ständen/

(a) *Ordin. Regim. de Anno* 1500. § *fin. Receſſ. Imperii de Anno* 1512. §. *fin.* (b) *Receſſus Imper. de Anno* 1500. *in fin.* (c) *Receſſ. Imper. de Anno* 1518. §. *fin.* (d) *Ordin. Regim. de Anno* 1521. § *fin.* (e) *Receſſ. Imp. de Anno* 1542. §. würde ſich aber jemand.

den / verglichen / und vereinigt.

Jam, ut ad propoſitum noſtrum hæc applicemus, ſi in hac conventione Ordines Imperii ut corpus aliquod conſideremus, Domum Auſtriacam, ut membrum, à corpore ſuo divelli, imo corpori ſuo opponi, neceſſum eſt: Quod ne fiat, melius eſt, ut Imperatorem, & Domum Auſtriacam, tanquam ſingulos, Imperii Ordinibus, ut ſingulis, opponi, dicamus.

Quin &, ſi conventio iſthæc Legum ferendarum poteſtatem æqualiter dividet, inter eos, qui hinc inde ſe obligarunt, & ſynallagma, ſeu ultro citroque obligationem inter convenientes conſtituet; ſequitur, quod dimidia illa poteſtatis pars, quam Imperatori vulgo tribuunt, non ad ſolum Imperatorem, quà Imperator eſt, ſed & quà Dux Auſtriæ, imo ad Imperatorem ac Domum Auſtriacam pertineat: Quodque Imperii Ordines univerſi, non ſolum Imperatori, verum Domui quoque Auſtriacæ, per hanc conventionem obſtringantur.

Quæ certè hujus Domus inſignis, præ aliis, etiam Electorum, Familiis, eſſet præeminentio: Imo videretur, ex hoc fundamento, aliquid hæreditarii juris ſibi vindicare poſſe, in Imperatoriam dignitatem.

Sed poſterius falſum eſt: Nec Auſtriaca Domus plus, quam aliæ Familiæ, autoritatis & poteſtatis, in Imperio, de jure, aut habet, aut hucuſque unquam habuit.

Ergo nec prius neceſſariam inducit conſequentiam: Adeoque illud, ex mutua conventione, & hinc, inde contracta obligatione, imbecille ac verè ſtramineum argumentum eſt.

Quod vero Ordines, inter ſe concordes, Conſtitutiones, ſtatim promulgandas, pro

Reſponde-tur ſecun-do Funda-mento.

jure ſuo ac Imperio, Imperatori non injungant, ſed ubi, quod Ordinibus placuit, Imperatori per ſelectos expoſitum eſt, tamdiu replicando, duplicando, triplicando, quadruplicando, *&c.* procedatur, donec tandem, hoc modo, res, velut amica quadam compoſitione, transigatur; &, vel Imperator in Ordinum, vel hi in illius ſententiam concedant, atque ita, quod in commune placuit, Decreti demum Comitialis, ac Legis habeat vigorem: (*a*) Id non ad antiquæ tantum Majeſtatis imaginem (quam ubivis Imperatori Ordines reliquerunt) conſervandam, ne, nudo ſaltem miniſterio Imperatorem fungi, manifeſto cuivis appareat; ſed etiam, ut, Imperatore in contraria, aut diverſâ ab Ordinibus, opinione exſiſtente, propoſita materia, per rationes, pro & contra decidendi, hinc, inde ventiletur, ſique forſan quid ab Ordinibus nondum ſatis adhuc perpenſum aut perſpectum fuerit, melius declaretur, ac ſi opus ſit, emendetur, fieri dicimus.

Quod ſi, unanimiter ac perſeveranter, non obſtante Imperatoris diſſenſu, Ordines inter ſe conſentiant, Imperatorem ipſorum voluntati repugnare non poſſe, ſed, quæ ipſi promulganda decreverunt, promulgare teneri, firmiter nobis perſuaſum habemus.

Si quid tamen ex hoc amico, inter Imperatorem ac Ordines, tractatu, præjudicii Imperio ortum huſcuſque ſit, aut impoſterum oriri poſſit; id ex hac ipſa communi Legiſtarum, vim Comitiorum non ſatis capientium, opinione initium traxiſſe videtur. Quâ etiam Ordines Imperii perſuaſi, fœdaque Status ſui ignorantia decepti, Auſtriacæ Familiæ, jam

(a) *Paurmeiſt. d. lib. 2. de juriſd. cap. 2. n. 50, edit poſter. Reink. d. lib. 1. cl. 5. c. 8. n. 55.*

jam longè ultra ſeculum in Imperatoriâ dignitate pedem figente, plus, quam oportebat, indulſerunt; &, ut alia multa, ita hanc etiam conſuetudinem, ſuæ Libertati, ac Comitiorum dignitati exitioſam, induci paſſi ſunt.

Stat ergò nobis fixa ſententia, contra communem omnium, ſive opinionem, ſive errorem: Ordinibus ſolis, in Comitiis competere, & conſultandi, & decernendi poteſtatem; Imperatorem verò, quà Imperator eſt, aliud nil de jure habere, quam deliberationis, ſeu conſultationis directorium, & ultimum deciſivum votum. Id quod tanti momenti non eſt, ut, aut Ordinum poteſtati multum detrahat, aut Imperatoris Majeſtati multum addat.

Nam aliis in Comitiis, & apud alias gentes, Regis Majeſtas in eo potiſſimum elucet; cum poteſt, quæ cujuſque ſententia in Senatu melior, non numero, ſed pondere dijudicare. (*a*) Quod in noſtris Comitiis locum non habet.

Quarè peſſimè iſti faciunt, qui conſueta Germanorum Comitia, ex illorum, quæ tempore Romuli, & antiquorum Regum Romanorum haberi ſolita ſunt, Comitiorum jure metiuntur: Et cum antiquo Romano Senatu, ac Conſilio Imperatorum Romanorum, hodiernos Imperii Ordines comparare, præſumunt.

Quia, ut iſti pars corporis ſui, à Iuſtiniano dicitur; (*b*) ita etiam Imperator hodie cum Imperii Proceribus corpus unum cōſtituat. (*c*) Itaque, ut quondam, per iſta Comitia ac Senatum,

D 6 tum,

(a) *Bodin. lib. 3. de Republ. c. 1.* (b) *l. 5. pr. C. ad L. Iul. Majeſt.* (c) *Receſſus Imperii de Anno, 1512. in princ.*

tum, Regum ſeu Imperatorum Majeſtati nihil fuerit detractum; ita nec hodiè quicquam derogari, autumant.

Et, quemadmodum in domeſtica vita Paterfamilias, licet ex Uxoris conſilio familiæ Leges præſcribat, eamque participem gubernationis faciat, & cum filiis operetur in commune bonum, attamen ſe non ſpoliat ſua autoritate: Sic Imperatorem, inquiunt, *(a)* quamvis communicato conſilio Procerum omnia agat, non propterea ſe exuere omni poteſtate, aut cum ipſis communicare poteſtatem.

Nam ſimilia hæc planè diſſimilia eſſe, & toto cœlo diſtare, ex iis, quæ in medium hucuſque protulimus, manifeſtum eſt.

CAPUT V.

De ſolutâ Legibus poteſtate.

SECTIO I.

JAm, excuſſo Comitiorum jure, ad ipſa Majeſtatis jura, quæ univerſis Ordinibus Imperii, quatenus illi in Comitiis unum corpus conſtituunt, competunt, ſpecialius explicanda, facimus tranſitum: Inter quæ, duo præcipua ſunt, in quibus ipſa Majeſtatis eſſentia potiſſimum conſiſtit; nempè, Legibus eſſe ſolutum, & Civibus, ſeu ſubditis Leges ferre.

Legibus ſoluta poteſtas Majeſtatis propria.

Hæc duo indubiè ejus propria ſunt, qui principem in Republ. locum obtinet: Is enim Leges dat, non accipit, niſi à ſummo DEO. *(b)* Et

(a) *Bernh. Zieritzius in not. ad Caroli V. Conſtit. crimin. ad proœm. verſ. cum Electoribus, Princip. & Statib. &c.* (b) *Clapm. lib.* 1. *c.* 11.

Et ſanè Principem Legibus ſolutum eſſe, imò Legem animatam in terris, cui & ipſas Deus Leges ſubjecerit, antiqua Jura apertè docent. (a)

Communiter hodiè Imperatori tribuitur. Nec ſegniter ad Imperatorem noſtrum iſta applicant legicrepæ noſtri Politici; qui nefas eſſe putant, (b) aſſerere, quod Imperator noſter Legibus ſolutus non ſit. Imo, ex Plenitudine Poteſtatis, eum, ſupra Ius, extra Ius, & contra Ius, omnia facere; eique, cur ita facis, nec dici, nec opponi quicquam poſſe, contendunt: (c) Atque ejus poteſtatem ita eſſe anomalam, ut nullis Legibus frenetur. (d)

Sed quomodo, variæ opiniones ſunt. Sed ſi accuratius in iſta inquiras, tanta ferè animorum & ſententiarum, quanta cerebri varietas apparet.

Ius quidem divinum, naturale, ac Gentium; uno penè omnes ore excipiunt: Cum enim id ab hominibus, nec conſtitutum ſit, nec mutari poſſit, (e) ſed à ſuperiore aliquo, nempè, Deo Opt. Max. originem trahat; nullus hominum, nec Princeps, nec alius quiſpiam, ab ejus obſervantia jure ſe eximet.

Circa Ius poſitivum, alii, inter vim coactivam, & directivam diſtinguunt: Alii, quod cum eodem ferè coincidit, Leges, non de neceſſitate, ſed de honeſtate tantum, Imperatorem ligare, ſtatuunt.

Cum digna ſit vox Majeſtate Regnantis, Legibus alligatum ſe profiteri; & majus Imperio, ſubmittere Legibus Principatum. (f) Decet namque tantæ Majeſtati, eas ſervare Le-

(a) *l. 31. de Legibus Nov.* 105. *c.* 2. (b) *Reink. l.* 1. *cl.* 3. *c.* 12. *n.* 3. (c) *Ex Prukmanno Matth. Steph. l.* 3. *de juriſd. parte* 1. *c.* 1. *membro* 1. *n.* 11. (d) *Baldus conſil.* 327. *col.* 5. *lib.* 1. *Marcus Mantua loc. comm. l.* 1. *c.* 2. (e) §. *penult. Inſt. de Iure nat. gent. & civ.* (f) *l.* 4. *C. de Leg.*

Leges, quibus ipſe ſolutus videtur. (a) Vnde Severus & Antoninus quoque reſcripſerunt. (b) Licet Legibus ſoluti ſimus; attamen Legibus (ex honeſtate ſcilicet) vivimus. Idque factum eſt, ſalvâ Majeſtatis reverentiâ, quod Imperatores ſpontaneo motu, non dedignati ſunt, ſibi, cum privatis, jus eſſe commune. (c)

Principem tamen, ut Dei miniſtrum (qui, ex aphoriſmo Theologorum, omnia poſſe dicitur, quæ vult, & velle poteſt) ad Dei voluntatem optimè ſe conformare, ſcribunt: Iuſtitiæque plenum, id demum velle præſumi, quod jura volunt; nec cenſeri, illud ſentire, quod permiſſum non eſt, aut injuſtitiam importat.

Sed jam id in quæſtione haud eſt; utrum Princeps velit ſervare Leges, aut in dubio præſumatur? Verum, ſi apertè contra Leges nitatur; num ejus voluntas intra Legum repagula coërceri poſſit?

In quo caſu ſuperior ceſſat præſumptio: Nec in apertis ullus locus eſt amplius conjecturis. (d)

Itaque alii iterum ab initio Leges fundamentales hic excipiunt: Et legibus, merè privatis, circa privatorum jus, ſeu privata negotia, occupatis, Imperatorem demum ſolutum eſſe, volunt.

Quam aſſertionem quidem rurſus, in illis Legibus, quæ ratione, vel æquitate naturali nituntur, ſublimitant & reſtringunt; hiſque eum ſolutum, negant.

Vt ita plenitudo iſta Poteſtatis Imperatoriæ, quam hi Autores, plerique omnes, indiſtinctim crepant,

(a) *lib. 23. de Legat. 3.* (b) *§. ult. Inſt. Quib. mod. teſtam. infirm.* (c) *Impp. Theodoſ. & Val. in fin. C. Theodoſ. de appel.* (d) *lib. 237. §. 2. de Verb. oblig.*

crepant, multimodis exhauſta, vix ſemiplena, imò penè vacua relinquatur.

SECTIO II.

NOs, nullâ inter Leges factâ differentiâ, priori ſententiæ, quæ inter directivam, & coactivam vim, ſeu inter neceſſitatem & honeſtatem diſtinguit, ratione antiquorum Imperatorum, ſanè adſtipulamur: Qui id ſibi uſurpârunt, quod antè, Civium Romanorum datum eſt nemini, ut ſoluti Legibus eſſe dicerentur; hoc eſt, omni Legis neceſſitate liberati, nec iis, quæ ſcripta ſunt, ſubjecti. (*a*) *Noſtrâ ſententiâ antiqui Imperatores Legibus ſoluti fuerunt;*

Nam, qui & ferendarum, & univerſaliter abrogandarum Legum poteſtatem habuerunt; quidni illi, in particularibus actibus, Legibus præjudicare potuerint? Et, quomodò illos Legibus adſtringemus, qui ſuprà omnes Leges fuerunt?

Decorum quidem, boni exempli causâ, (cum ad Principis exemplum totus ſeſe componat Orbis) Imperatoribus fuiſſe, non injuriâ arbitramur, etiam merè civiles, & ſuaſmet ſervare Leges: Sed ſi illis, extra Legum limites evagari libuit, nemo fuit, qui eos coërceret; nec enim rationem actionum ſuarum ulli reddere tenebātur, nec ulli judicio erant obnoxii.

Hactenus itaque admittimus quod adhuc de Friderico Imperatore Poëta ſcripſit: (*b*)

- Nihil, ut verum fatear, magis eſſe decorum,
Aut regale puto, quam, Legis jure ſolutum
Sponte tamen Legi ſeſe ſubmittere Regem.

In Imperatore autem noſtro omnia ſecus ſeſe habent. Is enim, non tantum honeſtate exigente, Legibus obſequitur, ſed ad Legum obſequium, præciſâ neceſſitate adſtrictus eſt. *Imperator hodiernus non eſt.*

Nec

(a) *Dion. l. 53.* (b) *Gunt. Ligurin. in ejuſd. vitâ.*

Nec fundamentalibus tantum Imperii Legibus, inter quas eminet Cæſarea Capitulatio, ſed integris Imperii Receſſibus (in quibus, præter Leges fundamentales, multa etiam, quæ privatorum negotia concernunt, continentur) jure contractus, ut inter omnes convenit, perinde ac ipſi Ordines ſinguli, obligatur.

Imperatori certus modus in Capitulatione præſcriptus.

Et ſane, quod Leges fundamentales ac Capitulationem attinet, iis Imperator quàm arctiſſimè ſub juramento aſtringitur, adeo, ut etiam coërcitioni Procerum Imperii ſubjectus ſit; qui hos illi cancellos præſcripſerunt.

Quorſum notabilis iſta Electorum, Saxonis & Brandenburgici, proteſtatio, de anno 1623. quæ omnem, Legibus ſolutam, poteſtatem ab Imperatore removet, ſpectat.

Cum enim cæteri Electores ac Principes adulatoria nimis loquendi formula in Conventu Ratisbonenſi, dicto anno habito, uterentur, Man wäre zwar nicht gemeynet / Ihrer Keyſerlichen Mayt. gewalt zu diſputiren / hielte ſich aber darneben gäntzlich verſichert / daß Sie / das jenige in obacht zu nehmen / geneigt / was Sie in ihrer / denn Chur-Fürſten übergebenen Capitulation allergnädigſt zugeſaget / Welches alles man / ohne Maßgeben / gegen Ihrer Keyſerlichen Mayt. wegen der Chur-Fürſten Præeminentz und autoritet, in unterthänigkeit zu referiren / zu ſagen / und zu erinnern / für nothwendig und gut geachtet: (a) Hi duo Electores cordatè, eo tempore contra ſenſerunt, (b) Weil das wortlein / ohne Maßgebung / in jüngſter /

(a) Chur-und Fürſten *reſolution* auf Keyſerl. *propoſition* zu Regenſpurg $\frac{20}{30}$ *Ian. d. anno apud Lundorp. tom.* 1. *act. publ. lib.* 6. *cap.* 152. *p.* 1008. (b) Chur-und Fürſten *relation* über etliche Puncten der Keyſerl. *propoſition. ibid.* 17. *Febr. d. an apud Lundorp. ibid. c.* 154. *p.* 1077.

ſter / alſo unterthänigſter / relation darzu geſetzet / können Ihre Chur-Fürſtliche G. Gn. ſolches nicht nachgeben / ſondern thäten es widerſprechen / in deme / das (ohne maßgebung) und die Capitulation nicht beyſamen ſtehen könten. Dann worzu Ihre Keyſerliche Mayt. durch die Capitulation verbunden / das wäre derſelben ohne maßgebung nicht heim zuſtellen / würde auch dadurch die Churfürſtliche Hochheit / præeminentz / und Würde nicht conſerviret.

Capitulationũ noſtræ ab aliorum Regnorum Capitulationibus differentia.

Notanda autem hic inſuper eſt, Capitulationum in aliis Regnis, ab Imperii noſtri Capitulatione, differentia.

Licet enim nullam fere ita bardam, ac ſtupidam gentem eſſe, fateamur, quæ non Regem ſuum, ad fidem & tutelam Regni, ſub certis conditionibus jurandum, ſub initium regiminis adigat: *(a)* Ejuſmodi tamen Leges, ut Petrus Gregorius notat, *(b)* à Populo Regi dictæ, non valdè tutæ ſunt, quando poſt fundatum & ſtabilitum Regnum, innovari poſſunt; etiamſi in eas, ab initio, nuper in locum demortui ſubrogatum, Regem jurare cogat Populus.

Idque, tum quia Status Monarchiæ repugnat, qui non patitur ſibi dari Leges, alioqui ſumma ei non eſt poteſtas: Tum etiam, quod illud axioma ſit Regnantium; penes eos eſſe poteſtatem, penes quos armorum jus eſt.

Exemplum Margareta, trium ſeptentrionalium Regnorum Domina, nobis præbet. *(c)* Quæ cum, in Sueciâ, contra Capitulationem multa tentaret; Proceres, jusjurandum illi objicientes, haberentne diplomata conven-

(a) Ex Hotomanno Reink. lib.1. cl.3. c. 9. n. 20.
(b) *lib. 7. de Republ. cap. 19.* (c) *Iohannes Magni lib. 21. hiſtor. Suec.*

ventionum, interrogavit: Illis autem, ſe habere, & quidem probè aſſervare, reſpondentibus, ait. Suadeo ego vobis, ut literas datas diligenti cuſtodia obſervetis: Nos autem Caſtra, Civitates, & omnes Regnorum noſtrorum partes, diligentius obſervari, faciemus.

Quod vero Capitulationes iſtæ lubricæ ſunt, hoc ea de cauſa provenit, quia in ſolâ Principis religione, ac conſcientia fundantur; nec, in vero Regno, harum Legum, & Capitulationis, ulli ſunt cuſtodes.

Imperium noſtrum habet Capitulationis cuſtodes

In Imperio noſtro longè diverſa hujus rei ratio eſt, nec illi ipſi Legum fundamentalium, ac Capitulationis cuſtodes deſunt: Cuſtodes enim hi ſunt, cum omnes Electores ſimul, tum inprimis, eorundem Electorum primicerius, Comes Palatinus Rheni.

& Iudicem.

Quapropter Imperator, ſive Rex Romanorum, toti Electorum Collegio, nomine Imperii, ad rationes actorum reddendas, ut ſupra monuimus, adſtringitur: Et, in ſpecie, Comitis Palatini Rheni, Sacri Imperii Archidapiferi, Electoris Principis, judicio eſt obnoxius; coram quo, ſuper cauſis pro quibus impetitus fuerit, habet reſpondere. (a).

Vt ita hodiè Imperatori de ſe gloriari non liceat, quomodo Antonino olim Philoſopho licuit: (b) Nemo niſi ſolus Deus, Iudex Principis eſſe poteſt.

Quia autem alium, præter Deum, Iudicem pati cogitur Imperator, certiſſimum indicium id eſt, non habere eum Legibus ſolutam poteſtatem: Quippe nullum alium Iudicem habent, ſed in propria cauſa Iudices eſſe poſſunt, quibus ab immortali Deo, rerum

(a) *Aurea Bulla c.5.§ fin.* (b) *Xiph. in ejus vita.*

rerum omnium arbitrium, Legibus ſolutum, conceditur. *(a)*

SECTIO III.

Judicium hoc Palatini firmatur.

UT autem de Electoris Palatini hoc privilegio paucis quoque agamus; ſunt, qui Domus Auſtriacæ, aut Imperatoriæ potentiæ nimium ſtudioſi, controverſiam de eo Palatino moveant. *(b)* Quibus clarum Aureæ Bullæ textum nos opponimus.

Textum hunc antagoniſtæ noſtri *(c)* nequicquam in alium ſenſum detorquere conantur: Quod nempè Aurea Bulla haud ullum jus Palatino tribuat, ſed conſuetudinem iſtam, cujus mentio fit, in medio relinquat: & , ſi quod jus ex illâ Palatinus habet (id quod Lex neque affirmet, neque neget) extra Aulam Cæſaream uſum ejus adimat.

Sed, utut verba textus, de iſtâ conſuetudine, dubitanter ac relativè concepta ſint, (*ſicut, de conſuetudine introductum, dicitur*) attamen, quicquid, eo tempore, dubitationis ſupereſſe poterat, per Aureæ Bullæ ſanctionem, & expreſſam hanc dubiæ conſuetudinis confirmationem, ſublatum eſt.

Claris enim verbis ſancitur: Quod Imperator, ſive Rex Romanorum, ſuper cauſis, pro quibus impetitus fuerit, habeat, id eſt, teneatur, ſicut de conſuetudine introductum dicitur, coram Comite Palatino Rheni, Sacri Imperii Archidapifero, Electore Principe reſpondere.

Cum Aurea Bulla concordat Speculum Suevi-

(a) *Bodin. lib. 3. de Republ. c. 6.* (b) *Autor Juſtitiæ Cæſareæ propoſ.* 18. Chriſtian Gottlieb von Friedberg in newen Calviniſchen Model des heiligen Römiſchen Reichs. (c) *dd. locis.*

Suevicum, (*a*) Wann die Fürſten den König wollen beklagen / das ſollen ſie thun vor dem Pfaltzgrafen.

Nec ipſi, è Domo Auſtriacâ, Imperatores id inficiari ſunt. Nam Fridericus Imperator, ejus nominis III. privilegia Helvetiorum rata habere noluit, ſed cauſam, aut arbitris decidendam, aut, ſi mallent, coram Præfecto Prætorii Rhenani, *ubi omnes Imperatoris cauſæ controverſæ decidi ſoleant*, tractandam, dixit; ut Gerhardus de Roo, Auſtriacarum rerum Scriptor, autor eſt. (*b*)

Imperator coram Palatino convenitur, tanquam Imperator. Ab eodem Palatinus aliquandò appellatus. Palatinus ejus Iudex eſt, etiam in cauſâ male adminiſtrati Imperii, & in

Et quidem convenitur Imperator coram Palatino, ratione officii, tanquam Imperator; ſi Status aliquis Imperii, judicialiter, aut extrajudicialiter, ab ipſo gravatus fuerit: Non, tanquam Archi-Dux Auſtriæ, aut alius Imperii Princeps, ut adverſarii noſtri ſentiunt. (*c*) Hoc enim reſpectu etiam in Camerâ citari, ac conveniri poteſt; nec ſingulari hoc judicio eſt opus. (*d*)

Itaque legimus, ab Imperatore ad Palatinum fuiſſe provocatum: Quemadmodum Fridericus, Burggravius Noribergenſis, à ſententiâ Caroli IV. Rupertum Palatinum appellavit; qui etiam appellationem ſuſcepit, ſententiamque, ab Imperatore latam, reformavit. (*e*)

Neque, in civilibus tantùm, & pecuniariis cauſis, ut quidam autumant, (*f*) ſed & ſi de Statu, vel malè adminiſtrato Imperio ratio exigatur, & de Imperatore deponendo agatur,

(*a*) *lib.* 2 *c.* 43. §. 6. (*b*) *l.* 5. *hiſt. Auſtr.* (*c*) *Autor Iuſtitia Cæſarea Imperialis d. loco.* (*d*) *Reink. lib.* 1. *cl.* 2. *c.* 2 *n.* 1. *l.* 3 & *cl* 4 *c.* 5 *n.* 3. (*e*) Bedencken / ob die Churfürſtl. Pfaltz / *in cauſis gravatoriis* des Keyſers Richter ſeyn könne. (*f*) *Gilhauſ. in arb. jud. c.* 1. *p.* 1 §. 1. *n.* 9. *Reink. c.* 5. *n.* 5.

Digitized by Google

tur, Palatinus, competens Imperatoris Iudex eſſe videtur.

Ita, in remotione Adolphi Imperatoris, Moguntinus Pontifex, Saxoniæ atque Brandenburgii Præſides, legati Regis Bohemiæ, Regulum Saxonum, arbitrum honorarium (quippe Rudolphus, Præfectus Prætorio Rheni, Rectorque Bojariæ, *cujus munus eſt, veluti de querimoniis, adverſus Cæſarem delatis, cognoſcere, juſque dicere, ſententiam pronunciare*, venire recusârat) ceperunt, tribunali impoſuerunt, Adolphum accusârunt, deinde Senatusconſulto in ordinem redegerunt, & à faſtigio deturbarunt. (*a*)

Ita, cum tempore Alberti Auſtriaci, quidam Electores Imperii, præcipuè Eccleſiaſtici Principes, ob diverſa diſſidia, in eundem Albertum Regem, varias conjurationes ac ſimultates attentarent, dicentes; Adolphum, Dominum ſuum in bello peremiſſe, ideoque regiâ Albertum dignitate indignum cenſerent: Eam ob rem, cæteri Principes primarii, in Regno Germaniæ, Rudolphum, Palatinum Rheni, *Imperii Iudicem* ſtatuerunt; ut deinceps; futuris temporibus, ſua induſtria, hoc officium peragere deberet, *Ex qua conſuetudine Reges Romanorum, moverentur, ne aliquod malum, vituperatione dignum, in Regno molirentur, ac indigni Imperio judicarentur*: Vt Hartmannus Schedel, Norihergenſis, ſcribit. (*b*)

Eiſdem penè, ſed Germanicis verbis, Hartmanus conterraneus, Georg Alt referente Goldaſto, (*c*) Darumb ſatzten die andern fürnehmſten Fürſten / Teutſcher Nation, Hertzog

(a) *Avent. lib. 6. Annal. Boj* (b) *In hiſtoria 4. mundi ætatum, ætate 6. ſub Alberto Rege.* (c) *in rationali Conſtit. Imper. p. 99.*

Hertzog Rudolphen/ Pfaltzgrafen bey Rhein/ zu einem Richter des Römiſchen Reichs/ alſo/ daß Er hinfüro/ zu künfftigen zeiten/ aus ſeiner Dapfferkeit/ daſſelbe Amt follführen ſolte: Auf daß die Römiſchen Könige beweget würden/ nichts übels / oder ſcheltung würdigs im Reich fürzunehmen / dadurch ſie der Römiſchen Königlichen Hochheit unwürdig geſchätzt werden mögten.

Ad eundem ſenſum quoque, Heinricus Monachus Rebsdorffenſis, *(a)* Albertum Auſtriacum, ad Rudolphum, Comitem Palatinum Rheni, delatum, Electores deponi petierunt; eligentes ipſum pro Iudice Regis, aſſerenteſque, id muneris ad Comitem Palatinum pertinere: *Quod ſit officium Palatinæ dignitatis, ex quâdam conſuetudine, de cauſis cognoſcere, quæ ipſi Regi moverentur.*

Illud tamen ſolus, ſed in Comitiis, & pleno Senatu.

Illud tamen in hoc Iudicio obſervatu dignum eſt, quod Comes Palatinus, non alibi, quam in Imperiali Curia, ubi Imperator, ſeu Rex Romanorum præſens exſtiterit, id exercere poſſit. *(b)* Hoc eſt, ut nos explicamus, in ipſis Imperii Comitiis, & pleno Ordinum Imperii conſeſſu.

Nam Imperialis Curia, aliquandò quidem, Aureæ Bullæ ſtylo, Aulam Imperatoris denotat: Vnde miniſtri Imperatoris (die Hofdiener) vocantur, Imperialis, vel regalis Curiæ quotidiani miniſtri; *(c)* & Officiales Imperialis ſeu regalis Curiæ; *(d)* ejuſque aulicus Cancellarius, dicitur Cancella-

(a) *In Chron. quem refert Iuſtus Aſterius in exam. Comit. Ratisbon. Anno* 1636. (b) *Aurea Bulla d. cap.* 5. §. *fin.* (c) *tit.* 25. § *ſicut autem.* (d) *tit.* u. §. 1. & 2.

cellarius Imperialis Curiæ ; *(a)* ejus Aulæ Magiſter & Mareſchallus , Imperialis ſive regalis Curiæ Magiſter & Mareſchallus. *(b)*

Frequentius tamen in tota antiquitate Germanica , & ipſa Aurea Bulla , Imperialis Curia deſignat Comitia , ſeu omnium Ordinum ſolennem , cum Imperatore Conventum.

Hinc aliquando ſimpliciter dicitur Curia ; ut Curia Metenſis, der Hof zu Metz / *(c)* celebrare ac habere Curiam , einen Hof halten : Aliquando, Imperialis,ſeu regalis Curia, Keyſerlicher vnd Königlicher Hof / des heiligen Reichs Hof : *(d)* Aliquando , ſolennis Curia, hochzierlicher/hochzeitlicher Hof; *(e)* quando, nempè, actus aliquis ſolennis, adhibitis Imperii inſignibus, expediendus venit.

Et, in hoc poſteriore ſignificatu , etiam hic accipi, putamus.

Ex quo jam infertur , quod non ſolus Elector Palatinus, hanc cognitionem ſibi vindicet, ſed omnium Ordinum ea propria ſit , & judicium , in Imperiali Curiâ , hoc eſt , Imperii Comitiis , ac pleno Ordinum Senatu peragi debeat : In quo tamen Palatinus , tanquam primarius Elector , vice Cæſaris , (qui aliàs Comitiorum Præſes eſt , ſed, in præſenti caſu, tanquam in propria cauſa , Iudex eſſe nequit) Iudicis perſonam , ex antiqua conſuetudine , & Aureæ Bullæ privilegio , repræſentet.

Vnde ſolvitur eorum argumentatio , qui, abſur-

(a) *tit.25.§. ingreſſo verò* (b) *tit.ult. §. prædict. & duobus ſeqq.* (c) *rubr. tit.24.* (d) *tit. 3.4.6. 21.22.25. §. regreſſo verò & §. ſicut autem. & §. quandocunque tit. ul. § præterea.* (e) *in proœm. & tit. 12, tit.24. §. ult. tit. 25. rubr.*

abſurdum, putant, (a) Imperatorem Palatini ſubire judicium; qui ipſe Imperatore inferior, ejuſque Vaſallus ſit.

Non enim ſolus Palatinus, ſed univerſum Imperium, ſeu omnes Ordines, præſidente ſolum & dirigente Palatino, judicium exercent: Imperium autem Imperatore ſuperius eſſe, jam ſuprà oſtenſum eſt.

Inſt. n. tia adverſariorum enervatur.

Nec eſt, quod exemplis Regum Galliæ, & aliorum Monarcharum, qui ſpontè, judicio ſuorum officialium, ſeſe ſubmiſerint, &, quod judicatum fuit, efficaciter contra ſe exſecutioni mandari paſſi ſint, Imperatòris Majeſtatem tueatur Reinkingius. (b)

Nam, in Imperatore noſtro id meræ voluntatis eſſe, haud ipſemet, opinor, Reinkingk dixerit: Et quicquid, aut ille, aut alii dicant, certè Aureæ Bullæ textus reclamat.

Adeoque dici non poteſt, Palatinum jus dicere in Imperatorem per juriſdictionis prorogationem, aut tanquam electum Commiſſarium, & arbitrum.

Palatinus non eſt arbiter, aut Iudex prorogatus.

Nam, etſi forſan Palatini hoc privilegium ex prorogatione ortum traxerit, Es mögen ſich etwan alte Teutſche Keyſer erboten haben/ wann / jemand von Ihnen beſchweret zu ſeyn vermeynte/daß Sie ihnen nicht zu wieder ſeyn laßen wolten/ daß ſolcher ſeine Klage/bey ſeines Palatii Comite, oder Hof-gerichts Præſidenten vorbrächte/vnd daß Sie/ was derſelbe vor recht vnd billig erkennen würde/gültig ſeyn laßen / vnd vollnziheu wolten. Es laße ſich aber anſehen / daß zu folgenden Zeiten / nach dem die Reichs-ämter/vñ vnter denſelben auch Comi-

(a) *per c. ſollicita de major. & olea. Autor Iuſtitia Cæſarea Imperialis d. loco.* (b) *lib.* I. *cl.* 4. *c.* 5. *n.*4. *& cl.*2. *d.*2. *n* 221.

Comitis Palatini, oder Keyſerlichen Hoff-richters Ambt/denen/die Sie inne hatten/von den Keyſern/ für ſie vnd ihre Nachkommen/zu Lehen gegeben/ vnd erblich gemachet worden/die jenigen/ſo Palatini Comites Rheni waren/ die alte Gewohnheit/der Vnterthanen Klag/wider den Keyſer / anzuhören / als eine Gerechtigkeit prætendiret, vnd etwan auch/wann ſie am Keyſerlichen Hoff zugegen geweſen/ durch der Keyſer gutwilligkeit / erhalten vnd geübet. (a)

Nam etſi hoc, inquam, largiamur, poſt conſuetudinem tamen hanc, Aureâ Bullâ confirmatam, prorogata amplius juriſdictio vocari non poteſt.

Multò minùs arbitrii ſeu compromiſſi leges & regulæ hic locum reperiunt: Cum arbitrium, & prorogatio juriſdictionis partium conſenſu fiant, & in ſingulis tantùm cauſis; unâque finitâ, ipſum quoque arbitrium, & prorogata juriſdictio extinguantur. Elector verò Palatinus, ex antiquis moribus, Aureâ Bullâ confirmatis, adverſus Imperatorem, quotieſcunque is impetitus fuerit, fundatam habet juriſdictionem; & nolens, volens, coram illo reſpondere habet, ſive tenetur Imperator. Quæ non exigua eſt Domus Electoralis Palatinæ excellentia. (*b*)

Concludimus tandem ex his omnibus: Imperatorem, cum non in leges Imperii tantùm juret, & ad obſervantiam Receſſuum Imperii, jure contractus obligetur, ſed etiam rationem perperam geſto-

E rum

(a) Chriſtian Gottelieb von Friedberg *in d. tractatu.* (b) *Thomas Hubertus Leodius in vita Friderici II. Palatini lib. I. circa fin.*

rum reddere teneatur, adeò ut, non coërceri tantum, ſed & planè exauctorari poſſit, & denique Judicio Imperii Palatino præſidente, ſit obnoxius; tam quad vim coactivam, quàm directivam, tam de neceſſitate, quàm honeſtate, Legibus eſſe ſubjectum, adeo, ut verè Legibus ſolutus dici, nullo modo poſſit.

Caput VI.

De Legum ferendarum poteſtate.

Sectio I.

Legum ferendarum poteſtas Majeſtatis propria.

Alterum, præcipuum & eſſentiale, Majeſtatis proprium eſt, Subditis Leges ferre univerſales, & latas iterum abrogare.

Non enim æquum modo eſt, ſed etiam neceſſarium, Leges in Principis arbitrio perinde eſſe, ut in poteſtate gubernatoris, navis gubernacula; quæ eſſent inutilia, niſi, ad omnem cœli faciem, & opportunitatem, moveri ac converti poſſent, quomodò Sextus Cæcilius rectiſſime dicere ſolebat: Ne ipſa navis cum gubernatore prius naufragium patiatur, quàm vectores conſuli poſſint. (a)

Hinc apud Gallos, in fine Legum omnium ac edictorum, ſubjecta eſt clauſula, *Quia ſic nobis placuit*: Vt ab omnibus intelligatur, Leges, tametſi juſtas, ab unius Regis voluntate pendere. (b)

Ea antiquorum Imperatorum fuit.

Id ipſum Romanorum etiam Imperatorum Majeſtas olim ſibi vindicavit: Nam conſtituto Principe, datum eſt ei jus, ut, quod con-

(a) *Bodin. lib. 1. de Republ. c. 8.* (b) *Bodin. d. loco.*

conſtituiſſet, ratum eſſet, (*a*) & quod Principi placuit, Legis habuit vigorem; (*b*) imo, ſoli Imperatori, Leges condere, eo tempore conceſſum fuit. (*c*)

Quam poteſtatem, condendi Legem generalem, ut & reliqua ſua reſervata, Imperatorem, nequidem, ſi voluerit, transferre in alium potuiſſe, ſcribunt. (*d*)

Hæc vero omnia in hodiernum Imperatorem non magis quadrant, quàm ſi exiguo pedi ingentes aptes cothurnos. Is enim, nec, ſine Procerum conſenſu, ullas Leges ferre, nec ullas, niſi contraria eorum, quorum autoritate latæ ſunt, mutare, aut abrogare potis eſt. *Hodie non Imperatoris, ſed Imperii eſt.*

Quare Imperii, & non Imperatoris Receſſus dicuntur, Reichs-Abſchiede / & gemeiner Reichs-Beſchlus/aut Receſſus Imperatoris ac Imperii, Unſer und gemeiner Stände Abſchied/(e Unſer und des heiligen Reichs conſtitutionen und Ordnungen. (*f*)

Nec ipſemet defunctus Ferdinandus, quanquam de facto contrarium auſus, tam effrons fuit, ut verbis id negaret.

Ita enim Legatis Circuli Franconici Anno 1629. 28. Auguſti reſpondit, Es erinnern ſich Jhre Keyſerl. Mayt. daß in dem einigen ſachen, da man newe Geſetz un Conſtitutiones

 auff=

(*a*) *l.* 2. §. 11. *de orig juris.* (*b*) *l.* 1. *pr. de conſtit. Princ* §. 6. *Inſt. de jure natur. gent. & civ.* (*c*) *l. ult.* § 1. *C. de Legibus.* (*d*) *Lancellot. in templo omn. Iud. lib.* 2. *cap.* 1. §. 4. *vers. Legem generalem condit, quem refert ac ſequitur Ioach. Cluten in ſylloq. rer. quotid.* 21. *lit. q.* (e) *Receſſ. Imperii de An.* 1564. §. haben ſie *in fine.* (f) *Receſſ. imper. de Anno* 1567. §. aber doch da ſie.

aufrichten wolle / dem im Reich herkommen nach / ſolches auff gemeinen Reichs-Verſamlungen conſtituiret werden ſolle. (*a*)

Quare cum Elector Saxoniæ, literis de dato 28. April. Anno 1629. ad Cæſarem datis, multis rationibus oſtenderet; Religionis negotium, ab exorti diſſidii primordio, in Comitiis Imperii publicis tractari ſolitum, ac proinde totam, ferventem eo tempore, Edicti cauſſam, illuc eſſe rejiciendam: Juſſu Imperatoris reſponderunt Conſiliarii aulici. Newe Geſätz könne Ihre Mayt. nicht machen / ohne conſens der ſämtlichen Reichs-Stände / man verſire aber dißmahl nicht in terminis Legis ferendæ, ſondern Juſtitiæ adminiſtrandæ. (*b*)

Hinc, ſi quod placitum ſanctionis publicæ vim & effectum habere debet, inter alia requiritur, ut 1. deliberatio non in Aula Principis, ſed in Conſilio Imperii, inſtituatur, &c. quæ aguntur, ad acta ac Protocolla Imperii referantur.

2. Decretum, non in Cæſarea vel Regia, ſed Moguntinenſi, tanquam Sacri Imperii Romani Archi-Cancellaria concipiatur.

3. Non ſolius Cæſaris, ſed junctim, Cæſaris & Ordinum nomine.

4. A Cancellaria Moguntina in mundum redigatur, & à Statibus præſentibus, abſentiumve Legatis ſubſcribatur.

Porro 5. non à Cæſare modo, ſed certis Ordinibus, omnium Ordinum nomine ſignetur. (*c*)

Cum

(a) *Thomas Manlius in Epiſtolâ Icenismo Aquilæ Romanæ annexa.* (b) *Ibid.* (c) *Burchardus parte 3. auton. c. 37. & ex eo Paurmeiſt, lib. 2. de juriſd. c. 2. n. 52. edit. poſter.*

Cum ergo Leges univerſales, non, niſi in Comitiis, condi, & rurſus abrogari poſſint: Ex iis, quæ de jure Comitiorum paullo antè diſſeruimus, cuinam Legum ferendarum poteſtas adſcribenda ſit, in propatulo eſt.

SECTIO II.

SEd hic iterum inter cæteros Reinkingk *(a)* omnem movet lapidem, ut oſtendat: Procerum conſenſum tanti non eſſe, qui Majeſtatem Imperatoris abſorbere poſſit. *Reinkingii objectiones.*

Nam I. Conſilium Procerum, & Plenitudo Poteſtatis Imperatoriæ, ut comparabilia, ponuntur. *(b)* **Auß Unſer Keyſerlichen Macht / Vollkommenheit / vnd mit gemelten Unſerer gehorſamen Chur-Fürſten / ꝛc. gemeinem zeitigen raht vnd willen.**

II. Proceres ſuffragia ſua, cum conteſtatione ſubjectiſſimæ obſervantiæ, interponunt: **Stände haben Uns zu freundlichem vnterthänigen gefallen bewilliget / (*c*) Haben Uns / zu aller vnterthänigſten gehorſam / verglichen / entſchloſſen / ꝛc. (*d*) Haben / in Unterthänigſter gehorſam / Uns gebeten / vnd höchſtes fleiſſes erſuchet / (*e*) Haben ſich Uns / zu aller Unterthänigſtem gehorſam / eingelaſſen. (*f*)**

III. Imperator, in Legibus ferendis, potio-

E 3

(a) lib. 1. cl. 2. cap. 2. n. 109. & ſeq. (b) *Receſſ. Imperii de Anno* 1530. §. **Vnd meinen.** (c) *Receſſ. Imperii de Anno* 1521. §. **Vnd dieweil wir.** *Receſſ. Imperii de Anno* 1524. §. **vnd erſtlich.** (d) *Receſſ. Imper. de Anno* 1567. §. **haben ſie.** (e) *d. Receſſ.* §. **darauff auch von wegen.** (f) *Receſſ. Imper. de Anno* 1566. §. **wiewol dann ferner.**

tiores obtinet partes; Ideoque illi, Legum ferendarum poteſtas, meritò ſoli aſcribitur.

Ipſius enim eſt, Comitia habere, ac convocare Ordines: Ipſius eſt, deliberationis capita proponere: Ipſe Procerum placita confirmat: Et denique, ipſius nomine Leges promulgantur; quæ promulgatio præcipuum robur, & autoritatem iis conciliat.

Noſtra ad illas reſponſiones

Et hæc eorum ſumma eſt, quæ Reinkingius, pro Imperatore in medium profert, Nec juncta inter ſe, tanti tamen ſunt, ut à ſententia noſtra, quæ firmo Comitiorum fundamento nititur, nos dimoveant.

Receſſus Imperii ſæpe haud accuratè loquuntur.

Id quidem lubentiſſimè fatemur: Receſſus Imperii interdum minus accuratè; imprimis autem, ubi de Plenitudine Poteſtatis, Imperatoris Majeſtate & dignitate agitur, quoad ipſum imperatorem, longè magnificentius, & ſpecioſius, ac res ipſa requirit; reſpectu verò Ordinum, magis ſerviliter & demiſsè loqui, quàm autoritas eorum patitur, aut admittit.

Sed hoc aut paraſitaſtris iſtis Legiſtis, Receſſuum concinnatoribus, imputandum eſt: Aut communi ſeculi noſtri vitio, & depravato Germanici idiomatis ſtylo; qui, hujuſcemodi nugamentis, ac inanibus ceremoniis, titulorumque ampullis, ad nauſeam uſque ſcatet.

Nam, ſi verborum tenorem ſequamur, inficiari non poſſumus, ab Imperatoris parte, mera præcepta eſſe, & imperia; ab Ordinum vero, meram obedientiam, & preces: Cum tamen, rei veritate inſpecta, Imperator, abſque Ordinum conſenſu, ne hilum quidem poſſit; & Ordinum, ſi non major, certè, ex omni-

omnium ſententiâ, par, cum Imperatore, in Comitiis, ſit poteſtas.

Nobis Bartolum hîc audire lubet, qui, ſi non quoad verba, quoad mentem tamen eleganter dixiſſe fertur: (*a*) De verbis non curat Jureconſultus.

Sed res ipſa potiùs, quàm verba attendenda.

Nec veritatem rerum indaganti, verba & curialia hæc, ſed ipſa rerum momenta ponderanda ſunt: Alioqui, ſi verborum cortici mordicus inhæreamus, nucleum ipſum, aut corrumpemus, aut planè amittemus.

Plenitudo Poteſtatis, & conſilium, comparabilia quidem ſunt.

Plenitudini Poteſtatis & Procerum conſilio, optimè inter ſe convenire credimus: Si tamen, in Imperio noſtro, nudum tantum Proceribus conſilium eſt, & non major quæpiam autoritas.

Quemadmodum veterum Imperatorum Majeſtati nihil deceſſit, eò, quod Leges omnes, Senatus conſilio fieri juſſæ ſunt: Quippè humanum eſt, ſi quid emerſerit, quod formam generalem, & antiquis Legibus non inſertam, expoſcat, id in Senatu tractari; (*b*) hoc eſt, humanitatis, non neceſſitatis, ut Baldus interpretatur. (*c*)

Sed aliud eſt ultro ac ſpontè Senatum adhibere in conſilium: Aliud, ad id faciendum teneri.

Quinimo licet inſuper quis, de re aliquâ conſilium habere, ſeu alios ad deliberationem vocare, jure obligatus ſit; attamen, habito conſilio vel tractatu, à conſulentium mente recedere, ei licet (*d*) Conſilium enim non obligat eum, cui datur, ſed, an id

(a) *teſte Ludovv. Vive l. 1. de corrupta diſcipl.* (b) *l. 8 C. de Legibus.* (c) *ad d. l. 8. quam refert Bodin. l. 1. de Republ. cap. 8.* (d) *c. cum olim. de arbitr.*

expediat, necne, cuique apud ſe explorare, liberum eſt. (*a*)

Hinc, qui Legis ferendæ conſilium dat, ipſemet eam tuliſſe, aut conſtituiſſe non videtur: (*b*) Nec iſta Legum & Edictorum probatio, & publicatio, quæ in Curia, vel Senatu fieri ſolet, arguit, Imperii Majeſtatem, in Senatu, vel Curia ineſſe, ſed autoritatis ſpeciem; ſine qua, vel in rebus à Senatu judicandis, vel mortuo Principe, Leges, ab eo latæ, in dubium revocantur. (*c*)

Ordines verò Imperii plus, quam dandi conſilii jus, habent.

Longè ab his diverſa Ordinum Imperii ratio eſt: Illorum enim, non conſilium modò, ſed conſenſus inſuper, & voluntas, imò permiſſio, & acceptatio, in Legum ſanctione requiritur, der Stände ermeſſen vnd bewilligung / (*d*) raht vnd zuthun / (*e*) einmütiger geiſtiger raht vnd wille / auch zugeben vnd annehmen. (*f*)

Ideoque Imperator diverſum ab eo, quod illis viſum eſt, ſtatuere nequit: Conſilium enim quis non tenetur ſequi, ſed bene conſenſum. (*g*)

Nec Ordines Imperii Senatus tantum vice funguntur, & nudi Conſiliarii ſunt: qui

(a) *lib. 2. §. ult. Mandati. lib. 77. §. 24. de Legat. 2.* (b) *lib. 1. § 3. quando appell. fit.* (c) *Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 8.* (d) *Receſſ. Imper. de Anno* 1559. § damit dann hinfüro. (e) *Receſſ. Imperii de Anno* 1570, § weiters nachdem.. (f) *Ordinatio Regiminti de Anno* 1500. *in princ. Declaratio Pacis profana d. Anno in princ. Ordinatio Regimenti de Anno* 1521. *in princ. Receſſ. Imp. de eod. Anno in princ. Declaratio Pacis profanæ de Anno* 1522. *in princ.* (g) *Petra de poteſt. Princ. c. 72. quaſt. 3. n. 24.*

qui nullam poteſtatem & imperium in Republica habent, quorumque ſententiam, vel ſequi, vel repudiare, liberum eſt iis, quibus Reſpublica regenda commiſſa eſt: (a) Sed Archontum loco ſunt; qui ipſimet de poteſtate participiant, & clavum Reipublicæ unà cum Imperatore, tenent.

Quare nil, iſtis invitis, decernere Imperator poteſt: Imò, ſi quid è re communi viſum ſit, Ordines, invito Imperatore, decernendi facultatem habent.

Unde ſequitur, quod, in Legibus ferendis, Plenitudo Poteſtatis Imperatori verbis potius & de facto tribuatur, quam ut re ipſa, ac de jure competat.

Nam neceſſarius iſte aliorum, in ferenda Lege, conſenſus, Plenitudinem Poteſtatis, & Majeſtatem planè infringit: (b) Qui, ſi Superiorum ſit, eum, qui Legem fert, alterius eſſe ſubditum; ſi æqualium, Imperii ſocios habere; ſin inferiorum, ſeu Senatus, ſeu Populi, ſummo Imperio vacare, arguit. (c) *Neceſſarius aliorum conſenſus Plenitudini Poteſtatis adverſatur.*

Quemadmodum ex eo, quod Sigiſmundus Poloniæ Rex, Anno 1548. ſibi imponi paſſus eſt Legem, ſe nunquam commiſſurum, ut non, communicato cum Senatoribus conſilio, ulla de re quicquam ſtatuat; (d) in hac ipſa quæſtione, contra Regem, ſecundum Poloniæ Regnum pronunciamus.

Porrò, Imperatorem potiores in Legum

(a) *Paurmeiſt. lib. 1. de juriſd. cap. 3. num. 10.*
(b) *Idem lib. 2. cap. 2. num. 62. edit. poſter.*
(c) *Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 10.* (d) *Statuta Regni Poloniæ à Ioh. Herberto de Fulſtin. editat it. Senatorum ordo.*

In Legum latione Imperator non obtinet potiores partes. conſtitutione obtinere partes, id eſt quod penitus negamus.

Convocatio nihil huc facit Nec enim convocatio Ordinum hoc importat: Etſi vel maximè; eâ tamen, non in ſolius Imperatoris, ſed omnium ſimul Electorum, poteſtate eſt.

Nec propoſitio: Nec propoſitio huc quicquam facit: Niſi eodem modo dicere velis, in Lege, aut plebiſcito, conſtituendis, inſigniorem fuiſſe Conſulis, Tribunive, quàm ipſius Populi aut Plebis, olim autoritatem; quia illis interrogantibus, ac, ſi quid è re publicâ futurum exiſtimârent, proponentibus, Leges & Plebiſcita, à Populo ac Plebe conſtituebantur. (a)

Non enim ad propoſitionem, ſed ad concluſionem ſpectandum eſt, Monarchiæ ſi certum velimus metiri pondus. (b)

Quæ tamen ipſa parùm quoque attenditur. Imò, propoſitio iſta Imperatoris quàm parum attendatur, ex eo conſtat: Quod Ordinibus Imperii à propoſitionis ordine recedere licet, ſi perſpiciant, cauſſam graviorem, & ad Imperii ſalutem magis ſpectantem, alteri in propoſitione fuiſſe poſtpoſitam. (c)

In quo puncto, Ferdinandus defunctus, nondum Imperator, ſed Imperatoris Commiſſarius, jam tum, Anno 1608. novi aliquid juris quæſiit, & prætendit, Es ſey von alters jederzeit herkommen/ gebräuchlich/ vnd billig/ daß in berahtſchlagung der Reichs-Tags propoſitionen, die Articul/ in der ordnung/ wie ſie von Ihrer Keyſerlichen Mayt. beſtimt vnd

(a) §. 4. *Inſt. de jure natur. gent. & civ.* (b) *Limnaus lib. 1. de jure publ. cap. 10. n. 43.* (c) *Receſſus Imper. de Anno 1555.* § ſo iſt durch die Stände. *Limnæus lib. 9. de jure publ. c. 1. n. 153.*

vnd geſetzt ſeyn / tractirt vnd gehandelt werden. (*a*)

Sed quorundam Electorum & Ordinum Legati contradixerunt, Weil ſonderlich die Haubt reſolution, von Ihrer Fürſtlichen Durchleuchtigkeit in modo procedendi dahin gerichtet / daß den Ständen die Libertet benommen / bey vorfallenden Reichs-Verſamlungen/ die proponirte Puncten nach geſtalten dingen / vnd befundener nohtdurfft / nicht eben in der ordnung / wie ſie geſetzt / vorzunehmen: Dahero / ein Theil der Chur-Fürſten Rähte / eine nohtdurfft befunden/ ꝛc. Vnterthänigſt zubitten/ daß Ihre Genädigſte Herren / über herkommen / ſonderlich in angeregtem modo procedendi, nicht ſo verbindlich möchten aſtringiret, noch gefähret werden. (*b*)

Et, illa quidem vice, ordinem propoſitionis ſervatum iri, communiter concluſum fuit: Addita tamen proteſtatione, & reſervata Ordinibus, propoſitionis ordinem, alio tempore mutandi, facultate, Iſt verglichen / die ordnung der propoſition zuhalten / in hoffnung / Keyſerliche Mayt. werde daſſelbe nicht ſo hoch erfündlich anzihen vnd aufnehmen / daß ſie hernächſt / zu andern vorfallenden gelegenheiten / ſonderliches bedencken tragen ſolten/wann es des heiligen Reiches vnvermeidliche Nohtwendigkeit/ alſo erfordern thäte/in der Stände gutachten ſo viel Allergenädigſt zugehelen / daß / bey dergleichen allgemeinen Reichs-Verſamlung / etwan ein Punct

E 6 dem

(a) Neben *propoſition* zu Regenſpurg *de Anno* 1608. 21. *Ian.* (b) *Protocollum Comitiorum de Anno* 1608, *die* 5. *Februar. qui fuit dies.*

rum reddere teneatur, adeò ut, non coërceri tantum, ſed & planè exauctorari poſſit, & denique Judicio Imperii Palatino præſidente, ſit obnoxius; tam quad vim coactivam, quàm directivam, tam de neceſſitate, quàm honeſtate, Legibus eſſe ſubjectum, adeo, ut verè Legibus ſolutus dici, nullo modo poſſit.

Caput VI.

De Legum ferendarum poteſtate.

Sectio I.

Legum ferendarum poteſtas Majeſtatis propria.

ALterum, præcipuum & eſſentiale, Majeſtatis proprium eſt, Subditis Leges ferre univerſales, & latas iterum abrogare.

Non enim æquum modo eſt, ſed etiam neceſſarium, Leges in Principis arbitrio perinde eſſe, ut in poteſtate gubernatoris, navis gubernacula; quæ eſſent inutilia, niſi, ad omnem cœli faciem, & opportunitatem, moveri ac converti poſſent, quomodò Sextus Cæcilius rectiſſimè dicere ſolebat: Ne ipſa navis cum gubernatore prius naufragium patiatur, quàm vectores conſuli poſſint. (*a*)

Hinc apud Gallos, in fine Legum omnium ac edictorum, ſubjecta eſt clauſula, *Quia ſic nobis placuit:* Vt ab omnibus intelligatur, Leges, tametſi juſtas, ab unius Regis voluntate pendere. (*b*)

Ea antiquorum Imperatorum fuit.

Id ipſum Romanorum etiam Imperatorum Majeſtas olim ſibi vindicavit; Nam conſtituto Principe, datum eſt ei jus, ut, quod con-

(a) *Bodin. lib. 1. de Republ. c. 8.* (b) *Bodin. d. loco.*

conſtituiſſet, ratum eſſet, (a) & quod Principi placuit, Legis habuit vigorem; (b) imo, ſoli Imperatori, Leges condere, eo tempore conceſſum fuit. (c)

Quam poteſtatem, condendi Legem generalem, ut & reliqua ſua reſervata, Imperatorem, nequidem, ſi voluerit, transferre in alium potuiſſe, ſcribunt. (d)

Hæc vero omnia in hodiernum Imperatorem non magis quadrant, quàm ſi exiguo pedi ingentes aptes cothurnos. Is enim, nec, ſine Procerum conſenſu, ullas Leges ferre, nec ullas, niſi contraria eorum, quorum autoritate latæ ſunt, mutare, aut abrogare potis eſt. *Hodie non Imperatoris, ſed Imperii eſt.*

Quare Imperii, & non Imperatoris Receſſus dicuntur, Reichs-Abſchiede / & gemeiner Reichs-Beſchlus / aut Receſſus Imperatoris ac Imperii, Unſer vnd gemeiner Stände Abſchied / (e Unſer vnd des heiligen Reichs conſtitutionen vnd Ordnungen. (f)

Nec ipſemet defunctus Ferdinandus, quanquam de facto contrarium auſus, tam effrons fuit, ut verbis id negaret.

Ita enim Legatis Circuli Franconici Anno 1629. 28. Auguſti reſpondit, Es erinnern ſich Ihre Keyſerl. Mayt. daß in dem einigen ſachen, da man newe Geſetz vñ Conſtitutiones

E 2 auff=

(a) *l. 2. §. 11. de orig juris.* (b) *l. 1. pr. de conſtit. Princ §. 6. Inſt. de jure natur. gent. & civ.* (c) *l. ult. § 1. C. de Legibus.* (d) *Lancellot. in templo omn. Iud. lib. 2. cap. 1. §. 4. vers. Legem generalem condit, quem refert ac ſequitur Ioach. Cluten in ſyllog. rer. quotid. 21. lit. q.* (e) *Receſſ. Imperii de An. 1564. §.* Haben ſie *in fine.* (f) *Receſſ. imper. de Anno 1567. §.* aber doch da ſie.

auffrichten wolle / dem im Reich herkommen nach / ſolches auff gemeinen Reichs-Verſamlungen conſtituiret werden ſolle. (*a*)

Quare cum Elector Saxoniæ, literis de dato 28. April. Anno 1629. ad Cæſarem datis, multis rationibus oſtenderet; Religionis negotium, ab exorti diſſidii primordio, in Comitiis Imperii publicis tractari ſolitum, ac proinde totam, ferventem eo tempore, Edicti cauſſam, illuc eſſe rejiciendam: Juſſu Imperatoris reſponderunt Conſiliarii aulici, Newe Geſätz könne Ihre Mayt. nicht machen / ohne conſens der ſämtlichen Reichs-Stände / man verſire aber dißmahl nicht in terminis Legis ferendæ, ſondern Juſtitiæ adminiſtrandæ. (*b*)

Hinc, ſi quod placitum ſanctionis publicæ vim & effectum habere debet, inter alia requiritur, ut 1. deliberatio non in Aula Principis, ſed in Conſilio Imperii, inſtituatur, &c. quæ aguntur, ad acta ac Protocolla Imperii referantur.

2. Decretum, non in Cæſarea vel Regia, ſed Moguntinenſi, tanquam Sacri Imperii Romani Archi-Cancellaria concipiatur.

3. Non ſolius Cæſaris, ſed junctim, Cæſaris & Ordinum nomine.

4. A Cancellaria Moguntina in mundum redigatur, & à Statibus præſentibus, abſentiumve Legatis ſubſcribatur.

Porro 5. non à Cæſare modo, ſed certis Ordinibus, omnium Ordinum nomine ſignetur. (*c*)

Cum

(a) *Thomas Manlius in Epiſtolâ Iconiſmo Aquilæ Romanæ annexa.* (b) *Ibid.* (c) *Burchardus parte 3. auton. c. 37. & ex eo Paurmeiſt. lib. 2. de juriſd. c. 2. n. 52. edit. poſter.*

Cum ergo Leges univerſales, non, niſi in Comitiis, condi, & rurſus abrogari poſſint: Ex iis, quæ de jure Comitiorum paullo antè diſſeruimus, cuinam Legum ferendarum poteſtas adſcribenda ſit, in propatulo eſt.

Sectio II.

Sed hic iterum inter cæteros Reinkingk (*a*) omnem movet lapidem, ut oſtendat: Procerum conſenſum tanti non eſſe, qui Majeſtatem Imperatoris abſorbere poſſit. *Reinkingii objectiones.*

Nam I. Conſilium Procerum, & Plenitudo Poteſtatis Imperatoriæ, ut comparabilia, ponuntur. (*b*) Auß Vnſer Keyſerlichen Macht / Vollkommenheit / vnd mit gemelten Vnſerer gehorſamen Chur-Fürſten / ꝛc. gemeinem zeitigen raht vnd willen.

II. Proceres ſuffragia ſua, cum conteſtatione ſubjectiſſimæ obſervantiæ, interponunt: Stände haben Vns zu freundlichem vnterthänigen gefallen bewilliget / (*c*) Haben Vns / zu aller vnterthänigſten gehorſam / verglichen / entſchloſſen / ꝛc. (*d*) Haben / in Vnterthänigſter gehorſam / Vns gebeten / vnd höchſtes fleiſſes erſuchet / (*e*) Haben ſich Vns / zu aller Vnterthänigſtem gehorſam / eingelaſſen. (*f*)

III. Imperator, in Legibus ferendis, potio-

(a) *lib. 1. cl. 2. cap. 2. n. 109. & ſeq.* (b) *Receſſ. Imperii de Anno* 1530. §. Vnd meinen. (c) *Receſſ. Imperii de Anno* 1521. §. Vnd dieweil wir. *Receſſ. Imperii de Anno* 1524. §. vnd erſtlich. (d) *Receſſ. Imper. de Anno* 1567. §. haben ſie. (e) *d. Receſſ.* §. darauff auch von wegen. (f) *Receſſ. Imper. de Anno* 1566. §. wiewol dann ferner.

tiores obtinet partes; Ideoque illi, Legum ferendarum poteſtas, meritò ſoli aſcribitur.

Ipſius enim eſt, Comitia habere, ac convocare Ordines: Ipſius eſt, deliberationis capita proponere: Ipſe Procerum placita confirmat: Et denique, ipſius nomine Leges promulgantur; quæ promulgatio præcipuum robur, & autoritatem iis conciliat.

Noſtra ad illas reſponſiones

Et hæc eorum ſumma eſt, quæ Reinkingius, pro Imperatore in medium profert, Nec juncta inter ſe, tanti tamen ſunt, ut à ſententia noſtra, quæ firmo Comitiorum fundamento nititur, nos dimoveant.

Receſſus Imperii ſæpe haud accuratè loquuntur.

Id quidem lubentiſſimè fatemur: Receſſus Imperii interdum minus accuratè; imprimis autem, ubi de Plenitudine Poteſtatis, Imperatoris Majeſtate & dignitate agitur, quoad ipſum imperatorem, longè magnificentius, & ſpecioſius, ac res ipſa requirit; reſpectu verò Ordinum, magis ſerviliter & demiſsè loqui, quàm autoritas eorum patitur, aut admittit.

Sed hoc aut paraſitaſtris iſtis Legiſtis, Receſſuum concinnatoribus, imputandum eſt: Aut communi ſeculi noſtri vitio, & depravato Germanici idiomatis ſtylo; qui, hujuſcemodi nugamentis, ac inanibus ceremoniis, titulorumque ampullis, ad nauſeam uſque ſcatet.

Nam, ſi verborum tenorem ſequamur, inficiari non poſſumus, ab Imperatoris parte, mera præcepta eſſe, & imperia; ab Ordinum verò, meram obedientiam, & preces: Cum tamen, rei veritate inſpecta, Imperator, abſque Ordinum conſenſu, ne hilum quidem poſſit; & Ordinum, ſi non major, certè, ex omni-

omnium ſententiâ, par, cum Imperatore, in Comitiis, ſit poteſtas.

Nobis Bartolum hîc audire lubet, qui, ſi non quoad verba, quoad mentem tamen eleganter dixiſſe fertur: (*a*) De verbis non curat Jureconſultus.

Sed res ipſa potiùs, quàm verba attendenda.

Nec veritatem rerum indaganti, verba & curialia hæc, ſed ipſa rerum momenta ponderanda ſunt: Alioqui, ſi verborum cortici mordicus inhæreamus, nucleum ipſum, aut corrumpemus, aut planè amittemus.

Plenitudo Poteſtatis, & conſilium, comparabilia quidem ſunt.

Plenitudini Poteſtatis & Procerum conſilio, optimè inter ſe convenire credimus: Si tamen, in Imperio noſtro, nudum tantum Proceribus conſilium eſt, & non major quæpiam autoritas.

Quemadmodum veterum Imperatorum Majeſtati nihil deceſſit, eò, quod Leges omnes, Senatus conſilio fieri juſſæ ſunt: Quippè humanum eſt, ſi quid emerſerit, quod formam generalem, & antiquis Legibus non inſertam, expoſcat, id in Senatu tractari; (*b*) hoc eſt, humanitatis, non neceſſitatis, ut Baldus interpretatur. (*c*)

Sed aliud eſt ultro ac ſponte Senatum adhibere in conſilium: Aliud, ad id faciendum teneri.

Quinimo licet inſuper quis, de re aliquâ conſilium habere, ſeu alios ad deliberationem vocare, jure obligatus ſit; attamen, habito conſilio vel tractatu, à conſulentium mente recedere, ei licet (*d*) Conſilium enim non obligat eum, cui datur, ſed, an id

E 4 expe-

(a) *teſte Ludovv. Vive l. 1. de corrupta diſcipl.* (b) *l. 8 C. de Legibus.* (c) *ad d. l. 8. quam refert Bodin. l. 1. de Republ. cap. 8.* (d) *c. cum olim. de arbitr.*

expediat, necne, cuique apud ſe explorare, liberum eſt. (*a*)

Hinc, qui Legis ferendæ conſilium dat, ipſemet eam tuliſſe, aut conſtituiſſe non videtur: (*b*) Nec iſta Legum & Edictorum probatio, & publicatio, quæ in Curia, vel Senatu fieri ſolet, arguit, Imperii Majeſtatem, in Senatu, vel Curia ineſſe, ſed autoritatis ſpeciem; ſine qua, vel in rebus à Senatu judicandis, vel mortuo Principe, Leges, ab eo latæ, in dubium revocantur. (*c*)

Ordines verò Imperii plus, quam dandi conſilii jus, habent.

Longè ab his diverſa Ordinum Imperii ratio eſt: Illorum enim, non conſilium modò, ſed conſenſus inſuper, & voluntas, imò permiſſio, & acceptatio, in Legum ſanctione requiritur, der Stände ermeſſen vnd bewilligung/ (*d*) raht vnd zuthun/ (*e*) einmütiger zeitiger raht vnd wille / auch zugeben vnd annehmen. (*f*)

Ideoque Imperator diverſum ab eo, quod illis viſum eſt, ſtatuere nequit: Conſilium enim quis non tenetur ſequi, ſed bene conſenſum. (*g*)

Nec Ordines Imperii Senatus tantum vice funguntur, & nudi Conſiliarii ſunt: qui

(a) *lib.* 2. §. *ult. Mandati. lib.* 77. §. 24. *de Legat.* 2. (b) *lib.* 1. § 3. *quando appell. ſit.* (c) *Bodin. lib.* 1. *de Republ. cap.* 8. (d) *Receſſ. Imper. de Anno* 1559. § damit dann hinfüro. (e) *Receſſ. Imperii de Anno* 1570, § weiters nachdem. (f) *Ordinatio Regiminis de Anno* 1500. *in princ. Declaratio Pacis profanæ d. Anno in princ. Ordinatio Regimenti de Anno* 1521. *in princ. Receſſ. Imp. de eod. Anno in princ. Declaratio Pacis profanæ de Anno* 1522. *in princ.* (g) *Petra de poteſt. Princ. c.* 72. *quæſt.* 3. *n.* 24.

qui nullam poteſtatem & imperium in Republica habent, quorumque ſententiam, vel ſequi, vel repudiare, liberum eſt iis, quibus Reſpublica regenda commiſſa eſt: *(a)* Sed Archontum loco ſunt; qui ipſimet de poteſtate participant, & clavum Reipublicæ unà cum Imperatore, tenent.

Quare nil, iſtis invitis, decernere Imperator poteſt: Imò, ſi quid è re communi viſum ſit, Ordines, invito Imperatore, decernendi facultatem habent.

Unde ſequitur, quod, in Legibus ferendis, Plenitudo Poteſtatis Imperatori verbis potius & de facto tribuatur, quam ut re ipſa, ac de jure competat.

Nam neceſſarius iſte aliorum, in ferenda Lege, conſenſus, Plenitudinem Poteſtatis, & Majeſtatem planè infringit: *(b)* Qui, ſi Superiorum ſit, eum, qui Legem fert, alterius eſſe ſubditum; ſi æqualium, Imperii ſocios habere; ſin inferiorum, ſeu Senatus, ſeu Populi, ſummo Imperio vacare, arguit. *(c)* *Neceſſarius aliorum conſenſus Plenitudini Poteſtatis adverſatur.*

Quemadmodum ex eo, quod Sigiſmundus Poloniæ Rex, Anno 1548. ſibi imponi paſſus eſt Legem, ſe nunquam commiſſurum, ut non, communicato cum Senatoribus conſilio, ulla de re quicquam ſtatuat; *(d)* in hac ipſa quæſtione, contra Regem, ſecundum Poloniæ Regnum pronunciamus.

Porrò, Imperatorem potiores in Legum

(a) *Paurmeiſt. lib. 1. de juriſd. cap. 3. num.* 10.
(b) *Idem lib. 2. cap. 2. num. 62. edit. poſter.*
(c) *Bodin. lib. 1. de Republ. cap.* 10. (d) *Statuta Regni Poloniæ à Ioh. Herberto de Fulſtin. edita tit. Senatorum ordo.*

In Legum latione Imperator non obtinet potiores partes. conſtitutione obtinere partes, id eſt quod penitus negamus.

Nec enim convocatio Ordinum hoc importat: Etſi vel maximè; eâ tamen, non in ſolius Imperatoris, ſed omnium ſimul Electorum, poteſtate eſt.

Convocatio nihil huc facit · Nec propoſitio huc quicquam facit: Niſi eodem modo dicere velis, in Lege, aut plebiſcito, conſtituendis, inſigniorem fuiſſe

Nec propoſitio: Conſulis, Tribunive, quàm ipſius Populi aut Plebis, olim autoritatem; quia illis interrogantibus, ac, ſi quid è re publicâ futurum exiſtimârent, proponentibus, Leges & Plebiſcita, à Populo ac Plebe conſtituebantur. (*a*)

Non enim ad propoſitionem, ſed ad concluſionem ſpectandum eſt, Monarchiæ ſi certum velimus metiri pondus. (*b*)

Quæ tamen ipſa parùm quoque attenditur. Imò, propoſitio iſta Imperatoris quàm parum attendatur, ex eo conſtat: Quod Ordinibus Imperii à propoſitionis ordine recedere licet, ſi perſpiciant, cauſſam graviorem, & ad Imperii ſalutem magis ſpectantem, alteri in propoſitione fuiſſe poſtpoſitam. (*c*)

In quo puncto, Ferdinandus defunctus, nondum Imperator, ſed Imperatoris Commiſſarius, jam tum, Anno 1608. novi aliquid juris quæſiit, & prætendit, Es ſey von alters jederzeit herkommen/ gebräuchlich/ vnd billig/ daß in berahtſchlagung der Reichs-Tags propoſitionen, die Articul / in der ordnung / wie ſie von Jhrer Keyſerlichen Mayt. beſtimt vnd

(a) §. 4. *Inſt. de jure natur. gent. & civ.* (b) *Limnæus lib. 1. de jure publ. cap. 10. n. 43.* (c) *Receſſus Imper. de Anno 1555.* § ſo iſt durch die Stände. *Limnæus lib. 9. de jure publ. c. 1. n. 153.*

vnd geſetzt ſeyn / tractirt vnd gehandelt werden. (*a*)

Sed quorundam Electorum & Ordinum Legati contradixerunt, Weil ſonderlich die Haubt resolution, von Ihrer Fürſtlichen Durchleuchtigkeit in modo procedendi dahin gerichtet / daß den Ständen die Libertet benommen / bey vorfallenden Reichs-Verſamlungen/ die proponirte Puncten nach geſtalten dingen / vnd befundener nohtdurft / nicht eben in der ordnung / wie ſie geſetzet / vorzunehmen: Dahero / ein Theil der Chur-Fürſten Rähte / eine nohtdurfft befunden/ ꝛc. Vnterthänigſt zubitten/ daß Ihre Genädigſte Herren / über herkommen / ſonderlich in angeregtem modo procedendi, nicht ſo verbindlich möchten aſtringiret, noch gefähret werden. (*b*)

Et, illa quidem vice, ordinem propoſitionis ſervatum iri, communiter concluſum fuit: Addita tamen proteſtatione, & reſervata Ordinibus, propoſitionis ordinem, alio tempore mutandi, facultate, Iſt verglichen / die ordnung der propoſition zuhalten / in hoffnung / Keyſerliche Mayt. werde daſſelbe nicht ſo hoch erſündlich anziehen vnd aufnehmen / daß ſie hernächſt / zu andern vorfallenden gelegenheiten / ſonderliches bedencken tragen ſolten/wann es des heiligen Reiches vnvermeidliche Nohtwendigkeit/ alſo erfordern thäte/in der Stände gutachten ſo viel Allergenädigſt zugehelen / daß / bey dergleichen allgemeinen Reichs-Verſamlung / etwan ein Punct dem

(a) Neben *propoſition* zu Regenſpurg *de Anno* 1608. 21. *Ian.* (b) *Protocollum Comitiorum de Anno* 1608. *die* 5. *Februar. qui fuit dies.*

dem andern vorgezogen würde. Wie dann ſonderlich obbenanter ein Theil/ im künfftigen Reichs Abſchiede zugedencken vor nöhtig erachtet/ daß dieſer modus procedendi dismal/ als obgemeldet/ vnd nicht ex neceſſitate fürgenommen/ ſondern den Ständen/ zu andern begebenen gelegenheiten/ ſich des modi haben mit Ihrer Mayt. zuvergleichen/ vorbehalten ſeyn ſolle. *(a)*

Confirmatio Ordinum, non Imperatoris, eſt. Confirmationem quod attinet, licet ea in Receſſibus Imperii Imperatori verbis tribui videatur, re tamen ipsâ Ordinum eſt: Vt patet ex requiſitis Conſtitutionis publicæ, quæ Franciſcus Burchardus, Cancellarius Colonienſis, Ferdinandi I. declarationem oppugnans, ordine enumerat. *(b)*

Inter quæ, confirmationis à parte Ordinum, expreſſa, à parte verò Imperatoris, nulla fit mentio: Requiritur enim, ut Decreta Imperii, antequam publicantur, Ordinibus prælegantur, & ab iiſdem approbentur.

Sed poſito, quod confirmatio hæc Imperatoris ſit, illa tamen id, quod Reinkingius intendit, haud operatur.

Nam, quod confirmans, eam autoritatem circa confirmatum nanciſcatur, ut confirmatum ſuum dicat, *(c)* etiam Jure civili, quicquid Interpretes quidam ac Gloſſæ dicant, perſpicuè falſum eſt.

Confirmans confirmatum ſuum non facit. Mandatam ab homine Juriſdictionem Lex quidem confirmat; ſed tamen potior hominis mandantis, quam Legis confirmantis reſpectus habetur: Exſpirat enim mandata

(a) *d. Protocoll.* (b) *parte 3. auton. cap. 37. & ex eo Paurmeiſt. lib. 2. de juriſd. cap. 2. n. 52. edit. poſter.* (c) *ut tradit Reink. lib. 1. cl. 2. cap. 2. n. 124.*

data juriſdictio, nondum exerceri cœpta, morte hominis mandantis; non attento eo, quod Lex confirmans, in priſtino vigore ſuo duret. *(a)*

Prætorem, vel Conſulem, tutorem teſtamento datum, Lex XII. Tabularum confirmat: *(b)* Et tamen teſtamentarius is, non dativus tutor eſt.

Similiter, teſtamento minùs legitimè tutor datus, & à Prætore confirmatus, perinde habetur, ac ſi ex teſtamento datus eſſet: Hoc eſt, ut ſatisdatio ei remittatur. *(c)*

Hæreditates teſtamentariæ Lege XII. Tabularum confirmantur; quare, Lege obvenire hæreditates, non impropriè quis dixerit, eas, quæ ex teſtamentis deferuntur: *(d)* Potior in illis nihilominus eſt cauſſa teſtatoris, quam Legis; unde ſucceſſio, ſeu hæreditas hæc teſtamentaria, & altera iſta legitima, ab invicem ſeparantur. *(e)*

Nam, qui confirmat, dat quidem; ſed non principaliter. *(f)*

Et multò magis locum id habet, quando confirmatio, non ex mera confirmantis voluntate, ſed ex neceſſitate proficiſcitur: *(g)* In quibus terminis etiam hic verſamur. *Præſertim ſi confirmatio ex neceſſitate fiat, ut hic.*

Nam, quemadmodum Imperator, ſi poſtulatis ejus Ordines, certis de cauſſis, aſſentiri nolint, non habet, quod eos inobedientiæ accuſet; ita; ſi iidem Ordines, antiquas Leges

(a) *l. 6. de juriſ.* (b) *lib. 20. §. 1. de teſtam. tut.* (c) *lib. 3. de confirm. tut.* (d) *l. 130. de Verb. ſign.* (e) *lib. 70. de acquir. vel omitt. hæred.* (f) *Gothofr. ad d. lib. 6. de juriſd.* (g) *Hillig. ad Donell. lib. 3. comment. cap. 5. lit. D.*

rum reddere teneatur, adeò ut, non coërceri tantum, ſed & planè exauctorari poſſit, & denique Judicio Imperii Palatino præſidente, ſit obnoxius; tam quad vim coactivam, quàm directivam, tam de neceſſitate, quàm honeſtate, Legibus eſſe ſubjectum, adeo, ut verè Legibus ſolutus dici, nullo modo poſſit.

Caput VI.

De Legum ferendarum poteſtate.

Sectio I.

Legum ferendarum poteſtas Majeſtatis propria.

ALterum, præcipuum & eſſentiale, Majeſtatis proprium eſt, Subditis Leges ferre univerſales, & latas iterum abrogare.

Non enim æquum modo eſt, ſed etiam neceſſarium, Leges in Principis arbitrio perinde eſſe, ut in poteſtate gubernatoris, navis gubernacula; quæ eſſent inutilia, niſi, ad omnem cœli faciem, & opportunitatem, moveri ac converti poſſent, quomodò Sextus Cæcilius rectiſſimè dicere ſolebat: Ne ipſa navis cum gubernatore prius naufragium patiatur, quam vectores conſuli poſſint. (a)

Hinc apud Gallos, in fine Legum omnium ac edictorum, ſubjecta eſt clauſula, *Quia ſic nobis placuit:* Vt ab omnibus intelligatur, Leges, tametſi juſtas, ab unius Regis voluntate pendere. (*b*)

Ea antiquorum Imperatorum fuit.

Id ipſum Romanorum etiam Imperatorum Majeſtas olim ſibi vindicavit: Nam conſtituto Principe, datum eſt ei jus, ut, quod con-

(a) *Bodin. lib.* 1. *de Republ. c.* 8. (b) *Bodin. d. loco.*

conſtituiſſet, ratum eſſet, (*a*) & quod Principi placuit, Legis habuit vigorem; (*b*) imo, ſoli Imperatori, Leges condere, eo tempore conceſſum fuit. (*c*)

Quam poteſtatem, condendi Legem generalem, ut & reliqua ſua reſervata, Imperatorem, nequidem, ſi voluerit, transferre in alium potuiſſe, ſcribunt. (*d*)

Hodie non Imperatoris, ſed Imperii eſt.

Hæc vero omnia in hodiernum Imperatorem non magis quadrant, quàm ſi exiguo pedi ingentes aptes cothurnos. Is enim, nec, ſine Procerum conſenſu, ullas Leges ferre, nec ullas, niſi contraria eorum, quorum autoritate latæ ſunt, mutare, aut abrogare potis eſt.

Quare Imperii, & non Imperatoris Receſſus dicuntur, Reichs-Abſchiede / & gemeiner Reichs-Beſchlus/ aut Receſſus Imperatoris ac Imperii, Unſer und gemeiner Stände Abſchied/(*e* Unſer und des heiligen Reichs conſtitutionen und Ordnungen. (*f*)

Nec ipſemet defunctus Ferdinandus, quamquam de facto contrarium auſus, tam effrons fuit, ut verbis id negaret.

Ita enim Legatis Circuli Franconici Anno 1629. 28. Auguſti reſpondit. Es erinnern ſich Ihre Keyſerl. Mayt. daß in dem einigen ſachen/da man newe Geſetz vñ Conſtitutiones

 auff=

(a) *l. 2. §. 11. de orig juris.* (b) *l. 1. pr. de conſtit. Princ §. 6. Inſt. de jure natur. gent. & civ.* (c) *l. ult. § 1. C. de Legibus.* (d) *Lancellot. in templo omn. Iud. lib. 2. cap. 1. §. 4. vers. Legem generalem condit, quem refert ac ſequitur Ioach. Cluten in ſyllog. rer. quotid. 21. lit. q.* (e) *Receſſ Imperii de An. 1564.* §. haben ſie *in fine.* (f) *Receſſ. imper. de Anno 1567.* §. aber doch da ſie.

auffrichten wolle / dem im Reich herkommen nach / ſolches auff gemeinen Reichs-Verſamlungen conſtituiret werden ſolle. (*a*)

Quare cum Elector Saxoniæ, literis de dato 28. April. Anno 1629. ad Cæſarem datis, multis rationibus oſtenderet; Religionis negotium, ab exorti diſſidii primordio, in Comitiis Imperii publicis tractari ſolitum, ac proinde totam, ferventem eo tempore, Edicti cauſſam, illuc eſſe rejiciendam: Juſſu Imperatoris reſponderunt Conſiliarii aulici, Neue Geſätz könne Ihre Mayt. nicht machen / ohne conſens der ſämtlichen Reichs-Stände / man verſire aber dißmahl nicht in terminis Legis ferendæ, ſondern Juſtitiæ adminiſtrandæ. (*b*)

Hinc, ſi quod placitum ſanctionis publicæ vim & effectum habere debet, inter alia requiritur, ut 1. deliberatio non in Aula Principis, ſed in Conſilio Imperii, inſtituatur, &c. quæ aguntur, ad acta ac Protocolla Imperii referantur.

2. Decretum, non in Cæſarea vel Regia, ſed Moguntinenſi, tanquam Sacri Imperii Romani Archi-Cancellaria concipiatur.

3. Non ſolius Cæſaris, ſed junctim, Cæſaris & Ordinum nomine.

4. A Cancellaria Moguntina in mundum redigatur, & à Statibus præſentibus, abſentiumve Legatis ſubſcribatur.

Porro 5. non à Cæſare modo, ſed certis Ordinibus, omnium Ordinum nomine ſignetur. (*c*)

Cum

(a) *Thomas Manlius in Epiſtolâ Iconiſmo Aquilæ Romanæ annexa.* (b) *Ibid.* (c) *Burchardus parte 3. auton. c. 37. & ex eo Paurmeiſt, lib. 2. de juriſd. c. 2. n. 52. edit. poſter.*

Cum ergo Leges univerſales, non, niſi in Comitiis, condi, & rurſus abrogari poſſint: Ex iis, quæ de jure Comitiorum paullo antè diſſeruimus, cuinam Legum ferendarum poteſtas adſcribenda ſit, in propatulo eſt.

SECTIO II.

Reinkingii objectiones.

SEd hic iterum inter cæteros Reinkingk (*a*) omnem movet lapidem, ut oſtendat: Procerum conſenſum tanti non eſſe, qui Majeſtatem Imperatoris abſorbere poſſit.

Nam I. Conſilium Procerum, & Plenitudo Poteſtatis Imperatoriæ, ut comparabilia, ponuntur. (*b*) **Auß Vnſer Keyſerlichen Macht / Vollkommenheit / vnd mit gemelten Vnſerer gehorſamen Chur-Fürſten / ꝛc. gemeinem zeitigen raht vnd willen.**

II. Proceres ſuffragia ſua, cum conteſtatione ſubjectiſſimæ obſervantiæ, interponunt: **Stände haben Vns zu freundlichem vnterthänigen gefallen bewilliget / (*c*) Haben Vns / zu aller vnterthänigſten gehorſam / verglichen / entſchloſſen / ꝛc. (*d*) Haben / in Vnterthänigſter gehorſam / Vns gebeten / vnd höchſtes fleiſſes erſuchet / (*e*) haben ſich Vns / zu aller Vnterthänigſtem gehorſam / eingelaſſen. (*f*)**

III. Imperator, in Legibus ferendis, potio-

(a) *lib. 1. cl. 2. cap. 2. n. 109. & ſeq.* (b) *Receſſ. Imperii de Anno* 1530. §. **Vnd meinen.** (c) *Receſſ. Imperii de Anno* 1521. §. **Vnd dieweil wir.** *Receſſ. Imperii de Anno* 1524. §. **vnd erſtlich.** (d) *Receſſ. Imper. de Anno* 1567. §. **haben ſie.** (e) *d. Receſſ.* §. **darauff auch von wegen.** (f) *Receſſ. Imper. de Anno* 1566. §. **wiewol dann ferner.**

tiores obtinet partes: Ideoque illi, Legum ferendarum poteſtas, meritò ſoli aſcribitur.

Ipſius enim eſt, Comitia habere, ac convocare Ordines: Ipſius eſt, deliberationis capita proponere: Ipſe Procerum placita confirmat: Et denique, ipſius nomine Leges promulgantur; quæ promulgatio præcipuum robur, & autoritatem iis conciliat.

Noſtra ad illas reſponſiones

Et hæc eorum ſumma eſt, quæ Reinkingius, pro Imperatore in medium profert, Nec juncta inter ſe, tanti tamen ſunt, ut à ſententia noſtra, quæ firmo Comitiorum fundamento nititur, nos dimoveant.

Receſſus Imperii ſæpe haud accuratè loquuntur.

Id quidem lubentiſſimè fatemur: Receſſus Imperii interdum minus accuratè; imprimis autem, ubi de Plenitudine Poteſtatis, Imperatoris Majeſtate & dignitate agitur, quoad ipſum imperatorem, longè magnificentius, & ſpecioſius, ac res ipſa requirit; reſpectu verò Ordinum, magis ſerviliter & demiſsè loqui, quàm autoritas eorum patitur, aut admittit.

Sed hoc aut paraſitaſtris iſtis Legiſtis, Receſſuum concinnatoribus, imputandum eſt: Aut communi ſeculi noſtri vitio, & depravato Germanici idiomatis ſtylo; qui, hujuſcemodi nugamentis, ac inanibus ceremoniis, titulorumque ampullis, ad nauſeam uſque ſcatet.

Nam, ſi verborum tenorem ſequamur, inficiari non poſſumus, ab Imperatoris parte, mera præcepta eſſe, & imperia; ab Ordinum verò, meram obedientiam, & preces: Cum tamen, rei veritate inſpecta, Imperator, abſque Ordinum conſenſu, ne hilum quidem poſſit; & Ordinum, ſi non major, certè, ex omni-

omnium ſententiâ, par, cum Imperatore, in Comitiis, ſit poteſtas.

Nobis Bartolum hîc audire lubet, qui, ſi non quoad verba, quoad mentem tamen eleganter dixiſſe fertur: (*a*) De verbis non curat Jureconſultus.

Sed res ipſa potius, quàm verba attendenda.

Nec veritatem rerum indaganti, verba & curialia hæc, ſed ipſa rerum momenta ponderanda ſunt: Alioqui, ſi verborum cortici mordicus inhæreamus, nucleum ipſum, aut corrumpemus, aut planè amittemus.

Plenitudo Poteſtatis, & conſilium, comparabilia quidem ſunt.

Plenitudini Poteſtatis & Procerum conſilio, optimè inter ſe convenire credimus: Si tamen, in Imperio noſtro, nudum tantum Proceribus conſilium eſt, & non major quæpiam autoritas.

Quemadmodum veterum Imperatorum Majeſtati nihil deceſſit, eò, quod Leges omnes, Senatus conſilio fieri juſſæ ſunt: Quippè humanum eſt, ſi quid emerſerit, quod formam generalem, & antiquis Legibus non inſertam, expoſcat, id in Senatu tractari; (*b*) hoc eſt, humanitatis, non neceſſitatis, ut Baldus interpretatur. (*c*)

Sed aliud eſt ultro ac ſponte Senatum adhibere in conſilium: Aliud, ad id faciendum teneri.

Quinimo licet inſuper quis, de re aliquâ conſilium habere, ſeu alios ad deliberationem vocare, jure obligatus ſit; attamen, habito conſilio vel tractatu, à conſulentium mente recedere, ei licet (*d*) Conſilium enim non obligat eum, cui datur, ſed, an id

E 4 expe-

(a) *teſte Ludovv. Vive l. 1. de corrupta diſcipl.* (b) *l. 8 C. de Legibus.* (c) *ad d. l. 8. quam refert Bodin. l. 1. de Republ. cap. 8.* (d) *c. cum olim. de arbitr.*

expediat, necne, cuique apud ſe explorare, liberum eſt. (*a*)

Hinc, qui Legis ferendæ conſilium dat, ipſemet eam tuliſſe, aut conſtituiſſe non videtur: (*b*) Nec iſta Legum & Edictorum probatio, & publicatio, quæ in Curia, vel Senatu fieri ſolet, arguit, Imperii Majeſtatem, in Senatu, vel Curia ineſſe, ſed autoritatis ſpeciem; ſine qua, vel in rebus à Senatu judicandis, vel mortuo Principe, Leges, ab eo latæ, in dubium revocantur. (*c*)

Ordines verò Imperii plus, quam dandi conſilii jus, habent.

Longè ab his diverſa Ordinum Imperii ratio eſt: Illorum enim, non conſilium modò, ſed conſenſus inſuper, & voluntas, imò permiſſio, & acceptatio, in Legum ſanctione requiritur, **der Stände ermeſſen und bewilligung/** (*d*) **raht und zuthun/** (*e*) **einmütiger zeitiger raht und wille / auch zugeben und annehmen.** (*f*)

Ideoque Imperator diverſum ab eo, quod illis viſum eſt, ſtatuere nequit: Conſilium enim quis non tenetur ſequi, ſed bene conſenſum. (*g*)

Nec Ordines Imperii Senatus tantum vice funguntur, & nudi Conſiliarii ſunt: qui

(a) *lib.* 2. §. *ult. Mandati. lib.* 77. § 24. *de Legat.* 2. (b) *lib.* 1. § 3. *quando appell. ſit.* (c) *Bodin. lib.* 1. *de Republ. cap.* 8. (d) *Receſſ. Imper. de Anno* 1559. § **damit dann hinfüro.** (e) *Receſſ. Imperii de Anno* 1570, § **weiters nachdem.** (f) *Ordinatio Regiments de Anno* 1500. *in princ. Declaratio Pacis profanæ d. Anno in princ. Ordinatio Regimenti de Anno* 1521. *in princ. Receſſ. Imp. de eod. Anno in princ. Declaratio Pacis profanæ de Anno* 1522. *in princ.* (g) *Petra de poteſt. Princ. c.* 72. *quaſt.* 3. *n.* 24.

qui nullam poteſtatem & imperium in Republica habent, quorumque ſententiam, vel ſequi, vel repudiare, liberum eſt iis, quibus Reſpublica regenda commiſſa eſt: *(a)* Sed Archontum loco ſunt; qui ipſimet de poteſtate participiant, & clavum Reipublicæ unà cum Imperatore, tenent.

Quare nil, iſtis invitis, decernere Imperator poteſt: Imò, ſi quid è re communi viſum ſit, Ordines, invito Imperatore, decernendi facultatem habent.

Unde ſequitur, quod, in Legibus ferendis, Plenitudo Poteſtatis Imperatori verbis potius & de facto tribuatur, quam ut re ipſa, ac de jure competat.

Neceſſarius aliorum conſenſus Plenitudini Poteſtatis adverſatur.

Nam neceſſarius iſte aliorum, in ferenda Lege, conſenſus, Plenitudinem Poteſtatis, & Majeſtatem planè infringit: *(b)* Qui, ſi Superiorum ſit, cum, qui Legem fert, alterius eſſe ſubditum; ſi æqualium, Imperii ſocios habere; ſin inferiorum, ſeu Senatus, ſeu Populi, ſummo Imperio vacare, arguit. *(c)*

Quemadmodum ex eo, quod Sigiſmundus Poloniæ Rex, Anno 1548. ſibi imponi paſſus eſt Legem, ſe nunquam commiſſurum, ut non, communicato cum Senatoribus conſilio, ulla de re quicquam ſtatuat; *(d)* in hac ipſa quæſtione, contra Regem, ſecundum Poloniæ Regnum pronunciamus.

Porrò, Imperatorem potiores in Legum con-

(a) *Paurmeiſt. lib. 1. de juriſd. cap. 3. num.* 10.
(b) *Idem lib. 2. cap. 2. num. 62. edit. poſter.*
(c) *Bodin. lib. 1. de Republ. cap.* 10. (d) *Statuta Regni Poloniæ à Ioh. Herberto de Fulſtin editatit. Senatorum ordo.*

In Legum latione Imperator non obtinet potiores partes. conſtitutione obtinere partes, id eſt quod penitus negamus.

Convocatio nihil huc facit Nec enim convocatio Ordinum hoc importat: Etſi vel maximè; eâ tamen, non in ſolius Imperatoris, ſed omnium ſimul Electorum, poteſtate eſt.

Nec propoſitio: Nec propoſitio huc quicquam facit: Niſi eodem modo dicere velis, in Lege, aut plebiſcito, conſtituendis, inſigniorem fuiſſe Conſulis, Tribunive, quàm ipſius Populi aut Plebis, olim autoritatem; quia illis interrogantibus, ac, ſi quid è re publicâ futurum exiſtimarent, proponentibus, Leges & Plebiſcita, à Populo ac Plebe conſtituebantur. (*a*)

Non enim ad propoſitionem, ſed ad concluſionem ſpectandum eſt, Monarchiæ ſi certum velimus metiri pondus. (*b*)

Quæ tamen ipſa parùm quoque attenditur. Imò, propoſitio iſta Imperatoris quàm parum attendatur, ex eo conſtat: Quod Ordinibus Imperii à propoſitionis ordine recedere licet, ſi perſpiciant, cauſſam graviorem, & ad Imperii ſalutem magis ſpectantem, alteri in propoſitione fuiſſe poſtpoſitam. (*c*)

In quo puncto, Ferdinandus defunctus, nondum Imperator, ſed Imperatoris Commiſſarius, jam tum, Anno 1608. novi aliquid juris quæſiit, & prætendit, Es ſey von alters jederzeit herkommen/ gebräuchlich/ vnd billig/ daß in berahtſchlagung der Reichs-Tags propoſitionen, die Articul / in der ordnung / wie ſie von Ihrer Keyſerlichen Mayt. beſtimt vnd

(a) §. 4. *Inſt. de jure natur. gent. & civ.* (b) *Limnæus lib. 1. de jure publ. cap. 10. n. 43.* (c) *Receſſus Imper. de Anno 1555.* § ſo iſt durch die Stände. *Limnæus lib. 9. de jure publ. c. 1. n. 153.*

vnd geſetzt ſeyn / tractirt vnd gehandelt werden. (a)

Sed quorundam Electorum & Ordinum Legati contradixerunt, Weil ſonderlich die Haubt reſolution, von Jhrer Fürſtlichen Durchleuchtigkeit in modo procedendi dahin gerichtet / daß den Ständen die Libertet benommen / bey vorfallenden Reichs-Verſamlungen/ die proponirte Puncten nach geſtalten dingen / vnd befundener nohtdurfft / nicht eben in der ordnung / wie ſie geſetzet / vorzunehmen: Dahero / ein Theil der Chur-Fürſten Rähte / eine nohtdurfft befunden/ ꝛc. Vnterthänigſt zubitten/ daß Jhre Genädigſte Herren / über herkommen / ſonderlich in angeregtem modo procedendi, nicht ſo verbindlich möchten aſtringiret, noch gefähret werden. (b)

Et, illa quidem vice, ordinem propoſitionis ſervatum iri, communiter concluſum fuit: Addita tamen proteſtatione, & reſervata Ordinibus, propoſitionis ordinem, alio tempore mutandi, facultate, Iſt verglichen / die ordnung der propoſition zuhalten / in hoffnung / Keyſerliche Mayt. werde daſſelbe nicht ſo hoch erfindlich anziehen vnd aufnehmen / daß ſie hernächſt / zu andern vorfallenden gelegenheiten / ſonderliches bedencken tragen ſolten/wann es des heiligen Reiches vnvermeidliche Nohtwendigkeit/ alſo erfordern thäte/in der Stände gutachten ſo viel Allergenädigſt zugehelen / daß / bey dergleichen allgemeinen Reichs-Verſamlung / etwan ein Punct

(a) Neben *propoſition* zu Regenſpurg *de Anno* 1608. 21. *Ian.* (b) *Protocollum Comitiorum de Anno* 1608. *die* 5. *Februar. qui fuit dies.*

data juriſdictio, nondum exerceri cœpta, morte hominis mandantis; non attento eo, quod Lex confirmans, in priſtino vigore ſuo duret. (*a*)

Prætorem, vel Conſulem, tutorem teſtamento datum, Lex XII. Tabularum confirmat: (*b*) Et tamen teſtamentarius is, non dativus tutor eſt.

Similiter, teſtamento minùs legitimè tutor datus, & à Prætore confirmatus, perinde habetur, ac ſi ex teſtamento datus eſſet: Hoc eſt, ut ſatisdatio ei remittatur; (*c*)

Hæreditates teſtamentariæ Lege XII. Tabularum confirmantur; quare, Lege obvenire hæreditates, non impropriè quis dixerit, eas, quæ ex teſtamentis deferuntur: (*d*) Potior in illis nihilominus eſt cauſſa teſtatoris, quam Legis; unde ſucceſſio, ſeu hæreditas hæc teſtamentaria, & altera iſta legitima, ab invicem ſeparantur. (*e*)

Nam, qui confirmat, dat quidem; ſed non principaliter. (*f*)

Et multò magis locum id habet, quando confirmatio, non ex mera confirmantis voluntate, ſed ex neceſſitate proficiſcitur: (*g*) In quibus terminis etiam hic verſamur.

Præſertim ſi confirmatio ex neceſſitate fiat, ut hic.

Nam, quemadmodum Imperator, ſi poſtulatis ejus Ordines, certis de cauſſis, aſſentiri nolint, non habet, quod eos inobedientiæ accuſet; ita, ſi iidem Ordines, antiquas Leges

(a) *l. 6. de juriſ.* (b) *lib. 20. §. 1. de teſtam. tut.* (c) *lib. 3. de confirm. tut.* (d) *l. 130. de Verb. ſign.* (e) *lib. 70. de acquir. vel omitt. hæred.* (f) *Gothofr. ad d. lib. 6. de juriſd.* (g) *Hillig. ad Donell. lib. 3. comment. cap. 5. lit. D.*

Leges, aut in totum abrogare; aut ex parte mutare, & alias novas ferre, è re Imperii eſſe putent, in eoque unanimiter conſentiant, ac conſtanter perſeverent; Imperatorem illis reluctari non poſſe, ſed conſenſum ſuum neceſſario præbere oportere; aut Ordinibus, non obſtante ejus diſſenſu, concludendi ac decernendi eſſe facultatem, intrepidè aſſeveramus.

Ita namque Anno 1524. accidit, ut ſupra quoque attigimus; quo Decretum Wormatienſe, invito, & per Legatum ſuum contrà proteſtante Cæſare, alio Decreto ſublatum eſt: (*a*) Quod Decretum poſterius in tantum valuit, ut etiam ſigillo ſuo id approbare Cæſar, invitus teneretur. (*b*)

De Imperatore ergo Germaniæ idem dicere licet, quod, de Rege Poloniæ, Staniſlaus Orichovius ſcripſit: (*c*) Rex Poloniæ nihil aliud eſt, quam OS quoddam Regni veſtri, vobiſcum conjunctum, libero ac legitimo veſtro ſuffragio; ut is prorſus nihil agat, nihil moliatur, ac ne loquatur quidem, niſi id, quod ex intimo ſenſu veſtro publicè ſit profectum.

Promulgatio aliquando Ordinum quoque nomine fit.

Quod, ultimo, ſolius Imperatoris nomine, Leges promulgentur, id certè perpetuum non eſt: Nam ſæpius etiam in promulgatione, Ordines, cum eo, pari paſſu procedunt. Vnde iſta in Receſſibus Imperii verba, **Haben / mit ſamt Unſern / und des heiligen Reichs Chur-Fürſten/Fürſten und Ständen/ und gemeiner Verſamlung / geſetzet / und ge-**

(a) *Sleidan. lib.* 4. *hiſtor.* (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1524. §. **darauff ſo gereden.** (c) *in orat. ad Proceres de Legibus Poloniæ, quem refert Vent. de Valent. in part. litig. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 17.

geordnet/ (*a*) Haben / hierauff gegenwertigem Reichs-Tag verſamlet / fürgenommen/ vnd beſchloſſen / (*b*) Haben / ſamt Chur-Fürſten / Fürſten / vnd Ständen / zu einer reformation,&c. im heiligen Reich folgende Ordnung auffgerichtet.(*c*)Idemque ex noviſſimâ Cameræ ordinatione clareſcit, welche mit Raht/ zuthun / vnd vergleich/ der Chur-Fürſten/ Fürſten vnd der Stände/ durch eine ſondere Conſtitution,in das heilige Reich publiciret worden. (*d*)

Et notabile eſt, quod etiam nomina Electorum ac Principum, unà cum Imperatoris titulo, Receſſui aliquando præfixa legantur. (*e*) Wir Maximilian / von GOttes Gnaden / Römiſcher König/ ꝛc. vnd Wir/ von derſelben Gnaden/Berchtold zu Maintz/ Herman zu Cölln / Johan zu Trier / Ertz-Biſchöffe/ ꝛc.

Sed, utut concedamus, Leges promulgari, ſolius Imperatoris nomine, ne id quidem adeò magni erit ponderis. *Nec ipſa tamen multum operatur.*

Nam, apud Venetos quoque totius Conſilii Decreta, & leges, tum etiam publicæ literæ, ſub nomine & autoritate Ducis, prodeunt: (*f*) Nec ideò is, in condendis Legibus, aut adminiſtrandâ Repu'bl & decernendis his, quæ publicè uti'ia viſa ſunt, potiores obtinere partes, à quoquam, qui ſanæ mentis fuerit, dicetur.

Olim

(a) *Ordinatio & Conſtitutio ſuper vino de Anno* 1497. *in princ.* (b) *Ordinatio Regimenti de Anno* 1500. *in princ.* (c) *Reformatio politiæ de Anno* 1530. *in princ.* (d) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1555. *in proœm.* (e) *Conſtitutio* vom gemeinen Pfennig. *de Anno* 1495. *in princ.* (f) *Contar. lib.* 1. *de Repub. Venetâ. Arniſ. lib.* 2. *de Republ. c.* 6. *n.* 92.

Olim quoque in Galliâ, ante Legem Caroli V. Regis, Leges, Edicta, ac Reſcripta, juſſa denique omnia, nomine, manu, ac ſigillo Regentûm Regni ſanciebantur: (*a*) Nec tamen Regentum ideò, in ferendis Legibus, major & magis eminens, quam ipſius Regis, fuit poteſtas.

SECTIO III.

EX dictis nos concludimus, Imperatorem noſtrum hodiernum, nec Legibus ſolutum, nec Legum autorem rectè dici. Ad Ordines autem univerſos junctim in Comitiis, velut unum corpus, conſideratos (à quo tamen corpore, Imperatorem, ſi aliquis exſiſtat, non excludimus) utrumque hoc Majeſtatis requiſitum optimè applicari poteſt: Quapropter illis Majeſtas Imperii potius, quam ſoli Imperatori tribuenda eſt.

Imperium verè Legibus ſolutum, & ſupra Leges eſt

Nulli enim dubitamus, quin Ordines univerſi; in Comitiis congregati, omnibus Legibus ſoluti, & ſupra omnes leges, etiam illas, quas fundamentales vocant, ſint; easque, velut conſtituerunt, ita, ſi è re Imperii videatur, abrogare, aut mutare, aliaſque novas introducere poſſint.

etiam fundamentales.

Et, quemadmodum apud Athenienſes, poſt Codri Regis mortem, in Rempublic. mutatum fuit Regnum, adminiſtratioque Reipublicæ annuis Magiſtratibus permiſſa, (*b*) Qualia in Poloniâ quoque, mortuo Stephano Batorio, agitata conſilia ſunt.: Repetendi, nimirum, antiquis ſeculis uſitatum morem, ut regia autoritas omnibus, vel nonnullis ipſorum Senatoribus, aut

Ordines in Comitiis etiam Statum Imperii mutare poſſunt.

(a) *Bodin. lib.* 2. *de Republ. c.* 8. (b) *Iuſtinus lib.* 2. *hiſtor.*

aut Palatinis; amoto Regis nomine, pleriſque exoſo. (*a*)

Ita, in noſtro quoque Imperio, ſi Ordines utilius exiſtimaverint, Rempubl. non monarchicè amplius, ſed ariſtocraticè gubernari, per certum quoddam Regimentum, nullo jure tenebuntur, aut cogentur, impoſterum habere Imperatorem.

Nam licet Electores, mortuo Imperatore, ad eligendum, intra certum tempus, alium fidei ſuæ virtute, qua ſacrum proſequi tenentur Imperium, obſtricti ſint: (*b*) Id tamen (ut omne aliud juramentum) intelligendum eſt, rebus in eodem ſtatu permanentibus; cauſa verò de novo ſuperveniente, à jurejurando, ſine crimine perjurii, recedere licet. (*c*)

Si itaque Ordinibus Imperii, diverſum ab eo, quod in Aurea Bulla cautum eſt, placuerit; Electores non ulterius, ad eligendum Imperatorem, obligabuntur: Quin nec eligere poterunt.

Ex quo porro deducimus; quod Imperium, ſiquidem communi conſenſu ita videatur, Electores, ob rem malè geſtam, vel reformare, & alios eis adjungere, vel eam, quam habent, eligendi Imperatoris poteſtatem, in totum adimere, & ad omnes Ordines revocare poſſit: non attentâ illâ, quam velut idolum quoddam ac vitulum Aaronis, plerique Scriptorum hucuſque adorârunt, Aureâ Bullâ. *& Electores, non attentâ Aureâ Bullâ.*

Hæc enim, non ſecus ac omnium Principum,

(a) *Horatius Spanochius. de interregno Poloniæ.*
(b) *Aureâ Bullâ tit. 1. §. cum autem ad hoc.*
(c) *l. ult. Qui ſatiſd. cog. c. cum inter de renunciat. c. quemadmodum de jurejur.*

cipum, & Ordinum, conſenſu ac approbatione, ſuo tempore, Noribergæ facta eſt, commodo publico, tunc temporis id flagitante: Ita, contrariâ eorum voluntate, ſi illam Imperio noxiam eſſe, judicent, tolli, & alia Lex fundamentalis in locum ejus ſubſtitui poteſt. *(a)*

Cum, ſecundum Philoſophos, eadem principia deſtructionis, quæ conſtructionis ſint: *(b)* Nihilque tam naturale, quàm eodem modo quid diſſolvi, quo colligatum eſt. *(c)*

CAPUT VII.

De Homagii, & Fidelitatis receptione.

PRæter duo iſthæc Majeſtatis Jura, ſeu propria, quæ velut generalia ſunt, & reliqua ambitu ſuo comprehendunt, plura ſunt, adhuc magis ſpecialia: Inter quæ primò occurrit, Receptio Homagii & Fidelitatis.

Receptio Homagii Majeſtatis eſt. Nam Homagii præſtatio, ex parte recipientis, eſt fundamentum ſuperioritatis. Ex parte verò præſtantis, fundamentum ſubjectionis. *(d)* Nec Homagium præſtare, aliud eſt, quàm ſubjectionis & obedientiæ juramentum ſubire: *(e)* Hucuſque exactio ac

(a) Proteſtatio Electoris Saxoniæ & confœderatorum contra electionem Ferdinandi I. apud Sleidan. lib. 7. hiſtor. Hortled. tomo I. de Bello German. lib. 4. c. 9. n. 176. (b) Limnæus libro I. de jure publ. cap. II. num. 116. (c) l. 35. de Reg. juris. (d) Ex Cravettâ. Rolando à Valle. & aliis. Reink. lib. I. cl. 2. cap. 2. n. 86. (e) Ex Gailio, & aliis; Idem n. 88.

ac præſtatio, de neceſſitate ſubjectionem arguit. (a)

Præſtant autem Principes ac Ordines Imperii Homagium, non ſoli Imperatori, ſed etiam Imperio, Schweren / dem Römiſchen Keyſer / vnd dem Reich / trew / hold vnd gewärtig zu ſeyn: Vt patet ex formula juramenti, à Reinkingio adductâ. (b)

Homagium præſtatur Imperatori & Imperio.

Si ergò Homagium ac juramentum Fidelitatis illi tantum præſtatur, quem, ut Magiſtratum ac Principem agnoſcimus; ſequitur, Ordines Imperii, non ſolius Imperatoris, ſed Imperatoris & Imperii ſimul, eſſe fiduciarios.

Id quod Receſſus Imperii ultrò confitentur: in illis enim ſcribitur: Bey den Eyden vnd Pflichten / damit ihr Vns / vnd dem heiligen Reich zugethan / vnd verwandt ſeyt. (c)

Et hinc, non ſolius Imperatoris, ſed Imperii quoque Subditi dicuntur, Vnſere / vnd des heiligen Reichs Chur-Fürſten / Fürſten ꝛc. Vnſere / vnd des Reichs Vnterthanen vnd Getrewen. (d)

Si quoque, ut oportet Majeſtatem ex hac metimur Superioritate; certè illa Majeſtas, non ſolius Imperatoris, ſed Imperatoris ac Imperii ſimul eſt.

Et notandum primò hic, quod non (ut in Monarchia, tum ſinguli Cives, tum univerſi,

Homagium præſtatur à ſingulis Ordinibus, non univerſis ſimul;

(a) *ex Zaſio, Sixtino & Gilmanno, Idem lib.* 1. *cl.* 5, *cap.* 4. *n.* 4. (b) *d. cl.* 2. *c.* 2. *n.* 202. (c) *Conſtitutio contra Anabaptiſtas de Anno* 1529. §. Deßgleichen. *& paſſim.* (d) *Ordinatio Pacis profana de Anno* 1521. *in princ. Receſſus Imperii de Anno* 1542. §. Hierum *& paſſim.*

verſi, jurant in fidem unius Principis, qui, poſt DEUM immortalem, obligatur nemini,) *(a)* univerſi Ordines, in Comitiis congregati, fidelitatem jurent: Verùm ſinguli tantum, nimirum, ut ſinguli; ratione Imperii, cujus primus Princeps, ac velut caput Imperator eſt.

Nam univerſi Ordines, collegialiter, ut unum corpus, conſiderati, Imperatori fidelitatem non debent, ſed Imperator illis: Quia ipſimet Imperatore ſuperiores ſunt.

Nec ſoli Imperatori, ſed Imperio ſimul.

Notandum ulterius, quod in aliis Regnis, ubi Majeſtas, ſeu Superioritas, penes unum, ſine controverſia, reſidet, in juramento fidelitatis, nulla Regnorum, ſeu ditionum fiat mentio: Quemadmodum etiam, tempore Caroli Magni, altum adhuc de eo fuit ſilentium.

Huic enim Principes juramentum præſtiterunt, ſequenti formulâ: Promitto, me Domino meo Carolo, & filiis ejus, fidelem futurum in tota via, &c. *(b)*

Conſimiliter in Germania, quando Superioritas ſimpliciter unius propria eſt, in omni Homagio, in der Huldiguns-pflicht/ id omittitur: Jurant enim ſubditi, omiſſâ ditionum, ſeu terrarum mentione; ſibi curæ fore, vitam, corpus, honorem, & commodum Domini, denſelben getrew / hold / vnd gehorſam / zu ſeyn/ vnd zu leiſten/was ein getrewer Landſaſſe / vnd Vnterthane / ſeinem Lands Fürſten zuthun/ ſchüldig iſt. *(c)*

Diverſum, ut diximus, in Imperio noſtro obtinet: Quare Imperator ſimpliciter,

(a) *Bodin. lib.* 1. *de Republ. cap.* 8. (b) *apud Goldaſt, tomo* 1. *Conſtit. Imper. p.* 16. (c) *Reink. lib.* 1. *cl.* 5. *cap.* 4. *n.* 27.

ter, & ſolus, Majeſtatem, ſeu Superioritatem, ſibi vindicare nequit. Id quod ipſemet Reinkingius tandem inficiari non audet. *(a)*

Sed in eo ſcrupulus ſupereſt, cui principaliter iſtud Homagium præſtetur, Imperatorine, an Imperio? Vt potentius ad ſe trahat minus potens: *(b)* Et illi potiſſimum præſtari dicatur homagium, quò potiſſimus, in ejus præſtatione, habetur reſpectus.

Jam vero Imperio principaliter, & directo; Imperatori vero ſecundario, ac in conſequentiam, ratione ac intuitu Imperii, quatenus nempè Imperator eſt, fidelitas præſtatur. *(c)*

Imperio quidem principaliter, Imperatori tantùm ratione Imperii, quatenus Imperator eſt.

Quia ergo, propter quod unumquodque tale eſt, illud magis tale eſt, ſemperque inſpiciendum, cujus contemplatione ac intuitu quid fiat; *(d)* Imperio magis ad fidelitatem Ordines obſtringuntur, quam Imperatori: Et Imperio quidem ſemper, ac ubique fidelitas ſervanda eſt; Imperatori vero illo demum reſpectu, quo illi fidelitas præſtita eſt, quatenus, nempè, Imperator eſt, & pro Imperatore ſe gerit.

Conſiderari enim Imperator poteſt dupliciter: Vel abſolutè, ſeu ſimpliciter: vel reſpectivè, quatenus Imperator eſt, boni Imperatoris vice fungitur, ac Imperio ritè, ſecundum Leges, præſcriptumque modum præeſt. *(e)*

Ab-

(a) *l. 1. cl. 2. c. 2. num.* 202. (b) *l.* 10. *de Statu hom.* (c) *Deductio nullitatum in proſcriptione Friderici Palatini apud Lundorp. tomo* 1. *actor. publ. lib.* 10. *c.* 33. *p.* 1463. (d) *Surdus de aliment. t.* 9. *qu.* 30. *n.* 20. *& ſequ.* (e) *Carpzov. de Capitul. Cæſar. c.* 6. *n.* 18.

Abſolutè Imperatori fidelitas nulla præſtatur; alioqui juramentum fidelitatis aliquando contradictionem involveret; Cum Imperator, Imperatorem exuens, contra Imperium quid moliri, & ita utrique fidelitas ſimul ſervari non poſſit; niſi quis, contra Salvatoris noſtri præceptum. (a) duobus contrariis Dominis ſervire, in animum inducat.

Sed præſtatur Imperatori fidelitas reſpectivè, habito ad Imperium reſpectu: Itaque Imperator, & Imperium, velut nunquam ſibi contraria, in Homagio conjunguntur.

Et ad hoc textus Receſſuum Imperii ponderandi ſunt: Qui ita loquuntur: (*b*) **Befehlen euch / bey den Eyden und Pflichten / die ihr Uns / von des Reiches wegen / insonderheit gethan /** (ergo, ratione imperii, & propter Imperium, Imperatori fidelitas præſtatur) **und bey den Gehorſam / die ihr Uns / als Römiſchen König / oder Keyſer /** (ergo, ut Cæſari, & non ſimpliciter, obedientiam illi debent Ordines) **ſchuldig ſeyt.**

Idque hodierni etiam Cæſareani apertè faſſi ſunt: (*c*) Fidelitatem, nempè, præſtari Imperio & Cæſari, ut Cæſari; idque tantummodò, reſpectu Majeſtatis, & officii Cæſarei.

Imperii potior, quam Imperatoris ratio habetur.

Hinc, quia Imperii potior ratio habetur, quam Imperatoris, Principes Feuda ſua, non

(a) *Matth. c. 6. verſ. 24.* (b) *Pax publica de Anno* 1495. *tit.* **welche um Fried-bruchs willen § und darauff befehlen /** *quod repetitur in Pace publica de Anno* 1521. *tit. eod.* (c) *Autor Iuſtitiæ Cæſareæ Imperialis propoſ.* 15.

non ab imperatore, ſed Imperio tenere, dicuntur; in Principum Imperii, de Anno 1200. diplomate: (*a*) Cujus verba ſunt: Nos Principes, qui jam dictum Dominum in Regem elegimus, *Feuda* noſtra, *quæ ab Imperio tenemus*, à manu ipſius recipientes, dominium ſibi fecimus, & fidelitatem juravimus.

Nec Feuda hæc aliter ad Imperatorem pertinent, quàm *ratione Imperii:* Vt diſertè loquitur Rupertus, (*b*) in Conſtitutione, de Vicariatu Imperii Germanici.

Imo aliquando, ubi juramenti ab Ordinibus præſtiti mentio fit, ſolum Imperium, omiſſo Imperatore, exprimitur. **Ich ermahne euch bey des Reichs hulden /** inquit Imperator Sigiſmundus, in reformatione ſuâ, de Anno 1436. (*c*)

Et noviores Imperii Receſſus alicubi, (*d*) **bey den Pflichten / damit ſie dem heiligen Reich verwandt.**

Id quod in Imperatore, omiſſo Imperio, factum eſſe haud memini: Qua nempe, Imperium in fidelitate principaliores ſibi vindicat partes.

Ex quibus omnibus infertur, quod juramentum fidelitatis aliquando, reſpectu Imperatoris annullatum, reſpectu Imperii nihilominus ſuas obtineat vices. (*e*) Id quod

Fidelitas Imperatori præſtita aliquando annullatur, ſi is Tyrannus evadat.

(a) §. 2. *apud Goldaſt tomo 2. Conſt. Imper. p.* 288. (b) §. 4. *apud Goldaſt d. tomo* 1. *p.* 382. (c) *c.* 21 *apud Goldaſt.* **der Reichs** *Conſtitution, Reformation,* **Ordnungen vnd außſchreiben.** *p.* 195. (d) *Reformatio morum de Anno* 1530. *tit.* **von Zigennern.** *& Reformatio de Anno* 1548. *tit. eod.* (e) **Limnæus** *lib. 2. de jure publ. cap. 5. n. 68.*

quod ſit, ſi Imperator perſonam Imperatoris exuat, contra datam ac juratam fidem Tyrannus exſiſtat, & contra Imperii Majeſtatem, Libertatem utilitatemve quid attentet.

Eo enim caſu, juramentum, illi præſtitum, non ſtringit amplius: Sed, cum Imperio, Ordines ſinguli, ſemper, & in omnem caſum obligati ſint, ac maneant; pro ejus tuitione, adverſus Imperatorem, qui Tyrannum, non Imperatorem amplius agit, inſurgere, non modo poſſunt, verum, vi quoque præſtiti juramenti, obligantur.

Sic Johannes Fridericus Saxoniæ Elector, & Landgravius Haſſiæ, Carolo V. fidelitatem renunciârunt: Salvâ iſtâ quâ Imperio obſtricti erant, fide, Haben ihm ihr Eyd vnd pflicht/ damit ſie ihm verwandt geweſt / auffgeſchrieben / vnd auffgekündiget / doch dem Heiligen Reich in allweg / nicht allein vnnachtheilig/ ſondern auch / zu erhaltung deſſelben wolhergebrachten Libertetẽ vnd Freyheiten. (a)

Eodemque modo, erga defunctum Tyrannum ſe geſſiſſe oportuit: ſed præpoſtera Electorum ac Principum noſtrorum, ſeu ſcientia, ſeu conſcientia (qui cuminum ſerunt, ac camelos deglutiunt; in minimis ſcrupuloſi ſunt, maxima vero rerum momenta inſuper habent,) ſaniora conſilia impedivit, & eam, quæ ante oculos eſt, Germaniæ noſtræ intulit, cladem.

De denunciatione Belli Ferdinando facienda obiter

Vt enim obiter illud hic moneamus, firmiter ſanè credimus, & audacter dicimus: Non minimam hanc ſiniſtræ noſtræ fortunæ cauſſam fuiſſe; quod Principes noſtri,

(a) *apud Hortled. tomo 2. de Bello German. lib. 3. cap. 24. n. 12.*

ſtri, cum, Ferdinandum II. eſſe Tyrannum Leges Imperii fundamentales, Capitulationem, & juramentum, ſuper illis præſtitum, multimodis violantem, liquidò cognoſcerent, & ipſimet vividis Tyranni coloribus eum depingerent, ſeu metu, ſeu vanâ quâdam Cæſarei nominis reverentia abſterriti, illi, tanquam Perduelli & Hoſti, Bellum apertè indicere diſtulerunt.

Nec pueriles iſtorum ineptias mirari ſatis poſſumus, quibus, in hoc paſſu, religio eſſe videtur, Imperii Status tam audacter agere, quàm quos Fata Imperii aliunde huc pertraxerunt. Quoniam illis Conſcientiæ teneritas dictet, ſe recognoſcere tale Caput, quod adhucdum, ſaltem eorum opinione, pro hoc ita ſe gerat, ut ipſo jure (quod noſtri ajunt) abſque ulla declaratione, & ſententiæ dictione (quanquam unde Gentium hæc initium capere, medium tangere, nedum finem aſſequi, ſueto jure poſſit, vel debeat, diſtractis utrinque tam Electorum animis, equidem videre non liceat) illud ipſum ſuſpendi, & deponi vix mereatur; cui etiam nihil unquam hoſtilitatis in frontem promptam, ſolenni Romanorum more, obnunciatum fuerit, licet facta diverſum probaverint: Ut nugivendus quidam, nec eleganter, nec latinè admodum, ſed, mentetenùs ac verbotenus, inſulsè ſatis ac inſipidè ſcripſit. (a)

Si enim Ordines Imperii cauſæ ſatis & affatim habuerunt, quare Imperatori, armata manu, ſeſe opponerent, eumque ferro, flamma, ac reliquis Belli incommodis,

(a) *Sylveſter* zum Arenthal *in Iconiſmo Aquila Romana collat.* 10. *ſect.* 2.

ut Hoſtem, perſequerentur: Quidni, eundem Hoſtem appellare, & pro Hoſte declarare, aut potuerint, aut debuerint?

Namque, aut juſti Imperatoris Hoſtes; aut Rebelles dici, meruerunt: Tertium dari nequit.

Quod ſi juſti ejus Hoſtes reverà extiterunt; Quidni Hoſtem illum vocari licuerit?

Cum nomine quidem Hoſtis abſtinere, factis vero hoſtilibus non abſtinere, perquam abſurdum: Imo impoſſibile ſit; alterâ manu gladium ſtringere, & necem intentare, pileum detrahere alterâ, ac, venerabundo geſtu, Dominum ſalutare, Imperatorem. Sed hæc obiter.

SECTIO VIII.

De Iure Sacrorum ſeu Religionis.

ALterum ſpeciale Ius Majeſtatis; eſt, Ius rerum Sacrarum, ſeu Religionis.

Ius Sacrorum olim Imperatorum fuit. Quod antiquorum quidem Imperatorum, ſine controverſiâ, fuit: Nec falsò de Tiberio dictum, aut ſcriptum; DEûm munere, ſummum Pontificem, ſummum hominem eſſe. *(a)*

Neve in ethnicis exemplis tantùm immoremur, Zoſimi, Chomateni, Balſamonis, & aliorum autoritate conſtat, Principes omnes Chriſtianos, antequam Imperium invaſiſſet Pappia tyrannis, Pontifices fuiſſe Maximos; & Pontificialem veſtem à Pontificum accepiſſe Collegio. *(b)*

Quemadmodum etiam noviſſimè, Heinricus, Angliæ Rex, Anno 1534. projecto Papatu, ſe Pontificem Maximum, & Eccleſia-

(a) apud Tacit. lib. 3. annal. (b) Vide Goldaſt. in epiſt. dedicat. tom. 3. Conſtit. Imper.

cleſiarum ſuarum Caput, à Chriſto proximum, pronunciavit, (a)

In Imperio vero noſtro, non Romano modo Præſuli, per Lutheri dogma, ſed & Imperatori, per Pacem Religionis, Pontificatus hic abrogatus eſt, ac Imperatori omne jus præciſum, in Religionis negotio cauſiſque illi annexis, quicquam ſtatuendi, ordinandi, aut innovandi, Keyſerliche Mayt. ſollen keinen Stand des Reichs / von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion, vnd derſelben Lehr / Religion vnd Glaubens halben / mit der that / gewaltiger weiſe / überziehen / beſchädigen / vergewaltigen / oder in anderwege / wider ſeine conſcientz, wiſſen / vnd willen / von dieſer Augſpurgiſchen Confeſſions Religion, Glauben / Kirchen-gebreuchen / Ordnungen / vnd Ceremonien, ſo ſie auffgerichtet / oder nochmahls auffrichten möchten / in jhren Fürſtenthumen / Landen vnd Herrſchafften tringen / oder durch Mandat, oder in einiger anderer geſtalt beſchweren / oder verachten; ſondern bey ſolcher Religion, Glauben / Kirchen-gebreuchen / Ordnungen / vnd Ceremonien, &c. ruhiglich vnd friedlich bleiben laſſen. (b)

Hodie, propter Pacem Religionis, non eſt Imperatoris.

Cui non contravenire, ſub quocunque prætextu id fiat, ſanctiſſimè promiſit Imperator, Sollen vnd wollen es / bey Keyſerlichen / vnd Königlichen Würden vnd worten / für ſich / vnd jhre Nachkommen / ſtet / feſt / vnverbrüchlich / vnd auffrichtig halten / vnd vollenziehen / dem ſtrack vnd vnweigerlich nachkommen / vnd geleben / vnd darüber itzt / oder künfftiglich / weder aus vollkommenheit /

(a) *Sleidan. lib. 9. hiſtor.* (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1555. § vnd damit ſolcher Friede.

heit/ oder unter einig anderm ſchein / wie der namen haben möchte / nicht fürnehmen/handlen/oder außgehen laſſen/noch jemand anders zuthun/geſtatten. (*a*)

Imperator, in cauſa Religionis, ipſe pars eſt.

Nam Imperator, in puncto Religionis, non, ut Caput Imperii ſeu Director, verum, ut pars conſideratur: Quia, conjungendo ſe cum Catholicis, eorum cauſam ſuam fecit. So ſollen die Keyſerliche Mayt. Wie auch Chur-Fürſten / Fürſten / vnd Stände des heiligen Reichs/ keinen Stand des Reichs von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion, &c. überziehen ꝛc. dargegen ſollen die Stände / ſo der Augſpurgiſchen Confeſſion verwandt/die Römiſche Keyſerliche Mayt. vnd Chur-Fürſten/ Fürſten vnd andere / des Heiligen Reichs Stände/ der alten *Religion* anhengig/ ꝛc. bey Ihrer Religion &c. vnbeſchweret bleiben laſſen. (*b*)

Nec Ordinibus ſuperior.

Et Ordines Imperii, præſertim à parte Euangelicorum, in cauſa Religionis, Superiorem nec illum, nec alium ullum recognoſcunt. (*c*)

Controverſia ex cauſa Religionis, per arbitros decidenda.

Hinc, ſi controverſia quædam, Religionem, aut à Religione dependentia, concernens, inter Ordines oriatur, nullæ Imperatoris partes ſunt: Sed Aſſeſſores, utriuſque Religionis, certo numero, in hujuſmodi caſibus, ad litem decidendam, conſtitui oportet. die Parteyen ſollen ſich etlicher Schieds perſonen (deren jeder Theil ein oder zwo zubenennen / vnd da ſich dieſelbige nicht vergleichen könten / einen vnparteyiſchen Obman zuerwählen / die nachmals mit jhnen den

(*a*) *de Receſſu.* §. ſolches vnd jedes. (*b*) *d. Receſſu d.* §. vnd damit ſolcher Friede. & §. *ſeq.*

den zuſetzen / die ſache zuentſcheiden) vergleichen. (*a*)

Quod ſi dubium quoddam circa ſenſum Legis indicat; Imperatori eam declarandi, aut interpretandi, nulla competit facultas, Soll/ dargegen/ keine declaration, vnd etwas anders / ſo den Fried-ſtand verhindern oder verändern möchte nicht gegeben/ erlangt/noch angenommen; oder / ob es ſchon gegeben / erlangt/ vnd angenommen würde/ dennoch von vnwürden vnd vnkräften ſeyn / vnd darauff weder in / noch auſſer rechtens nichts gehandelt/ oder geſprochen werden. (*b*)

Imperator Pacem Religionis declarare aut interpretari nequit.

Quare, dubio e Pace Religionis ſuborto, non ad Imperatorem, ſed tota Comitia olim recurſum fuit.

Sed hoc eſt omnium Ordinum.

Ita Johannes, Marchio Brandenburgenſis, Imperatoris, in cauſa Abbatis Fuldenſis, contra Sachſen/Monaſterium Allendorff concernente, Commiſſarius, dubium illud de bonis eccleſiaſticis mediatis, von den gemittelſten Clöſtern/Anno 1558. per interlocutoriam, ad Comitia rejecit. (*c*)

Judex quoque Cameræ; orta controverſia, utrum Clerici iſti, qui 1. nec ipſi immediati Imperii Ordines, nec 2. alicui Ordinum mediatè ſubjecti, & 3. à juriſdictione Ordinariorum exempti ſunt, ſed 4. ſolum Pontificem ſuperiorem recognoſcunt (quales Ordinum Monachalium Provinciales ſunt) ſub 5. als den Ständen / continean-

(a) *d. Receſſ. Imperii* § vnd ob ſolcher. (b) *d. Receſſus* §. vnd ſol alles das. (c) *Anonymi cujuſdam informatio in cauſa* der 4. Clöſter ſachen. *Petrus Denayſius in Conſilio de Pace Religionis. in ſpecie ſuper d. cauſa* der 4. Clöſter ſachen.

neantur, & ita beneficio Pacis Religioſæ frui, necne, debeant? Anno 1566. Conventum Imperii, non Imperatorem conſultum ivit. *(a)*

Quo de eodem dubio Elector Moguntinus ad Cæſarem ſcripſit, *(b)* Daß ſolches zu Keyſer Ferdinandi Deputation Abſchieds resolution geſtellet worden: es befinde ſich aber in erſehung der Deputations Handlung zu Speyr im Jahr 1557. gepflogen / daß zwar ſolches dubium movirt, vnd hernach darüber conſultiret/ ſchließlich aber in gemein/als daß man ſich per Deputatos nicht darüber reſolviren könte/ der geſtalt aus geſetzet worden/daß es auff künfftigem Reichstag gemeinen Ständen fürgebracht werden ſolle.

Eandem ob cauſam Maximilianus II. cum, ex capite Religionis, quædam inter Ordines controverſiæ ſuſcitarentur, earum cognitionem ſibi non arrogavit, ſed ad univerſos eam Ordines pertinere, Anno 1576. die 25. Aug. & 24. Sept. expreſsè confeſſus eſt, *(c)* daß dieſe Irrſalen / vor die geſamte Reichs-Stände gehörig: Sintemahl Ihre Keyſerliche Mayt. wol geſehen/daß es doch auff eine declaration, ſo im Religion Frieden / cum clauſulâ annullatoriâ verboten / außlauffen wolte.

Nec itaque malè, cum Truchſeſſio, de Electoratu Colonienſi, Pontificii quæſtionem & bellum moverent, Electores ſeculares

res

(a) d. Informatio, & Petrus Denayſius ibid.
(b) de dato Maintz 13. *Auguſt. Anno* 1604.
(c) Propoſitio Legatorum Electoris Saxoniæ ad Cæſarem facta 13. *Maji, Anno* 1630.

res cenſuerunt: (a) Eâ de re, non Imperatoris, ſed omnium Imperii Ordinum eſſe notionem: die ſache ſey für ſich ſelbſt alſo beſchaffen/ daß deren cognition vnd erörterung/ neben Ihre Mayt. für alle Reichs-Stände gehörig.

Nec malè Euangelici Capitulares Epiſcopatus Argentoratenſis, Senatu Aulico recuſato, ad utriuſque Religionis Arbitros provocârunt: Eò, quod cognitionem hujuſmodi rerum, & declarationem Pacis Religioſæ, Euangelici Ordines Imperatori nunquam conceſſerint, Weil die Euangeliſche Chur-Fürſten/ Fürſten vnd Stände/Keyſerlicher Mayt. oder deroſelben Reichs Hoff-rähten die cognition dieſer ſachen/ als welche ohn mittel den Religions-Frieden concerniret/ niemahls eingeräumet/ oder geſtändig weſen. (b)

Ex his patet, Imperatori, ne minimum quidem, in Religionem, & Sacra, jus eſſe: Ordinum autem omnium, ſive totius Imperii arbitrio, etiam Pax iſta Religionis ſubjacet. *Penes Ordines eſt Ius Sacrorum.*

Si enim Ordines, vel per viam generalis Concilii, vel aliâ quâdam amicâ compoſitione, inter ſe, de Religione, ejuſve exercitio, convenerint, ceſſabit iſta Pax Religionis: Quæ,quippe ad hanc conditionem, & non, ut ulterius duret, ſancita eſt, Wo die Vergleichung/ durch die wege des General-Concilii, National-Verſamlung/ colloquien/ oder Reichs-

(a) *Inſtructio Legatorum trium ſecularium Electorum de dato 6. Mart. Anno 1583. quæ exſtat in Reſcripto Caſimiri Palatini hâc de re edito inter Documenta N. 1* (b) *in literis ad Cæſarn Commiſſarios de dato* Straßburg *l. 3. Octobr. Anno 1602.*

Reichs-handlungen nicht erfolgen würde/ ſoll alsdann nichts deſto weniger dieſer Fried-Stand/in allen oberzehlten Puncten vnd Articulen / bey kräfften / biß zu endlicher vergleichung der Religion vnd Glauben-ſachen/ ſtehen bleiben. (*a*)

Pacis religioſa ab aliis Imperii Legibus differentia.

In quo tamen puncto apprimè obſervandum eſt: Pacem hanc Religionis ab aliis Imperii Legibus ac Conſtitutionibus, ut in modo conſtituendi, ita in modo quoque abrogandi ſeu mutandi, quam maximè eſſe differentem.

Aliæ enim Leges, Rogatione ſolenni ac publica, acclamantibus, vel univerſis Ordinibus, vel majore eorundem parte, conſtituuntur, ac publicantur: Pax verò Religionis, non per modum rogandi, & correferendi in Comitiis conſuetum, confecta, ut erroneè putarunt Saxoniæ Electoris Legati; (*b*) ſed per viam tranſactionis ac amicabilis compoſitionis, nulla habita ratione votorum, tam in prima maſſa, Noribergæ, Svvinfurti, Spiræ, Ratisbonæ, & ultimò Paſſavii, quàm poſt Anno 1555. & ſequentibus annis (ubicunque dubia inciderunt, & tractatus ſuper illa habiti ſunt) ſancita ac renovata eſt. (*c*)

Aliter ergò, quam per hanc amicabilis compoſitionis viam, tolli, aut reformari nequit.

Qua

(a) *d. Receſſus Imp. de Anno* 1555. § vnd nach dem eine Vergleichung. (b) *Relatio D. Ludovici Camerarii ad Elect. Palat. de dato Fuldâ* 24. *Iul. Anno* 1608. *quæ exſtat apud Lundorp. tomo* 2. *actor. publ. lib.*2. *tract.* 5. *pag.* 541. (c) *d. Informatio in puncto* der 4. Clöſter ſachen.

Qua de re, in ultimis Comitiis, Ratisbonæ Anno 1613. habitis Proteſtantium Legati multis cum Cæſare egerunt. (a) Es können/wider den Religion Frieden/vnd zu deſſen extenſion oder einziehung/keine majora gelten/vnd geben es nicht allein die Paſſawiſche verträge / auch die darauff im Jhar 1555. zu Augſpurg gepflogene handlungen / daß man durch überſtimmen einander nicht gefähren ſollen / noch wollen: Wie auch hernacher in den Jahren 57. vnd 59. ein ebenmäßiges fleiſſig in acht genommen worden. Dann einmahl der Religion-Friede durch theidigung / tractation vnd vergleichung/ vnd alſo nicht per majora, auffgericht. Das exempel, Anno 94. da der Magdeburgiſche ſeſſion-ſtreit auff der bahn geweſen / ſey noch in friſcher gedächtnüß: In deme damahls von den Römiſchen Catholiſchen Ständen eine ſtarcke ſeparation gemacht / vnd im fall man ohne ſie verfahren würde/ zum zierlichſten dargegen proteſtiret worden; wie die Reichs-Protocolla mit ſich bringen Auch habe/ im Anno 1603. vorgeweſenen Reichs-Tahe / der ander theil ſelbſt / in denen damahl fürgefallenen / den Religion-Frieden betreffenden vrſachen / im Fürſten-Rath/ in kein votiren einzulaſſen / ſich vnterſtanden/ ſondern derſelben ſtim/ meynung ſey/ ex uno ore, den Euangeliſchen Ständen vorgetragen / vnd eröffnet worden. Vn da / bey der letzten Reichs-verſamlung / ein widriges eingeführet/vnd behaubtet werden wollen/ ſey ſolches/im Namen aller dreyer Chur-Fürſten/

(a) *In ſupplicatione quam gravaminibus ſuis adjunxerunt die 10. Aug. de Anno 1613. & in Reſponſione ad Cæſaris reſolutionem de dato 20. Auguſt. Anno eod.*

vnd anderer Euangeliſchen Fürſten / vnd Stände/in gemein/ zum ſtärckſten contradiciret vnd verworffen worden.

Caput IX.

De jure Belli indicendi, Paciſque & Fœderum faciendorum.

Sectio I.

Ius Belli, Pacis & Fœderum, Majeſtatis eſt.

TErtium ſpeciale Ius Majeſtatis eſt, Ius Belli indicendi, Pacis incundæ, & fœderum faciendorum: Nam Belli ſuſcipiendi autoritas, ad effectum ſupremæ juriſdictionis, & ſummæ poteſtatis refertur. (*a*)

Ordo naturalis, & mortalium, Paci accommodatus, hoc poſcit, ut ſuſcipiendi Belli autoritas, atque conſilium, apud Principes ſit, inquit Auguſtinus; (*b*) Hoc eſt, apud illos, qui principem in Republ. locum obtinent; ſive unus, ſive plures ſint.

Idemque in fœderibus obtinet: Ius enim Belli & fœderum, pari paſſu ambulant; (*c*) nec minùs, jus contrahendi fœdera, quam Belli indicendi; ad ſupremam Majeſtatem, & eos, qui ejuſdem jura habent, non alios, pertinet. (*d*)

Olim quoque Imperatoris fuit.

Et olim quidem, bellandi ac pacificandi poteſtas, indubitatò Imperatoris fuit: (*e*) Vnde læſæ Majeſtatis reus dicitur, qui, injuſſu Principis, Bellum geſſerit, delectum habuerit, exercitumve comparaverit; (*f*) nec ulli, Imperatore inſcio, ac inconſultò; quorum-

(a) *Reinking. lib. 2. cl. 3. cap. 1. n. 11.* (b) *c. quid culpatur 23. q. 1.* (c) *Reink. d. cl. 3. cap. 3. n. 25.* (d) *VVarem. ab Erenb. parte 1. de fœder. c. 2. n. 28. & ſequ.* (e) *Nov. 105. in princ.* (f) *l. 3. ad L. Iul. Maj.*

ſumlibet armorum movendorum copia tributa eſt. (*a*)

Noſtri verò Imperii motibus, Ius Belli indicendi, ac Fœderum faciendorum, Imperatori, cum Ordinibus ſimul, merito adſcribimus, (*b*) pro eâ, ſcilicet, proportione, quâ, aut ad illum, aut hos, Comitiorum jura ac poteſtatem pertinere, ſuprà expoſuimus: Ut, Imperatoris quidem nomine, Bellum proponatur, decernatur, indicatur, fœdera item contrahantur; ipſa vero decernendi vis penes Ordines conſiſtat. *Hodiè non, ſed Imperii eſt.*

Et jam olim, tempore Heinrici I. Ordinum conſenſum adhibitum legimus: Is enim in Quedlinburg Curiam ſuam celebravit; ibidem, Principibus convocatis, ipſiſque ſingulis & univerſis idipſum aſſentientibus, Poloniam & Bohemiam, cæteraſque Slavorum adjacentes Regiones, quia nondum CHRISTI fidem receperant, debellare diſpoſuit. (*c*)

Itidem Heinricus III. Imperator, cum Aba, Rex Hungariæ, Auſtriam & Bavariam hoſtiliter vaſtaſſet, Coloniæ Conventum habens, hanc injuriam Principibus expoſuit: Quâ gratiâ concluſum eſt, ut contra Hungaros ſe vindicaret. (*d*)

Sic quoque Anno Domini 1108. Francofurdiæ convenerunt Principes & Imperator, deliberâruntque de Bello ſuſcipiendo contra Polonos, qui tributum, Imperatori debitum, dare recuſabant, Regemque ſibi elegerant, ipſique Coronam impoſuerant. (*e*)

(a) *l. un. C. ut armor. uſus inſcio Princ. interd. ſit. l.* 11. (b) *cum VVarem. ab Erenb. d. cap.* 2. *n.* 30.
(c) *Sigfridus Presbyter Miſnenſis in epit. l.* 2.
(d) *Naucler. vol.* 3. *chronogr. gener.* 35. (e) *Hier. Mutius lib.* 16. *Chron. German.*

De Friderico I. cum primis notatu dignum eſt, quod Vngaris bellum indicere, ipſoſque ad Monarchiæ apicem reducere voluerit. Sed cum aſſenſum ſuper hoc Principum, quibuſdam de cauſis latentibus, habere non poſſet, ad effectum tunc perducere ea, quæ volvebat mente, non valens, ad opportuniora tempora diſtulerit. *(a)* Ex quo colligere licet, diſſentientibus Proceribus, jam tum eo tempore, Imperatorem nemini bellum indicere potuiſſe.

Superiori ſeculo, frequentiſſimæ in Hungariam, nunquam non Ordinum conſenſu decretæ, expeditiones, de eodem teſtantur: Quarum quædam, adhuc eo tempore, fuerunt ſuſceptæ, quo illa nondum erat Auſtriacæ ditionis. *(b)*

Nec Carolus V. nomine Imperii, Anno 1544. aliter, quam Procerum conſenſu, Galliæ Regi bellum inferre potuit, Haben ſich Chur-Fürſten/Fürſten/vnd Stände/ vnd der abweſenden Rähte vnd Botſchafften entſchloſſen/ ſich gegen den König in Franckreich/ nicht allein mit worten / ſondern auch mit der that zuerklären. *(c)*

Olim quoque Regimenti. Penes Ordines ergo maximè fuit belli Paciſque arbitrium; & penes illos quoque, qui univerſos Ordines repræſentarunt: Vt olim, cum in vigore ſuo eſſet, penes Regimentum.

Quare, abſque ejus mandato, Dux Imperii generalis nemini bellum movere potuit, Sol niemand überziehen / vnd keinen Krieg

(a) *Otho Friſing. lib. 2. de geſtis Frider. l. cap. 6.* (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1526. §. weiter als Königliche Würde. (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1544. §. ſo achten wir. *verſ.* vnd demnach.

Krieg fürnehmen / es ſey dann zuvor durch Uns (nam Imperator ordinarius Regimenti præſes fuit) oder den / ſo an Unſer ſtat ſitzen wird / und Unſer / und des Reichs-Regenten / zu thun befohlen. (*a*)

Et in ſupplicum, ſeu dedititiorum receptione, neceſſum fuit, ut Regimentum illi autor fieret, Ob ſich jemand das Reich ergeben / oder ſich dem Reiche zinsbar machen wolte / ſoll der Haubtman in demſelben annehmen / ſich der mas oder gedings ſolches annehmens / an des Reichs Regiment erlernen / und ſich darin ihres willens und Beſcheids verhalten. (*b*)

Denique, ſi quoad Ius Belli, Pacis, ac Fœderum, Imperatorem ipſum ſeorſim, & Ordines ſingulos, ſimiliter ſeorſim conſideres; non plus de eo Imperator ſibi arrogare poteſt, quam ſinguli Ordinum.

Imperator hic ſingulis Ordinum æqualis eſt tum impotentia.

Quemadmodum enim nullus Ordinum, privatâ autoritate, bellum movere poteſt, aut debet: Ita Imperatori æquè, ac ſingulis Ordinum, abſque communi omnium Ordinum, aut certè hodiè Electorum, conſenſu, id facere prohibitum eſt, Es ſolten / und wolten Ihre Mayt. kein gezäncke / fehde / noch Krieg inn oder auſſerhalb des Reichs / von deſſelben wegen an fahen / oder vornehmen / ohn vorwiſſen / raht und bewilligung der Reichs-Stände / zum wenigſten der ſechs Chur-Für-ſten. (*c*)

In

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1500. *titul.* der Haubtman ſoll ohn befehl. (b) *Ibid. titul.* Ob ſich jemand an das Reich ergeben wolte. (c) *Capitulatio Carols V. apud Sleidan. lib.* 1. *hiſt. Ferdinand.* 1. *obligatio de Anno* 1558. *apud Goldaſt. par.* 5. der Reichs-handel. *titul.* 1. *Capitulatio Ferdin.* II. §. es ſolten und wollen.

In quo paſſu Imperator, cum ſingulis Ordinum pacificatur, ſeu æquiparatur: Sollen Wir / vnd Vnſer geliebter Sohn Ertz-Hertzog Philips / auch Vnſere Chur-Fürſten/ Fürſten / vnd Stände des Reichs / ohn wiſſen vnd willen jährlicher verſamlung / keinen Krieg / oder Fähde anfahen: (*a*) Nec Imperatori plus juris, quam uni illorum relinquitur.

rum poteſtate. Vice verſâ, ut Imperatori, ita etiam Ordinibus Imperii ad defenſionem & tutelam ſuam, arma ac tormenta bellica fabricare, (*b*) armandias ſeu armamentaria Zeuch- vnd Rüſt-häuſer/ habere, (*c*) munimenta ac fortalitia extruere, (*d*) & delectum è ſubditis ſuis agere, eoſque armis exercere, (*e*) licet.

Vt Imperatori, ſi ipſe, vel Imperium Bello petatur, uti licet quibuſcunque præſidiis, Wo Ihre Mayt. von des Reichs wegen/oder das Heil. Römiſche Reich angegriffen / vnd bekrieget würden/alsdann mögen Ihre Mayt. ſich dargegen aller hülffe gebrauchen: (*f*) Ita etiam cuilibet Germaniæ Procerum, ex antiquiſſimo Libertatis prætenſo, in propriam, & aliorum ſalutem, militem cogere, inconſulto Imperatore, ſervato tamen eo, quem Conſtitutiones Imperii præſcripſerunt, modo, conceſſum eſt. (*g*)

Vn-

(a) *Confirmatio Pacis publica de Anno* 1495. §. auch ſollen wir. (b) *Receſſ. Imperii de Anno* 1555. §. vnd demnach ein Kriegs-volck. *Receſſ. Imper de Anno* 1570. §. ſintemal auß hoch-bewegenden. (c) *Reink. lib.* 1. *cl.* 5. *c.* 6. *n.* 18. (d) *Ibid. n.* 19. (e) *Receß. Imper. de Anno* 1564. §. ferner dieweil. (f) *dd. capitulationibus.* (g) *Receſſus Imperii de Anno* 1526. §. darauff & *paſſim.*

Vnde Bavarus Vnitorum Legatis reſpondit. (a) Er wiſſe nicht/daß die abſonderliche werbung/wider des Reiches vnd Creyſſes verfaſſung / oder herkommen ſey; Weil dieſelbe keinem Stand in euſſerſter gefahr verboten/ ſondern/ auff gewiſſe maß/ zugelaſſen ſey.

Nec ab injuria adverſus oſtendentem, ſeſe modo tueri; ſed &, acceptâ injuriâ, in continenti ſe vindicare licet dem beſchädigten/ ſamt ſeinen verwandten vnd helffern/ ſoll jegen den thätern/vnd Friedbrechern ꝛc. ſeine gegenwehr vnd verfolgung zu thun/zu friſcher that/ oder/ wenn er ſeine Freunde vnd helffer haben mag/ ꝛc. vnbenommen/nicht verboten/ſondern gäntzlich fürbehalten ſeyn. (b)

Et, quod magis eſt, ſi ſubditi alicujus Principis, inobedientes, contumaces, refractarii ac rebelles ſint; non cogitur is, Imperatoris primò auxilium implorare, ſed poteſt Bello, ac manu armata eos ſubigere: Adeo, ut hoc caſu, Superioris, ſeu Imperatoris, advocatio locum non habeat. (c)

Vltimo, ſingulis Ordinum, Confœderationes ac Ligas, ſuper generali Pace Provinciarum & terrarum, wegen gemeinen Land-Friedens/ formare licet. (d) *Ordines fœdera contrahere poſſunt.*

Imò, in genere, nullis iis fœderibus interdictum eſt, niſi quæ in Imperii damnum vergunt, Sollen einige bündnüs oder einigung nicht machen/ die den Reiche zu ſchaden/ nachtheil/ oder zu wider ſeyn möchten. (e)

Nec

(a) *ad eorum Replicam Monachii 29. Decemb. Anno 1619.* (b) *Ordinatio Pacis Publicæ de Anno 1521. tit.* die pœn aller Friedbrecher. (c) *Reink. lib. 2. cl. 3. c. 1. n. 23. 24.* (d) *Aureâ Bullâ tit. 15.* (e) *Confirmatio Pacis Publicæ de Anno 1495.* §. auch ſollen wir.

Eodemque tempore Ludovvicus, Comes Palatinus Rheni, Alberto Auſtriaco, atque Mænardo Tirolenſi, fœdere junctus, memoratur. (*a*)

Cum Adolphus quoque Imperator illi infeſtus eſſet, idem cum Alberto Auſtriaco, Epiſcopo Argentoratenſi, & pleriſque aliis ſocietatem iniit, fœdus icit: Hocque facto meliùs de ſe ſentire, atque excuſationem ſuam Adolphum recipere coëgit. (*b*)

Tempore Ludovvici Bavari, quia, ob ejus, cum Friderico Auſtriaco, diſcordiam, latrocinia paſſim invaleſcebant, Argentina, Spira, Wormatia, Moguntia, fœdere coierunt, & communibus impenſis conduxerunt equites ac pedites, qui vias tutas redderent & ſervarent. (*c*)

Eodem namque tempore multis modis vexabatur Germania, nec erat, qui opem ferret: Quod cum intelligerent quidam cordati Principes & Civitates, inter ſe fœdera fecerunt, ut conjuncti tranquillam agere poſſent vitam. (*d*)

Ita Johannes, Dux Bavariæ, cum Ludovvico Agnato ſuo, qui, jus ſuum conſequi non poſſe, conquerebatur, adverſus Erneſtum & Heinricum, itidem Bavariæ Duces, fœdus iniit. (*e*)

Poſt Friderici verò Reformationem ſeſe offert Fœdus Suevicum, der Schwäbiſche Bund; quod vocatum quoque fuit Societas clypei S. Georgiani die Geſellſchafft S. Görgen Schilds: Nam omnes, qui eâ compre-

(a) *Ibid.* (b) *Ibid.* (c) *Hieron. Mutius lib.* 23. *Chron. German.* (d) *Mutius ibid.* (e) *cujus formula exſtat apud Lundorp. tomo* 2. *actor. publ. lib.* 1. *tract.* 2. *p.* 19.

prehendebantur, debebant geſtare Clypeum S. Georgii, modò ex nobilitate eſſent. (*a*)

Huic Fœderi Principes nonnulli, & vicinæ Civitates ſubſcripſere: Idque per multos annos tenuit, mutuis auxiliis & conſiliis adeò firmum, uti, & ſuis præſidio, & exteris terrori eſſent. (*b*) Nec Imperator, nec ipſi Imperii Receſſus id improbârunt. (*c*)

Succedit deinde Fœdus inter Electorem Saxoniæ Johannem, Bavaros fratres, & Landgravium Haſſiæ: Anno circiter 1531. initium. (*d*)

Mox fœdus Smalcaldicum: (*e*) Fœdus ſanctum, à Pontificiis Noribergæ initum, & Smalcaldico oppoſitum. (*f*)

Fœdus Noribergenſium cum Wurtzbergenſi, & Bambergenſi, Epiſcopis, Anno 1553. adverſus Albertum Marchionem, contractum. (*g*)

Fœdus Landſpergicum, Anno 1556. ab Alberto Duce Bavariæ, inſtitutum: In quo Civitates Imperiales, Ratisbona, Auguſta, & Noriberga, comprehenſæ ſunt. (*h*)

Noſtro vero tempore, adhuc in recenti memoria ſunt, Vnio Proteſtantium & Pon-

(a) *Cruſius parte 3. annal. Suevic. lib. 9. c. 1.* (b) *Gerhard. de Roo lib. 10. hiſtor. Auſtr.* (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1526. §. ob auch jeniger *in fine Receſſ. Imper. de Anno* 1529. § vnd als im abſchied: *Receſſus Imp. de Anno* 1533. §. vnd als im abſchied. (d) *Sleidan. lib. 8. hiſtor* (e) *Idem l. 7. & 11. hiſtor.* (f) *Idem lib. 12. hiſtor.* (g) *Idem l. 24. hiſtor.* (h) *D Hieronymus* Schleich *Advocatus Reipubl. Vlmenſis. in diſcurſu de fœderibus Anno* 1608. *confecto.*

Pontificiorum Liga, Fœdus Lipſienſe, & Heilbrunnenſe, &c.

Nullum enim horum Fœderum, ob inhabilitatem perſonarum contrahentium, improbari poſſe, ſtatuimus: Etſi unum, alterumve, ob abuſum & perperas intentiones, quibuſdam forſan impugnetur. Rectèque Elector Saxoniæ ad Moguntinum ſcripſit, (*a*) **Wie die newe auffgerichtete** Union **der Catholiſchen Stände zur** defenſion **angeſehen: alſo werde man die Euangeliſche Stände nicht verdencken / wann ſie eben zu dem ende / das jenige vor die hand nehmen / was jhnen die gebührliche billigkeit zuläſſet.**

Quid multis? Res hæc, non ex aliâ, quam antiquiſſimæ obſervantiæ, regulâ dijudicanda eſt. Sæpe autem tales confœderationes, quas Ligas, vulgariter **Bund** / appellabant, non ſolùm inter Civitates, ſed etiam inter Principes, juratas confirmataſque legimus, quotidieque ſimiliter videmus: Quæ verba Trithemii Abbatis Spanhemienſis ſunt. (*b*)

Nec eſt, quod Cæſaris conſenſum ac confirmationem, ad hoc, ut fœdera Ordinum licita ſint, neceſſaria exiſtimemus: Vt quidam ſentiunt, qui perniciosum genus monopolii eſſe putant, quando Civitates, Comites, Principes, qui habent unum Superiorem, inter ſe fœdera & Ligas faciunt, ſine autoritate Superioris. (*c*) *etiam abſque Imperatoris conſenſu,*

Qua in ſententiâ etiam Heinricus Julius, Dux

(a) *de dato* **Dreßden** 23. *Febr. An.* 1623. *apud Lundorp. tomo* 1. *actor. Publ. lib.* 6. *c.* 161. *p.* 1085. (b) *in Chron. Hirſaug ſub Anno* 1366. (c) *poſt Innocentium & Bartolum Sichard. in l. un. C. d. monopol. n.* 6.

Dux Brunſvvicenſis,fuiſſe apparet, (a) daß die Römiſche Keyſerl. Mayt. darum noch nicht erſuchet / viel weniger Jhre Mayt. ſpecial conſens vnd ratificatio darzu gegeben / daß dergleichen Vniones oder Liga gemacht werden ſollen: Welches dann allerſeits / als ein ſpecial vnd das fürnehmſte requiſitum, hierzu erfordert würde

Id quod Monarchiam ſapit, & ex vulgato errore originem traxit: Sed Libertas Germanorum olim ita ſe conſtringi paſſa non eſt. Vtut enim Cæſares in fœdera, hoc juris ſibi aliquando arrogare voluerint; illis tamen contradictum fuit.

Evidens hujus rei exemplum proſtat in bello, quod Tigurini cum Alberto contracto Auſtriaco, Anno 1354. geſſerunt: In quo Carolus IV. fœdera, à Tigurinis cum vicinis facta, improbavit, dicens: cum Imperio addicti eſſent, nec rectè, nec ordine ab ipſis factum, quod, ſe inconſulto, fœdus cum quoquàm feciſſent. Fœdera ejuſmodi irrita eſſe debere, ſeque, pro ſuâ autoritate, ab omni fœdere, & jurisjurandi ſacramento liberos eos pronunciare. Tigurini tamen, non ſe Fœdus contra Imperii jura, ſed ad juſtam & neceſſariam ſui defenſionem feciſſe, affirmabant. Et obtinuerunt Tigurini: Pax enim poſteà, Anno ſequenti, ſalvis his fœderibus, inita eſt. (b)

Fœdera itaque hæc, etiam ſe inconſulto inita, tanquam licita, admittere, Carolus IV. Imperator compulſus fuit, Adeoque Ger-

(a) *in diſcurſu ſuper Unione ac turbis Iuliacenſibus ad Electorem Saxoniæ de dato* Prag 15. 25. *Decemb. Anno* 1610. (b) *Gerhard. de Roo lib.* 3. *hiſtor. Auſtr. & Hieron. Mutius lib.* 25. *Chron. German.*

Germanis noſtris, abſque conſenſu Imperatoris, fœderibus inter ſe jungi, permiſſum eſt.

etiam cum Exteris. Non verò tantùm inter ſeſe fœdere coire Ordinibus licet, ſed etiam cum extraneis Regibus ac Principibus: Modò id ſine Imperii Germanici fraude fiat. *(a)*

Quemadmodum, jam ſuo tempore, Principes Germaniæ, cum ſolis Galliæ Regibus quadraginta ſeptem fœdera percuſſiſſe, teſtatur Bodinus. *(b)*

Quod ſi qui, Legibus Imperii, cum extraneo Principe fœdera contrahere, prohibitum eſſe putent, falluntur ſanè: Nec enim prohibitum id reperitur; niſi in Imperii detrimentum vergant iſta fœdera, die Stände ſollen keine Bündnüs / oder Einigung / mit fremden Nationen oder Gewäldten machen / die dem Reich zu ſchaden / nachtheil / oder zu wider ſeyn möchten. *(c)* Ergo, a contrario ſenſu, ſi Imperio noxia non ſint, licita judicantur.

Sic Saxo, Heſſus, Wilhelmus & Ludovvicus, Bavari Fratres, Libertatis Germanicæ tuendæ cauſsâ, clam fœdus icerunt, cum Franciſco Galliarum Rege; qui centum aureorum millia in eam rem apud Bavaros depoſuit: Vt in promptu eſſent, ſi quid inopinati accideret. *(d)*

Id quod jure factum eſſe, Proteſtantium Capita, Saxo & Haſſus, exemplis Majorum propugnant. *(e)* Sie ſeynd von den Chur Fürſten vnd Fürſten des Reiches die jenigen nicht geweſt/

(a) *Bodin. lib. 1. de Republ. c. 7.* (b) *lib. 1. de Republ. c. 9.* (c) *Confirmatio Pacis Publica Anno* 1495. § auch ſollen wir. (d) *Thuan. lib. 2. hiſtor.* (e) *apud Hortled. vol. 2. de Bello Germ. lib. 3. c. 19. n. 3.*

geweſt / die von erſten ſchutz vnd defenſif-Bündnüß / mit auswertigen Chriſtlichen Königen vnd Potentaten gemacht / vnd auffgericht. Zweiffeln auch nicht / da ein jeder Chur-Fürſt vnd Fürſt / in ſeinen Brief-verwahrungen vmſuchen läſſet / ſo werde er dergleichen auffgerichte alte Verſtändnüs darin nicht weniger / dann ſie / befinden.

Smalcaldici fœderis ſocii, & Galliæ, & Angliæ Regibus, ſocietatem certis conditionibus obtulerunt. (*a*)

Nec Elector Mauritius peccavit, quod cum Heinrico, Galliæ Rege; (*b*) nec hodiernus Elector Saxoniæ, & alii Principes ac Ordines, in Leges Imperii impegerunt, quod cum Regibus, Seciæ primum; deinde, ex parte, Galliæ quoque, ſeſe conjunxerint.

quibus principalior in fœdere locus aliquando relictus.

Idque adeo non prohibitum eſſe, duxerunt Germani Principes, ut etiam Exteris directorium fœderis, ac principaliores partes committere, non duxerint eſſe nefas.

Ita Proteſtantes, Smalcaldici fœderis patrocinium ac defenſionem, Angliæ Regi obtulerunt. (*c*)

Fœdere Chambortico, Heinricum, Regem Galliæ, Germani Principes ſuperiorem agnoverunt, ejuſque Majeſtatem comiter obſervare, ſpoponderunt, ac Belli gerendi Ducem communibus ſuffragiis creaverunt; ſiquidem Bodino credimus. (*d*)

Nupero quoque fœdere Heilbrunnenſi, Reginæ ac Regno Seciæ directio fœderis relicta fuit: Quod magnâ quidem petulantiâ inſectatus eſt Saxoniæ Elector, cum tamen

(a) *Sleidan lib.* 9. & 10. *hiſtor.* (b) *Sleidan. lib.* 24. *hiſtor.* (c) *Sleidan. lib.* 10. *hiſtor.* (d) *lib.* 1. *de Republ. c.* 7.

men ipſe Regiæ Suecorum Majeſtati, glorioſæ memoriæ, belli reliquiſſet directorium. (*a*)

Imo, non tantum contra tertium quemvis, ſed & contra ipſummet Imperatorem, Capitulationi ac Conſtitutionibus Imperii contravenientem, fœdera Principum ſeu Ordinum Imperii, juſta ſunt, & excuſantur. *Imò etiam contra Imperatorem.*

Si quis enim Romanorum Regum, vel Imperatorum, Statutioni & ordinationi Imperii contravenire voluerit, aut eam retractare, aut alio quovis modo violare præſumpſerit, extunc, tam ipſi Electores, quam cæteri Principes, eccleſiaſtici & ſeculares, Prælati, Comites, Barones, Nobiles, ac Communitates Sacri Imperii, univerſi & ſinguli licitam habent, ſine rebellionis aut infidelitatis crimine, reſiſtendi & contradicendi iis in perpetuum Libertatem: Vt ad verbum ſonat Jodoci Moravi Imperatoris, de Anno 1410. ſanctio. (*b*)

Imperator quidem in fœderibus plerumque expreſſis verbis excipitur, & excipiendus eſt: (*c*) Vt olim Proteſtantes, ad fœdus à Galliæ Rege ſollicitati, eum excipiendum dixerunt, adverſus quem nihil ſibi faciendum eſſet; (*d*) & in tractatibus cum Rege Angliæ, ſimiliter, Imperium & Cæſarem, cui fide atque jurejurando erant obſtricti, claris verbis exceperunt. (*e*) *non quidem regulariter.*

Quare Everhardus, Comes de Wirtenberg, cum An. 1360. Ligam cum Ducibus Auſtriæ,

(*a*) *Electoris obligatio de dato Torga 1. Sept. Anno 1631.* (b) *apud Goldaſt. tomo 3. conſtit. Imper.* 424. (c) §. *fin.* 2. *FF.* 55. (d) *Sleidan. lib.* 9. *hiſtor. Thuan. lib.* 2. *hiſtor.* (e) *Sleidan. lib.* 10. *hiſtor.*

ſtriæ, ſine exceptione Imperatoris feciſſet, eam poſteà inter concordiæ leges caſſare, eique renunciare, coactus eſt. (*a*)

Imò Imperator, ipsâ juris proviſione exceptus cenſetur: (*b*) Adeò ut inferior, qui fœdus adverſus ſupremum Principem percuſſit, crimen læſæ Majeſtatis incurrat. (*c*)

Quorſum etiam pertinet inſignis textus in Land-recht: (*d*) Wo Fürſten vnd Herren zuſammen ſchweren / ſie ſcheiden dann den Keyſer vnd das Reich daraus / ſo haben ſie wider das Reich gemishandelt.

Sed ſi poteſtate ſuâ abutatur.

Attamen non judaice, verùm civiliter hoc accipiendum eſt; Quatenus, nempè, ut ſuprà quoque diximus, Imperator eſt, Da ein Keyſer ſeiner autoritet ordentlich vnd nicht gewaltbar gebrauchet; Vt exceptionem iſtam in pacto confraternitatis poſitam, Proteſtantium Capita olim explicarunt. (*e*)

Quam explicationem licet, eo tempore, in dubium vocarint, Johannes & Albertus Marchiones Brandenburgenſes, (*f*) Sie ſeynd ſolcher geſuchten vnd erklügelten meynung/verſtand vñ deutung jhnen nicht geſtendig: Quantopere tamen iidem, neſcio cui parvo affectu hac in re indulſerint, ex eo liquet, quod præfatus Albertus, ſucceſſu temporis, cornua adverſùs Cæſarem erigens, hunc ipſum cauſæ ſuæ velandæ prætextum arripuerit, (*g*) Daſs in ſolchem werck er Jhre Mayt. Jhrer

(a) *Naucler. vol. 3. chronogr. gener. 46. Hieron. Mut. lib 25. Chron. German.* (b) *c. venientes De jurejur.* (c) *L. Paſtoralis in princ. de ſent & re judic.* (d) *lib 2. art. 1.* (e) *apud Hortled. vol. 2. de bello Germ. lib. 3. c. 17. n. 1.* (f) *apud Hortled. d. cap 17. n 11.* (g) *apud Hortled. d. vol. 2. lib. 5. c. 5. n. 1.*

Ihrer Perſon/Ambt/vnd dignitet halben/als Römiſche Keyſer vnd König/ nicht gemeinet/ noch wider dieſelben gethan/ſondern allein das habe handeln vnd widerfechten helfen/das dem heiligen Reich zuwider/auch jhm/ſamt andern Chur-Fürſten / Fürſten vnd Ständen des Reichs/ billig zu ändern/ vnd wider zubringen gebühret/nach dem er Ihrer Majeſtet fürnemlich allein/zu des Reichs wolfahrt/aber darwider gar nicht zugethan. Et alibi. (a) das er in ſolcher Kriges-übung/die Römiſche Keyſerliche Majeſtet/ als Römiſchen Keyſer / ausgenommen.

Nam Imperium ſimpliciter & perpetuò excipitur: Hinc, Anno 1360. in compoſitione, cum Duce Auſtriæ initâ, rectiùs & apertius, quam in tranſactione cum Everhardo Wittembergenſi factâ, cautum eſt; quod Dux omnem Ligam, in quâ non eſſet exceptum Sacrum Imperium, deberet abolere; (b) Imperator verò hactenus excipitur, quatenus ſe gerit, uti Imperatorem decet.

Si nempe poteſtate ſuâ minimè abutatur: Si nihil contra Religionem, ſi nihil contra Capitulationem, quam juramento confirmavit, ſi nihil contra Libertatem & Leges Patriæ fundamentales, aut ipſum Reipubl. Statum moliatur. (c)

Quod ſi ejuſmodi quid attentet, ne quidem Imperatoris, ſeu Cæſaris nomine dignus eſt: Imo Cæſaris nomen ei, antequam Bello petatur, abrogari, multimodis expedit.

G Rectè

(a) *Apud eundem lib. 6. cap. 2. num. 3.* (b) *Nauclerus & Mutius d. loco.* (c) *Bernh. Zieritzius in diſcurſu apolog. pro fœder Smalcaldico th. 100.*

Rectè enim, quiſquis fuit, Proteſtantibus adverſus Carolum V. conſultum ivit, (*a*) Es ſey von nöhten / daß ſie ihm den Keyſerlichen Titul abſtricken / vnd er genant werde / Ein König in Hiſpanien / vnd daß ſie laßen des Reichs Baner fliegen/vnd nennen ihren Krieg/ des Reichs Krieg / vnd das zu beſchützen/ für dem vnbilligen fürnehmen des Königs aus Hiſpanien. Wan ſie ihm dieſen Titul nehmen würden/ alsdan würde er geſchwächt vm zehen tauſend Mann/ vnd er/vnd ſeine Rähte/ vnd Volck/ darab ein erſchrecken haben.

Vnde Saxoniæ Elector, ſub initium Belli Smalcaldici contendit, eidem Carolo V. non eſſe tribuendum Cæſaris cognomen; alioqui cum eo belligerari non licere: Et obtinuit, ne Cæſar, ſed qui ſe pro Cæſare gerit, Carl/ der ſich den fünfften Römiſchen Keyſer nännet/ König in Hiſpanien / in denunciatione belli appellaretur. (*b*)

Tale fœdus fuit inter Electorem Saxoniæ, Bavaros fratres, Landgravium Haſſiæ, & Regem Galliarum, pro Patriæ Libertate, & Aureæ Bullæ defenſione initum, contra Carolum V. & Ferdinandum I. ejus fratrem: Cum Carolus, ut Imperium in Familiâ ſuâ firmaret, Ferdinandum, Regem Romanorum, Coloniæ renunciari curaſſet. (*c*)

Tale fœdus Smalcaldicum etiam, ex eventu fuit. Ex eventu, inquam; Nam ex primâ contrahentium intentione merè fuit defenſivum. Quapropter tabulis fœderis, Fœdus

(a) *apud Hortled. vol. 2. de bello German l. 3. c. 26. n. 3.* (b) *Sleidan. l. 17. hiſtor. Hortled. d. lib. 3. c. 28. n. 1.* (c) *Sleidan. l. 8. hiſt. lib. 2. Thuan. hiſt. Bernhard. Zieritz. d. diſcurſu theſ. 99.*

Fœdus hoc, non adverſus Cæſaream Majeſtatem, vel ullum Imperii Statum, ſed tantum ad conſervationem Chriſtianæ veritatis & Pacis, & propulſationem injuſtæ violentiæ, in caſu neceſſariæ defenſionis, ſancitum eſſe, Confœderati expreſsè teſtati ſunt. (*a*)

Tale etiam Fœdus à Mauritio ac Alberto, cum Heinrico II. Galliæ Rege, adverſus Carolum V. ictum eſt, pro Libertate communi conſervandâ. (*b*)

Talia etiam moderna Fœdera exſtiterunt. quibus defunctum Tyrannum impugnavimus: Quæ ſatis juſtâ de causâ, & legitimo modo quidem inita, ſed levitate. & inconſtantiâ hodierni Saxonis Electoris, parum conſtanter ſervata ſunt.

Et tantum quidem de jure Fœderum, ſingulis Ordinum competente: In quo puncto arctioribus cancellis ipſius Imperatoris, quam cujuſvis, ex Ordinibus, poteſtas concluſa videtur.

Imperatori in jure fœderum minor poteſtas, quam ſingulis Ordinum eſſe videtur.

Illud enim, quod Imperator paris in hoc paſſu conditionis cum Imperii Ordinibus ſit, & Fœdera, modò in Imperii præjudicium non tendant, perinde ac ſinguli Ordinum, inire cum aliis poſſit, (*c*) per Capitulationem Cæſaream correctum, & hæç quoque facultas illi adempta eſt.

Quippe illâ cavetur, quod Imperator nullum, neque cum Exteris, neque cum indigenis, abſque Electorum conſenſu, Fœdus inire poſſit, **Ihre Mayeſtet ſollen vnd wollen kein Bündnüs / oder Einigung / mit frembden Nationen / noch ſonſten im Reich machen / ſie hätten denn zuvor der ſechs Chur-Fürſten**

G 2 **willen**

(a) *Chytræus l.* 14. *Chron. Saxon.* (b) *Sleidan. lib.* 24. *hiſt.* (c) *per d.* § **auch ſollen wir.**

wiſſen ſämtlich / oder des mehrerntells aus ihnen erlangt. (*a*)

Quoad Ordines verò Imperii, antiquum hoc privilegium nuſpiam ſublatum reperitur, adeòque ſalvum, & in ſuo vigore adhuc durare, præſumitur.

Quod enim non mutatur, quare ſtare prohibetur? (*b*) Quodque ſpecialiter Lege non expreſſum eſt, id veterum Legum, Conſtitutionumque regulis, relictum intelligitur. (*c*)

SECTIO II.

Reinkingii objectiones.

COntra iſthæc quæ diximus, Reinkingius aſtruere nititur: (*d*) Quod ſolus Imperator habeat jus guerræ, ſeu Belli publici, pro Imperii totius ſalute, indicendi, gerendive; ſed tamen ex conſilio & ſuffragio Procerum.

Imperatorem quidem, antequam Bellum indicat, convocatis Imperii Ordinibus, de eo deliberare, &, cum eorum conſenſu, bellum indicere debere: Non tamen id ejus Majeſtatem imminuere.

Nam I. non imbecillitatis hoc, ſed prudentiæ eſſe argumentum, quod Bella, quæ communi periculo, & communi ſumptu geruntur, etiam communi conſenſu ſuſcipiantur: Quò ad Hoſtem, tanquam commune incendium arcendum, alacriores Cives concurrant. Quod ſi Imperator, neglecto Procerum conſenſu, Belli facem accenderet, poſtea, invitis canibus, difficile ipſi foret, ire venatum.

II. Or-

(a) *Capitulatio Ferdinandi II.* §. Ihr Mayt. ſolten vnd wolten (b) *l.27. C. de teſtam.* (c) *l.32.* §. *ult. C. de appellat.* (d) *lib.1. cl.2. cap.2. n. 129. & ſeq. & cl.5. c.6. n.123.*

II. Ordines Imperatori conſentire, non tanquam ſuperiores, vel æquales Dominos, ſed tanquam pia membra ejuſdem Capitis, cum humillimâ quadam ſubjectionis conteſtatione. Vnde in Receſſibus Imperii verba iſta, Stände haben / zu einer eilenden hülfe / vnterthäniglich bewilliget/ (a). Habens Vns/ vnd Vnſerm liben Bruder/ zu vnterthänigſtem gefallen/ eine eilende hülfe bewilliget/ (b) Haben bewilliget ſich aller vnterthänigen / getrewen / Chriſtlichen Gehorſam vnd gebühr zu erzeigen/ vnd zu halten/ (c) Haben der Keyſerlichen Majeſtet vnd Vns / zu vnterthänigem gefallen/ gutwillig vnd gehorſamlich ſich in die hülfe eingelaßen. (d)

III. Idem in Galliâ, Angliâ, Poloniâ, & aliis Regnis, quæ tamen Monarchiæ Majeſtatem ob id non amittant, fieri, Reinkingius ſibi perſuaſum habet.

Reſponſio noſtra ad primam.

Sed nos ad primum illud reſpondemus, diſtinguendo ea, quæ Reinkingius confundit: Vtile, nempe, & honeſtum à neceſſario.

Alia enim quæſtio eſt; Vtrum Procerum conſenſus de honeſtate tantùm, an verò de neceſſitate requiratur? Vtrum ſolummodo utilis ſit, ut tamen, eo omiſſo, actus in ſuo robore nihilominùs perſiſtat; an verò ita neceſſarius, ut, eo omiſſo, actus vitietur?

In omni, etiam monarchico, Statu, ad Bellum indicendum Subditorum adhibe-

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1541. § darneben. (b) *Ibid.* § Vnd wiewohl Chur-Furſten (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1542. § Vnd wiewol dieſe (d) *Ibid* §. *ſeq. & Receſſus Imperii de Anno* 1566. §. über voriges haben Vns.

hibere conſenſum, conſultum ac utile eſt: Imò & honeſtum.

Nam cum ii, non modò facultates omnes, verùm etiam vitam & ſanguinem in Bella profundant, æquiſſimum eſt profectò, ut, priuſquam ſuſcipiatur bellum, ejus rei conſilia cum ipſis communicentur. Deinde, quando Reges, de communi Populi conſenſu, rem gerunt, & ſunt potentiores, & ab Hoſte magis metuuntur: (*a*) Populique voluntate & aſſenſu interveniente, creſcit robur ac potentia Regum, & major eſt ipſorum autoritas, ac feliciores progreſſus. (*b*)

Sed ejuſmodi cum Subditis deliberatio, Majeſtatem Principis nil quicquam imminuit.

Aliud longè eſt, ſi dicamus, conſenſum Procerum ad Bellum eſſe neceſſarium, ita, ut Principi manus planè vinctæ ſint: Hæc enim res vim Imperii & Majeſtatem ipſam concernit. Nec prudentiæ ſolum, ſed & imbecillitatis argumentum eſt in Imperatore noſtro, quod is Ordines Imperii, ſuper indicendo Bello, neceſſario conſulere debeat: ac, ſine eorum conſenſu, Bellum non tantum ſuſcipere non poſſit, ſed &, quicquid illi ſtatuerint, nolens volens ſequi teneatur.

Illud namque negamus, & pernegamus, Ordines Imperii ejuſmodi eſſe canes, quos Imperator, etiam invitos, venatum ducere poſſit; & talia membra, ac velut caudas, quæ, etiam inconſulta, Imperatorem, tanquam Caput, quocunque is antecedat, ſequi teneantur.

Ad ſecundam. Ad ſecundum reſpondemus; totum conceden-

(a) *Cominaus l.* 10. *Comment.* (b) *Idem l.* 5. *Comment.*

cedendo argumentum: Siquidem verba ipſamet rei, & Germanici ſtyli idioma Ordinum juribus præjudicare potis eſt.

Quinimo ex verborum tenore, abſolutum Imperatori dominatum largimur: Cum in Receſſibus Imperii, & Communi ſcribendi ſtylo, Ordines, ultra modum, ſerviliter ſæpius ſeſe demittant, ac Imperatorem, quaſi aliquem in terris DEUM, abſolutâ poteſtate, venerentur.

Sed, quomodocunque verba ſonent, conſenſus iſte, ex naturâ Comitiorum judicandus eſt: Quæ precarium nil tolerat.

Nec, tertiò, aliorum Regnorum exempla nos movent. *Ad tertiam.*

Nam Parlamenta à Regibus quidem conſuli; & cauſas Belli, utrumne ſatis prægnantes ſint, annon, ab iis diſcuti; quo, cognitâ juſta Belli cauſa, Populus, ad onera Belli ſuſcipienda, eo promptior & alacrior ſit, non diffitemur.

Ita Carolo V. Regi Francorum, illi, qui Sapientis nomen adeptus eſt, Optimatum ac Populi, quorum opibus utendum erat, autoritate & conſilio, Bellum adverſus Anglos geri placuit: Itaque univerſos in Curiam Pariſiorum convocari juſſit, teſtatus, ſe eorum conſiliis & ſapientia opus habere, ut, quæ à ſe minus ſapienter geſta fuiſſent, eorum animadverſione caſtigarentur; Bellumque, eo conſilio decretum, felici exitu confectum eſt. (*a*)

Sed conſenſum hunc Parlamentorum ita neceſſarium eſſe, ut Regum, in Bellum ruentium, impetus ab illis refrenari poſſit, his locis, quæ ex Cominæo Reinkingius citat, quæque de honeſto & utili tantum loqui, ipſe contextus docet, haud unquam perſuadebimur.

 Et

(a) *Bodin l. 3. de Republ. c. 1.*

Et certè, quod ad Galliam attinet, tempore Caroli IX. Senatuſconſultum, in familiari, ſeu privato Regis conſilio factum eſt, quo Curia Pariſiorum prohibetur, Edicta, quæ deinceps à Principe publicanda mitterentur, in dubium revocare. *(a)*

De Poloniâ tamen libenter concedimus: Nam in Poloniâ Rex, Senatu inconſulto, neque Bellum cuiquam facit, neque fœdus publicum cum quoquam icit: Imo Lege cautum eſt, quod non liceat Regi bellum facere ſine Comitiis, & aſſenſu ampliſſimi Conſilii. *(b)*

Sed ejuſmodi poteſtatem, qualem in Poloniâ Rex habet, Imperatori Romanorum non invidemus: Illa enim anguſtis admodùm circumſcripta eſt cancellis; &, re penitiùs inſpectâ, Ariſtocratium in Poloniâ regimen eſſe, ſed, ratione adminiſtrationis, monarchico temperamento ex parte mixtum, verius eſt.

CAPUT X.

De ſuprema juriſdictione.

SECTIO I.

QUartum ſpeciale Jus Majeſtatis eſt ſuprema juriſdictio, & extrema Provocatio: De qua utraque maximè dubium; Imperione, an Imperatori attribuenda ſit?

Suprema Iuriſdictio, ex Legiſtarum opinione, Cæſaris

Et in hac quidem controverſia, ſi veterum Legum normam, ſi plus, quam decretoria Legiſtarum placita ſequamur, indubiè illam Imperatori ibimus aſſertum.

A Principe enim appellare fas non eſt: Cum

(a) *Bodin. d. loco.* (b) *Cromerus l. 2. in Polonia, Statuta Poloniæ à Ioh. Herburto à Fulſtin, edita, tit. Bellum.*

Cum ille ſit, qui provocatur. (*a*) Imperator, ex illorum opinione, fons eſt omnis dignitatis & juriſdictionis, ex quo ſolo omnis poteſtas territorialis, ſuperioritas & juriſdictio pullular, profluit, & promanat, ad eundemque refluit. (*b*)

propria eſt.

Quam ad rem, cui oleum & operam perdere placuerit, innumera penè ex Doctoribus cumulare liceat: Nam in hoc fundamento, quod ſuprema Iuriſdictio Imperatoris propria ſit, omnes convenire crediderimus.

Sed ſi paululum evagemur, & exactiùs in materiam hanc ſupremæ Iuriſdictionis inquiramus, atque ad ſpecialia progrediamur; (prout materiæ hujus ubertas & difficultas, ſi rectè, & ex fundamento eam cognoſcère velimus, non ſuadet modò, ſed urget) variè eos ſentire, & valdè inter ſe diſſentire, comperiemus.

Nam, communiter quidem Doctores, poſt Cameram (quæ, ſine controverſia, ſupremum Imperii tribunal eſt) conſtitutam, concurrentem, cum eadem, Imperatori juriſdictionem tribuunt; & aſſerunt: Quod cauſæ ad Cameram juriſdictionem pertinentes, non hoc ad eam modo pertineant, ut neceſſariò ibi tractari debeant; ſed quod etiam, coram Imperatore, & Senatu ejus aulico, dem Reichs Hof-Räht proponi ac ventilari poſſint, quodque per præventionem, & Aula Cameram, & hæc illam, excludat.

quam & concurrentem habet cum Camera.

Potiſſimum eorum fundamentum eſt: Quod ſuprema Iuriſdictio ipſius Imperatoris propria eſt, &, ante Cameram conſtitutam, indubitatò propria, neque unquam ab

G 5

(a) *l. 1. §. 1. à quibus appell. non lic.* (b) *ex Baldo & aliis, Reink. lib. 1. cl. 5. c. 2. n. 3. 4.*

ab Ordinibus in controverſiam vocata, omneſque cauſæ in Aula Imperatoris, **beim Reichs Hofrath** / dijudicatæ fuerint. Sed poſtea ab Imperatore Maximiliano I, anno 1495. cum conſilio Electorum & Ordinum, Iudicium Cameræ inſtitutum, eique potiſſimam juriſdictionis Cæſareæ partem eſſe conceſſam. Id tamen non alio, quam mandati jure factum.

De mandatâ autem juriſdictione jus vetus, quo nimirum concedens juriſdictionem, non totam à ſe abdicaſſe, ſed ita communicaſſe intelligitur, ut non tantum ſummâ poteſtate privatus eſſe, non cenſeatur; ſed etiam cum iis, quibus mandata eſt juriſdictio, ſive anticipando, ſive concurſu, & avocatione concurrere poſſit, etiam hoc tempore obtinere.

Quinimo Magiſtratum, mandando juriſdictionem, etſi velit, juriſdictionem prorſus à ſe abdicare, & eam amittere non poſſe: In ſpecie vero Imperatorem, poteſtatem, quam habet, à ſeſe abdicare non poſſe, ſed communicare ſaltem; aſſumendo alios in partem ſollicitudinis. *(a)*

Nam & Cameram aſſumptam à Maximiliano in partem laboris & ſollicitudinis, non conſtitutam in plenitudinem ſeu exſtinctionem poteſtatis; nec ideo, ut Imperatoriæ Majeſtati derogaretur, ſed ut moleſtiarum judicialium ſarcina illi minueretur, introductam. *(b)*

Nec ſanè ſentire aliter poſſunt, qui de Imperatore, ut vulgo, adeo magnificè ſentiunt: Nec enim video, inquit Heigius, *(c)* ſi conſtare

(a) *Paurmeiſt. l. 2. de juriſd. c. 6. n. 72. & ſeq.*
(b) *Autor Relationis Donaverdica pag. 96.*
(c) *illuſtr. quaſt. parte 1. quaſt. 9.*

ſtare Imperatoris autoritatem volumus, quomodo, ſine violatione ejuſdem, aliud (quam quod Imperator adhuc ſupremam & concurrentem, cum Camera, jurisdictionem habeat,) dici queat?

Quo eodem modo Saxonici Legati Dn. Camerario reſponderunt, (a) Wan Jhre Mayeſtet nur in zwey oder drey conſervatis caſibus, zu judiciren hätten / was es für ein Keyſer seyn würde? Dan es were ja ein Keyſer / nicht Ehrenhalben allein / ſondern das Haupt in Reich / vnd hätte den Ständen zu gebieten / vnd ſie zu entſcheiden.

Notoriam, præter hæc obſervantiam inprimis allegant: Ex quâ quæſtio hæc merito decidenda ſit.

Hinc, ceſſante Camera, quemadmodum Anno 1500, (b) & pluries deinceps, factum, Iudicia in Aula Cæſarea exercita eſſe, tradunt: Id quod fieri haud potuiſſet, ſi Imperator juriſdictionem planè à ſe abdicaſſet.

Et, ad hanc obſervantiam probandam, præter innumera alia Reſcripta ac præjudicia, maximè urgent Maximiliani I. reſcriptum quoddam, ad Ordines Imperii de Anno 1500. in cauſa Capituli Trevirenſis, contra Comitem de Viernburg; deinde textum è Receſſibus Imperii de anno 1512. & tranſactionem denique Paſſavienſem.

Communi huic, de concurrentia juriſdictionis, Doctorum opinioni, alii quidam, pauciores tamen, directo refragantur:

G 6 Alii

(a) *ut ab eodem relatum eſt ad Electorem Palatinum de dato Fulda 24. Iul. anno 1608. Lundorp. tomo 2. actor. publ. lib. 2. tract. 5. p. 541.*

(b) *Ordinatio Cameræ de anno 1500. in princ.*

AliiCæſaream indignationem veriti, quia hæc, circa offenſam Aulici Senatus, fundamentaliter examinari vix poſſe videtur, calculum ſuum ſuſpendunt. Sed hi eo ipſo, quod ſententiam ſuam explicare non audent, negantibus propiores ſunt: Quibus etiam nos, quanquam ex diverſo ab his fundamento, inferiùs accedemus.

Præter hanc verò quæſtionem, in aliis adhuc articulis, circà jurisdictionem Cameræ, Doctoribus Juris non ſatis convenit.

Camera an à ſolo Cæſare, vel eo & Ordinibus ſimul, juriſdictionem habeat, dubium.

Sunt, qui aſſerant, quod Iuriſdictio Cameræ à ſolo Imperatore, & non conjunctim ac ſimul, ab ipſo & Ordinibus tributa ſit. (*a*)

Mox verò Cameram hanc, tam ab Ordinibus Imperii, quàm à Cæſare eſſe conſtitutam, & adhuc continuari, ajunt: (*b*) Neque à ſolo Cæſare, jure Majeſtatis vel Poteſtatis Regiæ, ſed à Cæſare & Ordinibus conjunctim, uſitatâ conventionis viâ, accepiſſe juriſdictionem; (*c*) Et ideò, non Principis tantùm Conſiſtorium eſſe, ſed totius Imperii: (*d*) Nec ſolum Imperatorem repræſentare, ſed omnes Imperii Ordines. (*e*)

Id quod veriùs eſſe, ſuo nos quoque loco oſtendemus.

Vlteriùs plerique Cameræ juriſdictionem ordinariam eſſe ſcribunt; Alii mandatam, ſeu delegatam illi aſſignant.

Et

(a) *Paurm. lib. 2. de juriſd. cap. 6. num. 18. & ſequentib. in poſter. edit.* (b) *Gail. lib. 1. obſ. 42. num. 4.* (c) *Paurm. lib. 2. de juriſd. cap. 5. num. 19. edit. prior.* (d) *Ex Ioh. Tilem. de Penig. Paurm. lib. 2. de juriſd. cap. 6. num. 252. edit. poſter.* (e) *Gilmann. deciſ. 46. num. 14.*

Et nobis quoque Iuriſdictioni Camerali, mandatæ melius, quam ordinariæ juriſdictionis propria & requiſita, convenire videntur: Non tamen, ut ea à ſolo Imperatore, ſed à toto Imperio, & omnibus Imperii Ordinibus, Cameræ mandata intelligatur. *Camera juriſdictio mandata, non ordinaria eſt.*

Nam, mandatâ juriſdictione, non ipſum jus & poſſeſſionem juriſdictionis à ſe abdicat mandans; ſed tantùm adminiſtrationem, & exercitium ejus alteri confert. Et is, cui mandata eſt juriſdictio, dicitur quidem habere juriſdictionem; *(a)* non ſuo tamen jure, ſed alieno beneficio: *(b)* Dicitur, juriſdictione uti; ſed ejus, qui mandavit: *(c)* Iuriſdictionem exſequi; ſed alienam: *(d)* Fungitur vice ejus, qui mandavit, non ſua; *(e)* nec pro ſuo Imperio agit, ſed pro eo, cujus mandatu jus dicit. *(f)*

Sic quoque Camera ac Camerales, non ſuo jure, ſed Imperii beneficio, juriſdictionem univerſalem habent; Imperii vice funguntur, ac Imperium totum repræſentant: Ut paullò poſt latiùs videbimus.

II. Qui ſuo jure, non alieno beneficio, juriſdictionem habet, mandare eam alii poteſt: *(g)* Is verò, cui mandata eſt juriſdictio, idipſum non poteſt. *(h)*

Atqui Cameræ, nec univerſum jus, ſibi tributum, alii mandare, nec vel unius, vel aliquot cauſarum integrum judicium delegare, permiſſum eſt: Sed actus tantummodò

(a) *lib.4. §. fin. de off. Proconſ.* (b) *lib.5. de juriſd.* (c) *lib.2. §. 1. de off. ejus, cui mand. eſt juriſd.* (d) *lib.3. eod.* (e) *lib. 16. de juriſd.* (f) *lib.3. de off. ejus, cui mand. eſt juriſd.* (g) *lib.5. de juriſd.* (h) *lib. 1. pr. & l. ult. pr. de off. ejus, cui mand. eſt juriſd.*

dò quoſdam judicii particulares, ad probationem pertinentes; quales ſunt, teſtium examinatio, inſtrumentorum ac privilegiorum tranſſumptio, ocularis locorum inſpectio, *&c.* (*a*)

III. Juriſdictio ordinaria ad nutum concedentis revocari non poteſt: Mandata vero juriſdictio, pro lubitu mandantis, revocatur.

Quemadmodum Cameræ quoque juriſdictio, non quidem ad nutum ſolius Imperatoris, ſed univerſi Imperii arbitrium, in totum, vel pro parte, eſt revocabilis. (*b*)

IV. Quia ab eo, cui mandata eſt juriſdictio, non appellatur is, qui eam mandavit: (*c*) ne ab eodem idem appelletur: (*d*) Rectè quoque à Camera ad Imperium interdicta eſt appellatio.

Quod ſi Cameræ ordinariam & propriam tribuamus juriſdictionem; aut ea inferior ſit Imperii juriſdictioni, eique ſubjaceat, neceſſum eſt: Et tunc à Camera perinde, atque ab alio Iudice ordinario, ſed inferiore, concedetur appellatio. Aut par & æqualis; & ſic ab Imperio revocari non poterit: Quia par in parem non habet Imperium. (*e*)

Sectio II.

Atque hæc, quaſi præambuli loco, non eo modò fine adduximus, ut appareat, quam variè Doctores in materia hac ſentiant,

(a) *Paurmeiſt. l.2. de juriſd. d. cap. 6. num. 258.* (b) *arg. l.58. de judic. Paurm. cap. 6. n. 257.* (c) *l. 1. §. 1. Quis & à quo appell.* (d) *c. non putamus. de Conſuet. in 6. c. Rom. in princ. De appellat. in 6.* (e) *l.4. de rec. arbitr. l. 13. §. penult. ad Sc. Trebell.*

tiant, quamque parum (cum ſibimetipſi non conſtent) illorum autoritati, ac approbatæ communiter opinioni, tribuendum ſit: Verum etiam ideo, quia non parum luminis, ad obſcuram hanc materiam, in ſubſequentibus ſubinde illuſtrandam, collatura nobis videntur.

Jam, ut ſine ulteriori circuitu rem ipſam aggrediamur, ſuperiora, quæ de ſupremâ in Imperio juriſdictione, & Imperatore, tanquam fonte omnis juriſdictionis, ex Legiſtis adducta ſunt, ſi Legum antiquarum, ſeu Iuris Civilis tenorem, ac Imperii, ſub Latinis Græciſque Imperatoribus, Statum, qui verè monarchicus fuit, reſpiciamus, haud malè dici; ſed ad noſtrum Imperii Statum perperam applicari, remur.

Nam Imperatores iſti à noſtris, de quibus ſermo jam eſt, & antiquum Imperium à noſtro, toto cœlo diſtant.

Antiqui iſti Auguſti, ſine dubio fons omnis juriſdictionis appellari merentur: Adeoque, cuicunque juriſdictionem conceſſerunt, illis, non modo æqualem, ſed & ſuperiorem retinuerunt juriſdictionem; nec tantum per præventionem cum his concurriſſe, dicendi ſuut, verum lites quoque ſemel cœptas ab iis avocare, imo univerſam illis rurſus adimere juriſdictionem potuerunt. *Suprema juriſdictio antiquorum Imperatorum fuit.*

Quantumcunque enim ſit Imperium, quod alteri tribuitur, minus tamen eo eſt, quod, jure Majeſtatis, Princeps ſibi reſervavit: Nec unquam ſpoliatus ſummâ poteſtate cenſetur; quin earum rerum, quas Magiſtratibus, Curatoribuſve attribuit, cognitionem, ipſe, ſive anticipatione, ſive concurſu, ſive avocatione ſuſcipere, omnem-

omnemque poteſtatem, Magiſtratibus conceſſam, eripere iis ſuo jure poſſit. (*a*)

Id quod ad noſtros Imperatores applicare, mali exempli foret: Quam differentiam Vniti Principes Cæſari Rudolpho recte in memoriam revocarunt. (*b*) Es ſey ſich / dis orths / mit der juriſdiction vnd Rechten / wie ſie die Lateiniſchen Keyſer gehabt (welche / dero gutachten vnd gelegenheit nach / vnd pro ſuo arbitrio, Leges & Conſtitutiones, Gericht / Iuriſdictiones, Commiſſiones, avocationes, geordnet / geändert) allerdings nicht auffzuhalten / alldieweil Keyſerliche Mayt. guts wiſſen habe / daß es mit dem Teutſchen Reich / deſſen ſtand / glidern / vnd vnterthanen / eine groſſe Vngleichheit / gegen den alten Lateiniſchen habe / vnd haben ſolle.

Etiam in Germania, durante ſucceſſione; introducta verò electione, Cæſarum poteſtas imminuta.

Antiquorum tamen Auguſtorum veſtigiis, etiam Germanos noſtros Imperatores, quamdiu hæreditarium Imperium, & per ſucceſſionem delatum fuit, inſtitiſſe, negandum non eſt.

Sed, poſtquam Majeſtas Imperii, deficiente ſtirpe, quæ ſucceſſorio jure eam ſibi vindicaret, ad Ordines Imperii, tanquam vacans, delata eſt, & illi, per electionem, Caput ſive Imperatorem, impoſterum conſtituendum eſſe, decreverunt; accidit, id quod, in ejuſmodi caſu, plerumque accidere ſolet, Vt, quæ ante monarchia & penè illimitata erat poteſtas, eam Proceres pro

lubi-

(*a*) *ex Alexandro, Panormit. & Felino Bodin. lib. 1. de Republic. cap. 8.* (b) *in literis ad eundem in puncto gravaminum de dato* Schwäbiſchen Hall *Anno* 1609. *& in Propoſit. Chriſtiani Principis Anhaltini facta Praga 8. Iul. Anno eod.*

lubitu coarctarent; & , cum in ipſorum arbitrio eſſet, Imperatorem eligere , quemcunque vellent , eidem etiam Leges præſcriberent, quaſcunque vellent,

Majeſtatis jura. Hinc factum eſt, ut Majeſtas illa antiqua paulatim imminueretur , & potiſſima Majeſtatis Jura , tractu temporis , ab Imperatore ad Imperium ac Imperii Ordines , qui Imperatori , à ſe electo , quantum ipſis lubitum erat, tribuere , ac , quantum è re ſua viſum , ſibi reſervare poterant , facerent tranſitum.

& in ſpecie ſuprema Iuriſdictio Cæſari adempta. Inter quæ, ſupremam etiam Iuriſdictionem, Imperatori ademptam , Imperioque reſervatam, audacter aſſeverârim.

Vulgaris tamen juriſdictio eidem ab Imperio iterum mandata. Cum tamen de omnibus , etiam parvi momenti , cauſis cognoſcere , faſtidioſum Imperii Proceribus videretur , imò & moleſtum ac oneroſum nimis eſſet, judiciorum privatorum cauſa , frequentius ſolitò convenire , magnoſque facere ſumptus , Iudicium autem ejuſmodi continuum (quale ante ſeculum , & quod excurrit , ſapientiſſimè conſtitutum eſt) nondum eſſet excogitatum ; Juriſdictionem quidem generaliter Imperatori mandavit Imperium : Nobilior tamen ejus pars , quæ ipſam Majeſtatis vim continet , & ſecreta Imperii tenrat , nempe , Judicium de cauſis illuſtres Perſonas , ſeu Principes , concernentibus , illibata apud Imperium & Imperii Principes permanſit.

Hinc duplex Iudicium. Hinc duplex in Imperio ortum eſt Judicium. Alterum de cauſis & rebus vulgarium perſonarum : Alterum de cauſis , illuſtres Perſonas , ſeu Principes , concernentibus.

Prius illud jam olim quoque vocitatum fuit,

Prius vulgarium perſonarum, das Cammergericht.

fuit, das Camer-gericht / (*a*) ejuſque Præſes, ut nunc, ita olim quoque dictus, der Camer-Richter.

Nam Carolus IV. jam tum in Aurea Bulla (*b*) ſanxit; quod partibus liceat, ad Imperialem duntaxat Curiam, & tribunal, ſeu Iudicis, immediatè, in Imperiali Curia, pro tempore præſidentis, audientiam appellare, daß ſie am Keyſerlichen Hof-Gericht/ oder in des Cammer-Richters offner audientz vnd Verhör/ ſich zubeklagen haben.

Judicium autem iſtud antiquitus non ſemper patuiſſe, nec continuum, ſed certis & ſtatis tantummodò temporibus, & plerumque in Comitiis fuiſſe celebratum, Paurmeiſterus ſtatuit. (*c*) Sed malè: Vti ex vetuſtâ Friderici Imperatoris conſtitutione, Anno 1236. facta, (*d*) apparet; quâ cautum eſt, daß der Reichs HofRichter / ſolle alle tage zu gericht ſitzen / ohn den Sontag / vnd die heiligen tage.

quod Imperator exercuit.

Et, in hoc quidem Iudicio, Imperatoris ſolidam fuiſſe cognitionem, eumque, quos vellet, Aſſeſſores, etiam ignobiles, adſciſcere po-

(a) *Vt in literis Frider. Imper. ad Heinric. Ducem Bavariæ de dato* New Stadt an *S. Bartholomaeus* abend / *Anno* 1448. *apud Lundorp. tomo* 2. *actor. publ. lib.*1. *tract.*2. *p.* 17. *in ſententia, ab eodem An.* 1472. *lata, apud Autorem inform. Donaver. parte* 1. *inter Documenta n.*12. *In ejuſdem conſt. & ord. Pacis Publicæ ad quadriennium de An.* 1471. §. 9. *apud Goldaſt.* der Reichs-*conſtitutio*, *reformation*, ordnungen vnd außſchreiben *p.*121. (b) *tit.*1. (c) *lib.*2. *de juriſd. c.* 6. *n.*22. *edit. poſter.* (d) *c.*24. *apud Goldaſt.* der Reichs-*conſtitution*, *reformation*, ordnungen vnd außſchreiben *p.*24. & *Lundorp. d. l. p.*18.

potuiſſe, nec hos alio, quam propriè dicto-rum Aſſeſſorum, munere functos, hoc eſt, conſilio tantùm ſuo inſtruxiſſe Imperatorem, forſan evincent iſti, qui pro Cæſaris autoritate tantoperè moliuntur.

Iuriſdictio tamen Imperii fuit.

Sed quanquam Imperator, de omnibus iſtis cauſis (vi, nempè, mandatæ ſibi juriſdictionis) ſolus cognoſceret; Juriſdictio tamen, eo quoque tempore, non ſolius Imperatoris propria dicta eſt, ſed Imperatoris & Imperii.

Vnde appellationes, non ad Imperatorem tantum, ſed ad Imperatorem, & Sacrum Imperium interpoſitæ leguntur. (*a*) Ad Imperium quidem principaliter, abſolutè, & ſuo jure; ad Imperatorem vero minus principaliter ac reſpectivè, tanquam, ſcilicet, Imperatorem, reſpectu & beneficio Imperii: Nam ita hæc duo; quotieſcunque conjuguntur, ſemper explicanda veniunt.

Alterum, Iudicium Principum, **das Fürſten-Recht.**

Alterum Iudicium circa cauſas, Illuſtres Perſonas, ſeu Principes, concernentes, occupatum fuit: Quod dicitur, **das Fürſten-Recht/** (b) **ein Deutſch Recht/ vnd mit Deutſchen Fürſten beſetzt.** (c)

Idque Iudicium diverſum planè: à Iudicio Camerali, ſeu aulico, olim quoque fuit: Vt antiqua Friderici Imperatoris ordinatio (*d*) apertè tradit; qua cavetur, **daß der Hof-**

(a) *in Conſt. Imper. Ruperti, de vicariatu Imperii Germanici*, § 4. *apud Goldaſt. tomo* 1. *conſtit. Imper. p.* 382. (b) *in ſententia Imperatoris Sigiſmundi de Anno* 1431. *apud Autorem Informat. Donaverd. d. l. inter documenta num.* 21. *&* Lundorp. *d. l. p.* 16. (c) *In ſecunda ejuſdem ſententia Conſtantiæ Anno* 1417. *lata apud* Lundorp. *d. l. p.* 12. (d) *apud Goldaſt. d. l. &* Lundorp. *d. l. p.* 18.

Hof-Richter ſolle die leute richten / die ihm klagen/ von allen leuten / ohne Fürſten / vnd andere hohe leute / wo es gehet an ihr leibe/ oder an ihr recht / oder an ihr erbe / oder an ihr ehre/das wollen Wir ſelber richten.

Imò adeò nihil id commune cum Iudicio aulico antiquitùs habuit, ut etiam Præſes Iudicii aulici in eo egerit Procuratorem. Ita enim Conſtantiæ, Anno 1417. coram Sigiſmundo Imperatore factum. ſtund im gerichte/ der Edel / Graf Güntur von Schwartzenburg/ Herr zu Ramß / Königlicher Hof-Gerichts Hof-Richter / Hertzog Ludwigs / der auch gegenwertig daſelbſt ſtund / fürſprach/ vnd ſprach von deſſelben Hertzogs Ludwigs wegen. (a)

Vt verò Iudicium hoc locum habeat, duo junctim neceſſaria ſunt.

I. Vt ii, qui conveniuntur, ſint Germani principes, Imperio ſubjecti, daß es Teutſche Fürſten ſeyen / vnd zum Reich gehören. (b)

II. Vt cauſa concernat eorum vitam, famam, aut bona feudalia, daß es antreffe ihr leib/ ehre / oder die Lehen des Fürſtenthums: (c) Bona enim non quævis, ſed feudalia tantùm, in Germaniâ ſita, huic privilegio locum faciunt, daß die ſache vmb des Reichs Lehen ſey / die in Teutſchen Landen gelegen. (d) Quod

(a) *In prima ejuſdem Sigiſmundi ſententiâ Anno* 1417. *lata apud Lundorp. p.* 12. (b) *Ejuſdem ſecunda ſententia Conſtantiæ Anno* 1417. *lata apud* Lundorp. *d. loco.* (c) *Conſtitutio Electorum ac Principum Baſileæ cum Imperatore Sigiſmundo facta apud* Lundorp. *d. l. p.* 22. (d) *Sigiſmundi Imperatoris ſecunda ſententia Anno* 1417. *lata apud Lundorp. d. loco.*

Quod ſi ex pecuniario debito, vel alia cauſa Principes conveniantur, ceſſat hoc eorum privilegium, Wåre / ob man einen Fürſten fürlůde/um ſpruch/es were um geldſchuld/ oder um güter/die nicht Lehen weren: Da mag man jhm das Fürbot ſchicken / bey einem Grafen/ Ritter oder Knecht. vnd wan ein Fürſt alſo fürgefodert wird / um ſpruch/ geldſchuld/oder um güter/ die nicht Lehen ſind / ſo iſt man jhm nicht ſchuldig mehr / dan ein Fürbot / zuſchicken. Es mag auch vnſer Herr Keyſer darum niederſetzen / ſeine Grafen / Herren/ Ritter oder Knecht. *(a)*

Ipſe verò Proceſſus ut validus ſit, ſequentia in illo ſervanda ſunt. *Requiſita Proceſſus in hoc Iudicio.*

I. Princeps, qui reus ſit, ter citandus, primaque citatio per alium quendam Imperii Principem inſinuanda eſt, Man ſoll jhm drey ſtund verkünden/ vnd das erſte Fürbot ſchicken bey einem Fürſten/ er ſey Geiſtlich oder Weltlich/oder bey einem gefürſteten Abt: Die andern zwee Fürbote mögen jhm antworten/ ein Graf/Herr / Ritter oder Knecht/ der des Reichs Man iſt/vnd auch ſein tag verkünden/ als recht iſt. *(b)*

Ita, ad inſtantiam Henrici Palatini, Ludovicus à Sigiſmundo Imperatore citatus eſt, per Marchionem Badenſem, Haben jhn/von klage wegen des Hochgebornen/Heinrich/Pfaltz/Grafen bey Rhein/&c. mit Vnſerm Ladbrief / mit Vnſeren Königlichen Mayt. Jnſigel verſigelten/ vnd jhm durch den Hochgebornen/ Bernharden / Margrafen zu Baden / geantworten/ für Vns / in Vnſern Kö-

(a) *d. Conſtitutio Electorum ac Principum apud Lundorp. d. loco.* (b) *Eadem Conſtitutio apud Lundorp. ibid.*

Königlichen Hof / nächſt geladen / vnd fürgeheiſchen. (*a*)

Et hoc eſt, quod dicitur, Die Fürſten des heiligen Reichs fürfordern / vnd laden / als ſolcher Fürſten / Fürſtenthumb / Regalia, vnd des Reichs recht iſt. (*b*)

Vnde citationis, non legitimæ factæ, exceptio: Quâ Heinricus, Dux Bavariæ, uſus, in judicio reſpondere recuſavit, Es ſey eine gerechtigkeit / auch mit löblicher gewohnheit in dem Reich hertommen / daß / wer mit Fürſten zuſchicken habe / vnd ſie vor Ihre Mayt. dem Keyſer rechtfertigen wolle; Nemlich in ſachen / die jhre Land / Leute / Fürſtenthumb / vnd Königliche Lehenſchaft / oder jhr leib / oder ehr anreffend ſeyn: Daß die ſelben Fürſten durch keine andere Perſonen / dan durch jhre genoſſen / zu Rath gefördert / geladen / vnd jhnen Ihre Mayt. Königliche Ladung verkündigt werden ſolle. Daß aber der Hoch-geborne Fürſt / Herzog Albrecht / nicht angeſehen / ſondern habe die zwo Ladung von Ihr Keyſerlichen Mayt. wieder Herzog Heinrich bewerben / nicht durch Ihr F. Gn. Genoſſen / ſondern durch viel vnd mittels geringer Perſonen antworten laſſen: Dadurch Herzog Heinrich vermeynt / auff ſolche Ladung / zu dieſem mahl antwort nicht flichtig / noch ſchuldig zu ſeyn. (*c*)

Et huc dubio procul referendum eſt, quod de lite, inter duos Heinricos, de Ducatu Norico

(a) *Sigiſmundi Imperatoris ſententia, in cauſa, vertente inter Heinricum & Ludovicum Bavariæ Duces, Anno* 1417. *lata apud Lundorp. d. l. p.* 15. (b) *Extractum ex Friderici Imperatoris literis de dato* Grätz 11. *Dec. An.* 1455. *apud Lundorp ib. p.* 18. (c) *Extractum ex Henrici Ducis inſtructione apud Eundem d. l. p.* 22.

rico orta, Ottho Friſingenſis *(a)* ſcribit: Ambos quidem ad Curiam, Wormatiæ celebratam, veniſſe; ſed altero, quod legitimè vocatus non fuerit, prætendente, debitum finem negotium ibi habere non potuiſſe. Iterumque Spiræ, altero de legitima vocatione ſe excuſante, rem protelatam.

II. Imperator ipſemet in perſona, tanquam Imperator, majoris autoritatis & dignitatis gratia, præſit, neceſſum eſt, Sol ſelbſt zu Recht ſitzen / als ein Römiſcher König. *(b)*

Niſi aut impeditus ſit, aut ipſe partis vices ſuſtineat: Quibus caſibus Princeps quidam, ab ipſo delegatus, Iudicis vice rectè fungetur.

Ita Sigiſmundus Imperator ea de cauſa Moguntinum aliquando ſubſtituit, weil er mit ander der Chriſtenheit geſchäffte ſo fert vnd ſo treffentlich beladen / daß er zu ſolcher entſcheidung nicht füglich mögen zeit vnd weil haben / vnd auch des nicht wol mögen auswarten/vnd nemlich/auch darum/daß jhm das nicht gebührt / nachdem vnd er auch meyne / Recht zu demſelben Niederland zuhaben/vnd in ſeiner eignen ſache nicht Richter geſeyn möge. *(c)*

III. Aſſeſſores Iudicii non alii, quam Germani Principes ut ſint, requiritur, es ſol ſeyn ein Recht / mit Teutſchen Fürſten beſetzt.

Quam-

(a) lib. 2. de geſtis Friderici I. c.9. (b) *Secunda Imper. Sigiſmundi ſententia Anno* 1417. *Conſtantia lata apud Lundorp. d. l. p.* 13. (c) *In reſcripto ad Moguntin. de dato* Plindenburg *Anno* 1426. *apud Lundorp. d. l. p.* 21. (d) *in d. ſecunda Sigiſmundi ſententia apud Lundorp. ibid.*

Quamvis enim Aſſeſſorem regulariter nullus Iudex aſſumere cogatur; (*a*) & Dominus Feudi in Iudicio feudali Aſſeſſorem aſſumere, quem velit, poſſit, etiam non habentem feudalem ſeu regalem qualitatem, aut dignitatem: (*b*) Attamen hoc fallit, quando per conſuetudinem, vel expreſſam conſtitutionem aliud introductum eſt. (*c*)

Et quidem Principes, Iudicii hujus Aſſeſſores, debent eſſe non ſuſpecti: Alioquin à parte recuſari poſſunt.

Vnde Imperator Sigiſmundus, cum aliquando ejuſmodi ſuſpectæ perſonæ in Iudicium irrepere vellent, reſcripſiſſe legitur. (*d*) Als Herzog Ludwig ſpricht / daß er daran beſchwert ſey/als die Chur-Fürſten vnd andere Fürſten des Reiches / die leicht ſeine entſagte feinde ſeyn/ ſollen an dem Rechen ſitzen / vnd vrtheilen: darum ſprechen Wir/daß Wir jhm recht thun wollen; vnd Wir ſeyn darzu nicht pflichtig/dieſelben Chur-Fürſten vnd Fürſten ſeine feinden/darzuſetzen.

I V. Iudicium hoc in Germania habendum eſt, in Teutſchen Landen / (*e*) intra fines Alemanniæ: ubi de cauſis & quæſtionibus Principum Alemanniæ, ex ſtylo Imperii, convenit judicare. (*f*)

Nec itaque Princeps ad locum extra Germaniam, etiamſi is ſub Imperio ſit, citan-

(a) *c. Statutum §. Aſſeſſorem. ubi Dd. de reſcript. in. 6.* (b) *Schrad. de feud. parte* 10. *ſect.* 13. *qu.* 1. *&c.* (c) *Idem ibid. ſect.* 3. *qu.* 2. (d) *de dato* Paſſau / *Anno* 1421. *apud Lundorp. d. l. p.* 21. (e) *d. ſecunda Imper. Sigiſmundi ſententia apud Lundorp. d. l.* (f) *Sigiſmundi Imper. proteſtatio contra Concilium Baſilienſe de Anno* 1434. *apud Lundorp. d. l. p.* 11.

tandus venit: Aut citatus comparere non tenetur. *(a)*

V. Denique cauſa Germanicè tractari, ac peragi debet, ſecundum Germaniæ conſuetudines, beyde theil ſollen mit Teutſchen Fürſprechern fürgeſtanden / vnd jhre ſachen nach Teutſcher rechtens gewohnheit/ fürgelegt werden: Auch was jeglicher theil fürlegen wil/ es ſeyn briefe / worte/ oder andere redliche kundſchaft / ſoll er das in Teutſch/ vnd nach Teutſcher rechts gewohnheit/ durch ſeinen Fürſprecher thun vnd fürlegen. *(b)*

SECTIO III.

Probatur, in hoc Iudicio requiri, ut Imperator aſſumat Aſſeſſores. Principes Imperii. I.

SEd, inter hæc requiſita, tertium, quod nempè Principes Imperii, tanquam Aſſeſſores neceſſario in hoc Iudicio adhiberi debuerint, nec alii, quam Principes, adhiberi potuerint, maximè ad propoſitum noſtrum facit: Cum itaque non deſint, qui, Cæſari ſupparaſitantes, id negent, (*c*) in eo probando paullo fuſiores erimus.

Probamus autem id ſequentibus rationibus.

I. A vetuſtiſſima obſervantia & exemplis: Ab his enim legitimum ſumitur argumentum ejus, quod fieri judicarive debeat, (*d*) maximè, ſi quid, in eodem genere, & ad eundem effectum, longo retro tempore factum eſt; (*e*) nec ea, quæ longâ conſue-

(a) *Vnitorum Principum litera ad Electorem Saxonia de dato* Schwäbiſchen Hall 31. *Ian. Anno* 1610. (b) *d. ſecunda Imperii Sigiſmundi ſententia apud Lundorp. d. loco.* (c) *ut Reink. lib.* 1. *cl.* 4. *c.* 19. *num.* 20. *& ſeqq.* (d) *Bartol. ad l. nemo C. de ſentent. & interl. omn. Iud.* (e) *Felinus in c. cauſam qua* 1. *de teſtibus.*

tudine, comprobata ſunt, ac per plurimos annos obſervata, velut tacita Civium conventio, minùs, quam quæ ſcripta ſunt jura, ſervantur. (*a*)

Quod ſi antiquitatem excutias ac revolvas, ejuſmodi controverſias nunquam non Principum autoritate ac præſentiâ, ſopitas fuiſſe, reperies.

Etiam, tempore Heinrici I V. hanc Juriſdictionem Principum, das Fürſten-recht / in pleno fuiſſe vigore, ex eo apparet, quod in Legibus Pacis, inter ipſum & Saxones ſancitæ, cautum fuit; ut Imperator Duci Otthoni, Ducatum Bajoariæ repoſcenti, intra anni ſpacium, *juxta Principum jurisdictionem*, ſatisfaceret (*b*)

Nec multò poſt, Saxones, ſe, *juxta Iuriſdictionem omnium Regni Principum*, de omni injuriâ, qua ſe læſum diceret, paratos, ei ad votum ſatisfacere oſtenderunt. Quibus Imperator reſpondit: *De tanta*, tamque atroci *negotio*, præcipitanter *ſententiam ferre, nec velle, nec debere, donec Principes Regni in unum convenirent, &c.* Principibus ſuis, in expeditionem, coadunandi Exercitus diem XI. Cal. Novembr. conſtituiſſe in Gerſtingur. Si eos patrati facinoris revera pœniteret, eò venirent, accepturi, *quamcunque Regni Principes æquam judicaſſent, ſententiam.* (*c*)

Sic quoque, cum magna eſſet contentio inter Heinricum Ducem Saxoniæ, & Guelfonem Fratrem ex una parte, ac Heinricum, Luipoldi Marchionis Auſtriæ fratrem, ex alte-

(a) *lib.* 35. *de Legibus.* (b) *Anonymus Monachus Herveld. in Chron. hiſtor. German. ſub Anno* 1073. (c) *d. Monachus Herveldenſis ibid.*

altera, pro Ducatu Norico; Fridericus Barbaroſſa, *conſilio Principum*, litem hoc modo ſedavit: Ut Heinricus de Saxoniâ Ducatum Bavariæ reciperet, Heinricus verò de Auſtriâ, in Ducum numero referretur; inquit Nauclerus. (*a*)

Copioſius vero, & luculentius Aventinus. (*b*) Cum Heinricus Leo vitricum ſuum, Heinricum Decimum, Bavariæ Ducem in jus traheret, & *ſententiâ Imperatoris*, amitini ſui, *decretoque Principum* ſe ſtaturum promitteret; Imperator Reginoburgii, in Conventu celebri, eos diſceptantes audivit, cauſamque diligenter cognovit. Interfuere, cum aliis pluribus, Proceres, Dynaſtæ, Tetrarchæ, Epiſcopi, Bojorum, Nariſcorum, Vindelicorum, Noricorum, &c. Iiſque, *conſilio illorum*, hòc pacto compoſita eſt. Vitricus Bojariæ Ducatu, privignus Auſtriâ, uterque juri ſuo perpetuo ceſſit. Deinde, *ſententia ſuperiorum Principum*, Regio ſuprà Anaſſum divulſa occidentali Bojariâ, orientali, ſive Auſtriæ conjuncta eſt. Auſtriacus ergò Ducatus, *ex decreto Conſilii*, Heinrico Decimo, vitrico, occidentalis Bojariæ, Heinrico I I. privigno, amitino Imperatoris, in tutelam commiſſus eſt.

Ottho Friſingenſis, in Curiâ, Goſlariæ celebrata, id factum, & *judicio Principum*, Heinrico, Saxoniæ Duci, Bajoariæ Ducatum adjudicatum, ſcribit: (*c*) Et poſtea Heinricum hunc; qui jam (ut dictum) Bajoariæ Ducatum, *judicio Principum*, obtinuerat, Ratisbonæ in poſſeſſionem miſſum. (*d*) Et ita Ratisbonæ prænomina-

H 2 tus

(*a*) *volum.* 3. *chronogr. gener.* 39. (b) *lib.* 6. *annal. Bojar.* (c) *lib.* 2. *de geſtis Friderici I. cap.* 10. (d) *Ibid. cap.* 28.

tus Heinricus poſſeſſionem ſuam, Patrumque ſuorum recepit ſedem. *(a)* Ratisbonæ quoque, non multo poſt, amica iſta tranſactio, inter utrumque Heinricum, & avulſio Auſtriæ ſupra Anaſſum à Bojoariâ facta eſt. *(b)*

Vnde ſupradicti autores, Iudicium Principum, quod anteceſſit, cum amicâ hac tranſactione, quæ ſubſecuta eſt, confudiſſe videntur: Ottho autem Friſingenſis, Friderici Imperatoris & utriuſque Heinrici coætaneus, qui etiam, tanquam teſtis, poſteriori tranſactioni affuiſſe legitur, *(c)* accurratius iſta digeſſit.

Sub eodem Friderico, cum Heinricus Leo forum in Bergen / in villam München violenter tranſtuliſſet, *ſuper illa cauſa, à Principibus Curiæ, requiſita ſententia, judicatum eſt:* Quod præfati Heinrici factum temerarium in irritum ducere, Imperialis deberet autoritas. *(d)*

Vbi notandum, ſententiam ipſam Principibus aſcribi; exſecutionem vero Imperatori hac ipſa ſententia eſſe commiſſam: Id quod ineptum foret, ſi ſententia Imperatoris potius, quam Principum fuiſſet; idem enim ſibi ipſi exſecutionem mandaſſet.

De eadem Auſtriâ, & vicinis ditionibus, cum inter Ottocarum Bohemiæ Regem, & Rudolphum I. Imperatorem controverſia eſſet orta, tandem, Anno 1277. Pax in has conditiones facta eſt. Ottocarus Rex, Auſtriâ, Stiriâ, Catinthiâ, aliiſve locis vicinis, pri-

(a) *Ibid. c. 29.* (b) *Ottho Friſing. d. lib. 2. cap. ult.* (c) *In formula tranſactionis apud Lundorp. d. l. p. 14.* (d) *ſententia Ratisbonæ anno 1180. 3. Idus Iulii hac de re lata apud Lundorp. ibid.*

privata poteſtate occupatis; cederet: Cognitionem de illis *Cæſari, & Principum Senatui* permitteret. Quare Rudolphus, eo tempore, his Provinciis certos Mareſchallos præfecit, qui rebus præeſſent; deinde, Anno 1281. filium ſuum Albertum, Auſtriæ & Stiriæ Præfectum, Imperiique ibidem Vicarium creavit: Quoad, *ſuo & Principum decreto*, aliud de his ſtatueretur. (*a*)

Vnde etiam, anni ſequentis initio, Comitiis Auguſtæ habitis, cum Heinricus ac Ludovicus, Fratres Germani Bojorum, Auſtriam, Stiriam, Charios, eaſque regiones ſibi reddi poſtularent, quæ nondum Majoribus ſuis ablata fuiſſent; atque illi, eadem loca primùm Romanis, deinde Hunnis pulſis atque exciſis, poſtremum Venedis atque Vgris perdomitis, ſuo marte & ſanguine pepeeriſſent, in Germaniam tranſtuliſſent, colonias ibi Bojorum, atque popularium ſuorum deduxiſſent: *Cæſar, Senatu Imperii convocato, retulit, quid fieri placeret de hiſce Provinciis*, quas interim precario filio commiſiſſet. Tum Auſtriaci, Stirii, Alberto & Rudolpho, filiis Cæſaris traditi, Chariones, Carni, Liburni, Hiſtri Mænardo Tirolio commiſſi ſunt: Idque *ex Senatus-conſulto, Conſiliique decreto*. (b)

De quo eodem ſuperioris Auſtriæ Ordines alicubi teſtantur, (*c*) daß zwar auff dem an-

 ge-

(a) *Gerhard. de Roo l.1. hiſt. Auſtr.* (b) *Avent. l.7. ann. Bojor.* (c) Im bericht/ wie es von Uhralter hero/ auff abſterben vnd veranderung des Lands-Fürſten/ &c. biß zu würcklicher antretung folgenden Erb-herins/ vnd geleiſteter huldigung/ mit *adminiſtration* des Landes gehalten worden/ *apud Lundorp. tomo 1. actor. publ. lib.4. cap. 17. p.431.*

geſtelten Reichstag zu Augſpurg/ die Hertzoge auß Beyern geſamt erſchienen / vnd begehret/Jhnen die Oeſterreichiſche Lande zu Lehen zu verleihen / &c. Es ſey aber jhnen ſolches der vrſachen abgeſchlagen / das aus Oeſterreich eine Botſchaft / gleich damahln auch / auff dem Reichstag erſchienen / mit gehorſamen anruffen vnd bitte / jhnen Albertum zu jhrem ordentlichen Herrn zugeben / welche gute affection Chur⸗vnd Fürſten zu gemüth gefaſſet/ vnd *Alberto* vor Beyern die Lande verliehen.

Nec illorum Antagoniſtæ id diffitentur, (*a*) ſed, Aventinum preſſius ſecuti, adhuc clariùs aſſerunt, Daß bey dieſer Reichs⸗Verſamlung/ die Hertzogen auß Beyern / Oeſterreich/ Steyer/Kärnten/ welche jhren Voreltern abgenommen worden / ſtarck wiederumb begehret haben: vnd ſey erſt damahls durch die Reichs⸗Fürſten verabſchiedet worden/daß ſolche Lande Alberto / Keyſer Rudolphi des erſten Sohn/ vnd Mainhardo, Grafen zu Tirol zugehören/ vnd zuverleihen ſeyn.

In eodem Concilio, ſive iiſdem Comitiis, Auguſtæ celebratis, Pacis Leges, Rudolpho Archimyſtæ Salisburgenſi, Heinricoque Bojo dictæ ſunt. (*b*)

Adolphus quoque Imperator, Anno 1293. de inſulis, in Rheno flumine natis, munitionibus in alterius territorio non exſtruendis, & aliis capitulis, ad requiſitionem Reinalgi, Comitis Gelrenſis, decretum

(a) Im gegenbericht / auf obigen der Stände bericht *apud Lundorp. ibid. cap. 18. p. 436.*
(b) *Avent. d. lib. 7.*

tam Noribergæ fecit, *per communem Principum ſententiam.* (a)

Eodem modo Carolus IV. Anno 1353. Spiræ, aſſidentibus Electoribus, Moguntino, Colonienſi, & Palatino, Iudicium exercuit, & Iudicem egit. (*b*)

Hicque ipſe controverſiam inter Palatinum ac Bavarum, de Electoratus dignitate, in Comitiis, ac pleno Electorum conſeſſu, examinavit ac decidit, Iſt mit allen Chur-Fürſten/ Geiſtlichen vnd Weltlichen/vnd ſie mit jhme/ mit gemeinen Rath / einmütiglich zu Rath worden / vnd übereinkommen / das Pfaltz-Graf Ruprecht der Eltiſte/ vor Pfaltz-Graf Ruprecht dem jüngern/ zu allen Chur-Fürſtlichen berathſchlagungen/als ein Chur-Fürſt/ zulaſſen ſey. (*c*)

Hujus filius, Sigiſmundus Imperator Conſtantiæ, unà cum Principibus, in cauſa Heinrici, & Ludovici Palatinorum Rheni, Ducumque Bavariæ, judicium exercuit, Iſt zu Gericht geſeſſen / vnd bey jhm etwa viel ſeiner / vnd des Reichs / Geiſtlicher vnd Weltlicher Fürſten. (*d*)

Idem, hoc ipſo tempore ac loco, cauſam vertentem, inter Archiepiſcopum & Civitatem Colonienſem, ac Ducem Montenſem, ſuper erectione novi telonii, & exſtru-

(a) *Goldaſt. tomo* 1. *conſtit. Imper. p.* 315. (b) *Ejuſdem ſententia Anno* 1353. *lata apud Autorem Inform. Donav. parte* 1. *inter documenta n.* 13. (c) *Ejuſdem ſententia de Anno* 1555 *apud Freher. de legit. tut. curaque Palatini c. de occaſione leg. ſeu ſub lit. B. & Goldaſt. in* Reichs ſatzungen (d) *Ejuſdem duæ ſententiæ Conſtantiæ Anno* 1417. *lata apud Lundorp. d. l. p.* 12. *&* 13.

ctione novarum munitionum ad Rhenum, *aſſumptis in conſilium multis Epiſcopis, Principibus, & aliis Optimatibus*, decidit. (*a*)

In alia quoque controverſia, inferiorem Bavariam concernente, hic Sigiſmundus ad Electorem Moguntinum reſcripſit. (*b*) Demnach Wir trefflich beladen / vnd der entſcheidung nicht wol mögen außwarten / vnd nemlich auch darumb / daß Vns nicht gebühret / nach dem Wir auch vermeynen recht zu denſelbigen Landen zu haben / vnd in Vnſerer eignen ſache nicht wol Richter geſeyn mögen / vnd die ſache des heiligen Reichs treffliche Lehen anrühret: Haben Wir Fürſten / Grafen / vnd Räthe darumb gehabt / vnd meynen / daß billig ſey / daß die ſache von des heiligen Reichs Mannen ausgetragen werde. Darum begehren Wir von deiner L. vnd gebieten dir / &c. daß du andere deine Mit-Chur-Fürſten / zu einem tag vnd ſtadt / die deiner L. bedüncken wird / beſenden / &c. vnd alle / die recht zum Niederland meynen zu haben / denſelbigen tag vnd ſtadt zukunden / vnd darauff heiſchen wolleſt / das jederman käme / oder ſeine mächtige Botſchaft ſende mit ſeinem Rechten / daß er vor dir / vnd andern Chur-Fürſten / die des Reichs Mann ſind / meyne zugenieſſen.

Iterum Sigiſmundus ſententiam de Electoratu Palatinatus à Patre latam, Anno 1433. & 1434. *tam eccleſiaſticorum, quàm ſecularium Principum Sacri Romani Imperii Electorum conſilio & conſenſu accedente*, aliorum etiam Principum plurimorum, eccleſiaſticorum, & ſecularium, Baronum, Nobilium &

(*a*) *Goldaſt. tomo* 1. *conſt. Imper. p.* 394. (b) *de dato* Plindenburg *Anno* 1425. *apud Lundorp. d. l. p.* 21.

& Procerum ſuorum, ac Imperii Sacri fidelium, maturè communicato conſilio, confirmavit. (a)

Rurſus ſub eodem, Friderico, Marchione Miſniæ, & Erico Lavvenburgenſi, de Electoratus Saxonici dignitate diſceptantibus, *Illuſtres Archi-Principes Electores*, perpenſis maturatiſque conſiliis, cauſſam biennio ferè digeſſerunt, tandemque *Fridericum in Collegium & Senatum ſuum acceptarunt:* Erico prælibato renitente, ac ſucceſſionem & inveſtituram ſimiliter prætendente. (b)

Sic etiam Fridericus Imperator, Anno 1440. ad Ludovicum, Bavariæ Ducem, cui cum proprio filio erat controverſia, reſcripſit. (c) Wir wollen die ſache mit ſampt Unſern vnd des Reichs Chur-Fürſten / vnd andern Fürſten vor Uns nehmen/vnd euch zu beyderſeits/ mit der freundſchaft / oder mit dem Rechten entſcheiden.

Sub Maximiliano tandem, Anno 1504. cum Rupertus Palatinus, ac Albertus & Wolfgangus, Bavariæ Reguli, de Georgii, Bavariæ Principis, cognomento Divitis, hæreditate contenderent, Rupertus quidem, tanquam contumax, unà cum Patre proſcriptus eſt: Tandem tamen Maximilianus à Bello illis inferendo deſtitit, & reliquis Principibus, idem uti facerent, imperavit; *quoad, proximis Imperii Comitiis, de*

H 5 *tota*

(a) *Ejuſdem Bulla de jure & ſucceſſione Electorum Palatinorum* §. 3. *Apud Goldaſt.* der Reichs *conſtitution, reformation*, ordnungen vnd auß-ſchreiben *p.* 144. (b) *Imperat. Sigiſmundi proteſtatio contra Concilium Baſilienſe apud Lundorp. d. l. p.* 11. (c) *apud Lundorp. l. d. p.* 20.

tota illa controverſia ſtatueretur. (*a*) Idque factum eſt: Nam in ſequentibus Comitiis, Coloniæ Agrippinæ, Anno 1505. habitis, Pacis & concordiæ Leges illis dictæ, & ſub graviſſima læſæ Majeſtatis pœna, obſervari juſſæ ſunt. (*b*)

II. II. Ne vero, non exemplis, ſed Legibus judicandum, (*c*) Adverſarii dicant, & ſpontaneo Imperatorum motu, non de neceſſitate, in ſuperioribus exemplis Principes adhibitos eſſe, aſſerant, ut vulgo aſſerunt, in confœderatione Johannis & Ludovici, Bavariæ Ducum, Anno 1408. inita, ſcribit dictus Johannes: (*d*) Quod cognitio iſta, non ad ſolum Imperatorem, ſed, ad Imperatorem & Principes Imperii ſimul pertineat, daß ſein Vetter keines rechtens nicht bekommen möge/ vmb ſein Väterlich Erbe/ vnd auch vmb andere ſpruch/ &c. vor dem Römiſchen König/ vnd vor den Fürſten/ da ſolche ſachen billig für gehören.

Quando autem plura conjunctim requiruntua ad eſſe alicujus rei (ut hic, Imperator, & Principes) alterum adeſſe non ſufficit. (*e*)

Superiori ſeculo, cum Carolus V. non attento hoc privilegio Principũ, de ditione Cattorum, adverſus Landgravium tuliſſet ſententiam, Mauritius Saxoniæ Elector, aliique Imperii Principes, Cæſaris hunc proceſſum adeo non approbarunt, ut publico potius ſcripto impugna-

(a) *Gerhard. de Roo lib.*10. *hiſtor. Auſtr.* (b) *Ibid.* (c) *lib.* 13. *C. de ſent. & interloc. omn. Iud.* (d) *apud Lundorp. d. lib. pag.* 19. (e) *lib.* 3. §. 13. *de init. actuque priv. lib.* 7. §. 2. *Quibus ex cauſis in poſſ. eatur. Everh. in topic. loco. ab effectu eorum, quæ ſimul requiruntur adeſſe.*

pugnaverint, Haben es die löbliche Fürſten/ Chur-Fürſt Moritz zu Sachſen / Marggraf Albrecht zu Brandenburg / vnd Land-Graff Wilhelm zu Heſſen / löblicher Gedächtnüs/ durch öffentliche gedruckte außſchreiben / für vnleidentlich gehalten. *(a)*

Imò, illaipta ſententia per tranſactionem Paſſavienſem reſciſſa, & cauſa ad Principes, de integro tranctanda, remiſſa eſt. (*b*) Id quod fieri haud debuerat, ſi ſententia eo jure, & eo, quo oportebat, modo lata fuiſſet.

Et adhuc ſub Rudolpho Imperatore, in lite Vrbis Trevirenſis, contra eundem Electorem, in qua definitiva, Anno 1580. 18. Martii lata, & Vrbs provincialis eſſe, declarata eſt, cauſa, ex conventione partium, non coram ſolo Cæſare, ſed omnibus Electoribus, acta ac peracta eſt, Haben die theil ſich eines ſonderlichen ſchleunigen rechtlichen austrags / auff Keyſerliche Mayt. als / ohne das / jhren Obriſten Richter / vnd rechten ordinarium, auch die drey Rheiniſche vnd die andere zwey/ des heiligen Römiſchen Reichs Chur-Fürſten/ verglichen. (*c*)

Noviſſimè, controverſia de Ducatu Iuleacenſi, & annexis regionibus, ſuborta, Brandenburgicus, & Neoburgicus, Principes, cum minacia, ab Imperatore, ejuſve nomine, mandata ipſis inſinuarentur, non ſolum Imperatorem, ſed Electores etiam, ac Ordines Imperii

(a) *Vniti Principes in literis ad Electorem Saxoniæ de dato* Schwäbiſchen Hall. 31. *Ian. Anno* 1610. (b) *Sleidan. lib. 24. hiſtor.* Paſſawiſcher vertrag. §. es ſol auch die Keyſerliche Mayt. (c) *in dicta ſententia.*

perii implorarunt. (a) Haben ſich beruffen/ vor die Römiſche Keyſerliche Mayt. auch für alle friedliche/recht liebende/vnd vnparteyiſche Chur-Fürſten vnd Stände / des Heiligen Römiſchen Reichs/Teutſcher Nation,oder wo ſonſten die ſachen / ihrer art vnd eigenſchaft nach/hin gehörig/ in meynung ſolche appellation, wo ſich von Reichs / vnd der Teutſchen Chur-vnd Fürſten *libertet*, vnd herkommen wegen/gebührt/zu proſequiren/vnd vor Allerhöchſt-gedacht Ihrer Keyſerlichen Mayt. oder auch vnparteyiſchen Chur-Fürſten / vnd Ständen/ des ordentlichen Rechtens zu ſeyn.

Eidemque in publico Scripto, hac occaſione edito, notanter ſcripſerunt, (b) Es werde ſich in der üblichen Vhralten obſervantz vnd herkommen anders nicht befinden/ dann / daß die *regirende* Römiſche Keyſer vnd König / in der gleichen controverſiis, nach der ſachen/ vnd der Perſonen würdigkeit / etliche vnparteyiſche Chur-vnd Fürſten / als *Pares Curiæ*, zu ſich gezogen / daſſelbe auch / vermöge der Fürſten Recht vnd herkommens / zu thun ſchüldig geweſen; (c) Vnd haben die Teutſchen Chur-vnd Fürſten / à multis retro ſeculis, dieſe prærogativ hergebracht / die auch folgends / durch Keyſerliche/ vnd Königliche vrtheil approbiret worden/ daß ſie/in ſachen/ihre Fürſtenthum Lehenſchaft / Leib vnd Ehr betreffend / niemand / als den Römiſchen Keyſer / oder König / neben einem Zuſatz / von Chur-vnd Fürſten / vnd nicht von gerin-

gern

(a) *in inſtrumento appellationis interpoſita Duſſeldorpii 15. Iul. Anno 1690.* (b) *Publicum eorum reſcriptum in cauſa Iuleacenſi.* (c) *in literis de dato* Cöllen an der Sprew 6. *Nov.* 1609.

gern Stands-Perſonen/ zum Richter gedulden dürfen.

Ad quam formam ſolus quoque Elector Brandenburgicus ab Imperatore poſtulavit, (a) Da er einem oder andern zu antworten ſolte ſchuldig ſeyn/ das Gericht / durch Chur-Fürſten/ vnd Stände des Reichs / deren der Keyſer eines theils / eines theils aber auch er zubenennen haben möge / wie das bey zeiten ſeiner Vorfahren am Reich / in dergleichen fällen / vnd ſachen / löblich vnd herkommens geweſen/ zubeſitzen.

Idemque Principum privilegium Vniti Principes, eo tempore, junctim propugnarunt, (b) Es ſey der Teutſchen Chur-vnd Fürſten Recht vnd Hohheit/das wann es vmb Fürſtenthum zu thun / als dan die ſache für niemand anders / als für einem Römiſchen Keyſer vnd König gehandelt / vnd zu Beyſitzern/ oder/wie es die alten Teutſchen genant/ zu Vrteilern / keine andere / als gleiches Standes/oder Würden/vnd Genoſſen/ nemlich/Chur-vnd Fürſten/gezogen werden ſollen.

Et gravaminibus ſuis poſteà in Comitiis inſeruerunt, (c) Sie zweifeln nicht / daß die Keyſerliche Mayeſtet in hoch vnd wichtigen ſachen/ die etwa gantze Fürſtenthum / Graf- vnd Herꝛſchaften betreffen / nach dem exempel dero hochlöblichen Vorfahren am Reich/vnd wie vor dieſem es gebräuchlich geweſt / mit Rath vnd zuziehen Chur-vnd Fürſten / zu handeln/ Ihr nicht entgegen ſeyn laſſen werden.

III. Quæſtio hæc, quod Feuda regalia, à Si-

(a) *v. pag. præcedent.* (b) *d. literis ad Saxoniæ Electorem de dato* Schwäbiſchen Hall 31. *Jan. Anno* 1610. (c) *Gravamina anni* 1613. *in Comitiis Cæſari tradita.*

à Sigiſmundo Imperatore expreſsè deciſa eſt: Qui in causâ Erici, Ducis Lawenburgenſis, contra Fridericum, Marchionem Miſniæ, Electoratum Saxoniæ concernente, Anno 1434. reſcripſit. (*a*) Quod, cum principatus officium ac jus, ab Imperatore ac Imperio in feudum immediate deſcendant, ac, ſecundùm juris communis diſpoſitionem, nec non uſum, morem, ſtylum, & conſuetudinem Sacri Romani Imperii, feudalis contentio per Dominum Feudi, ac Pares Curiæ terminanda ſit; liqueat, *hinc quæſtionem, ad ſuam, & illuſtrium Archi Principum Sacri Romani Imperii pertinere notionem: Et, quod juſtitia hac aliter expediri nequeat, niſi Parium Curiæ arbitrio*, reſpectu Feudi memorati; quos utique Pares, legitimè requiſitus, promptus ſit, in ore Imperialis Majeſtatis, intra fines Alemanniæ, vocare, ubi de cauſis & quæſtionibus Principum Alemanniæ, ex ſtylo Imperii, convenit judicare.

Idemque Sigiſmundus ulterius agnoſcit, *quod cauſæ hujuſcemodi, ad ſuum, & Parium Curiæ*, reſpectu ipſius Feudi, *examen pertineant*: Quapropter, Synodum ſe requiſiturum, profitetur, quatenus *cauſam* ipſam à ſe penitus abdicet, & *ad forum ſuum remittat, more, ſtylo, & conſuetudine, Imperii, & Parium Curiæ, terminandum.*

Ejuſdem tenoris eſt, quod hic ipſe Sigiſmundus in eâdem causâ Concilio Baſilienſi reſpondit. (*b*) Ericum Lavvenburgenſem, *cauſas, ad examen Imperialis Majeſtatis, & Procerum immediatè ſpectantes*, ad alienum forum pro-

(a) *in proteſtatione contra Concilium Baſilienſe apud Lundorp. d. lib. pag.* 18. (b) *Anno eod. feria quarta poſt Iacobi apud Lundorp. d. lib. pag.* 11.

producere conari; ſeque, in Aulâ Cæſareâ, ſuper his habitâ diligenti Epiſcoporum, Abbatum, Archi-Principum, Principum, Comitum, Baronum, & aliorum Procerum & Ducum Sacri Palatii, examinatione, eſſe proteſtatum: Quod, cum Archi Principatus, Archi Mareſchallatus, & jus eligendi Romanum Principem, ab Imperatore, & Sacro Romano Imperio immediatè deſcendant, ac in feudum dependeant; cumque, juxta formam juris, & ſtylum ac obſervantiam Sacri Imperii, feudales quæſtiones, coram Dominis Feudorum, & Paribus Curiarum ſuarum, reſpectu Feudi, de quo agitur, decernendæ ſint: *Hoc etiam jus in Cæſarea Majeſtate, & Sacro Imperio, & Paribus Curiæ*, reſpectu Feudi talis modi meritò *debeat illæſum conſervari*. Quinimo *ſe*, quandocunque ipſe, vel alius juſtitiam popoſcerit, eſſe *paratum, Pares Curiæ evocare, & cauſam, juxta ſtylum Imperii, definire*, &c.

Et hoc quoque ſenſu (quod, ſcilicet, Imperator in his cauſis iudex ſit, certo tamen & conſueto modo, nec ſolus, ſed unà cum Paribus Curiæ) accipienda & interpretanda eſt Friderici II. de anno 1236. Conſtitutio; (a) cujus verba ſunt: **Wo es an eines Fürſten Leib oder Ehre gehe / das wolle oder ſolle der Keyſer ſelber richten/auff die weiſe/wie es dem heiligen Reich/ von ohralten zeiten herkomen:** Nempè in conſeſſu Principum & Electorum.

IV. Legimus, Judicium hoc aliquando in aliud tempus, ob Principum abſentiam dilatum: Quo certè opus haud fuit: nec

(a) *ex mente Electoris Brandenburgici, & Neoburgici Principis, in publico Reſcripto ſuper cauſa Iuleacenſi.*

nec hæc, tanquam juſta differendi cauſa, allegari potuit, ſi eorum præſentia non præciſè neceſſaria exiſtimata eſt, ſed Imperatori ſoli, abſque iis, in Judicio procedere licuit.

Ita accidit in lite Heinrici, & Alberti, Bavariæ Ducum anno 1448. Viennæ, die Sabbathi, ante Dominicam Lætare: Vbi cognitio ideo ſuſpenſa eſt, quod Principum Imperii copia haberi non poterat, Ingeſchoben vñ erſtreckt/ gebrächen halb Vnſer vñ des Reichs Fürſten/ deren Wir / zu dieſen Zeiten / bequemlich bey Vns nicht gehaben mögen. (*a*)

V. Quod alii, quam Principes Imperii, Aſſeſſores hujus Iudicii eſſe nequeant, nec Camera Imperialis (quæ olim idem fuit cum Iudicio aulico) & hoc Iudicium confundenda ſint; patet ex Reſcripto Imperatoris Friderici, de Anno 1448. ad Heinricum Bavariæ Ducem. (*b*) Cum enim is-ipſe Dux ſcrupulum ex eo concepiſſet, quod ad diem, quo Iudicium Camerale celebrari debebàt, citatus eſſet, auff den Gerichstag des Königlichen Cammer-Gerichts; quaſi huic ſe ſubjicere deberet: Imperator eundem illi eximit, ſcribens, Iſt Vnſer meynung nicht gewäſen/ vnd noch Vnſer meynung nicht / daß ſolch Recht (nempè cauſa ipſum, tanquam Principem, concernens) in Vnſerm Cammer-Gericht/ daß Wir mit nidern Perſonen von Fürſten/ vm ſachen/die Vnſer/vnd des Reichs Fürſten Ehr/ Leib/ oder Lehen nicht berühren/ beſetzen/ zwiſchen euch ſol oder ſolte ausgetragen werden/ ſondern allein vor Vnſer Mayt. vnd Vnſern/ vnd des Reichs Fürſten/ die Wir zu Vns ſetzen werden.

Et

(a) *Extat apud Lundorp. d lib. pag.* 20. (b) *apud Lundorp. d. l. p.* 17.

Et hic ipſe Henricus Legatis ſuis in mandatis dedit, ne judicio ſe ſubjicerent, niſi quatenus Principum privilegia id ſeu permitterent, ſeu poſtularent, Jn ſolch Gerichte nicht ferner zu verwilligen / dan als viel er / als ein Fürſt des Reichs / ſchüldig ſey zu thun. *(a)*

Si, nimirùm, Iudicium id conſtare, legitimis perſonis, qui de ejuſmodi Regalibus judicare poſſent, Wan das Recht beſetzt werde mit denen / die über ſolche hohe Fürſten-Regalia zu ſprechen haben: Vt verba Ludovvici habent, *(b)* qui Heinrici ſuperioris erat adverſarius.

Perſonæ autem hæ dignitate pares ſint illis, neceſſum eſt, inter quos cauſa vertitur, dan es mag niemand über des Fürſten Würde erkennen / dan ſein Genos: Vt, eo tempore, ſcripſit Albertus, Marchio Brandenburgenſis. *(c)*

Idemque in hac causâ, inter Heinricum & Ludovvicum, Bavariæ Duces, vertente, inferioris gradus perſonas à judicandi munere excludi, expreſsè cenſuit, *(d)* Es wiſſe männiglich / daß Grafen / Herren / Knecht vnd Städte / die mit den Chur-Fürſten / vnd Fürſten / in ſeinem / Hertzog Ludwigs / Recht vermenget ſeyn / vmb / was ſein Ehr vnd Regalia berührt / nicht zu ſprechen haben.

Imo aſſeſſura in hoc Iudicio, videtur eſſe ſpecialis quædam Principum præeminentia, & privilegium. Idque eluceſcit ex eo, quod cum

(a) *Extractum ex Inſtructione Ducis Heinrici ap. Lundorp. d. l.* 18. (b) *Extractum ex Ludovici Ducis propoſitione in Regali Camera facta apud Lundorp. d. l.* (c) *apud Lundorp. d. l. p.* 19. (d) *in literis de dato* Nürnberg. *Anno* 1466. *apud Lundorp. ibid.*

cum Carolus IV. Burggravios Norimbergenſes crearet Principes Imperii, dedit iis, inter alia, poteſtatem, cum Imperii Sacri Principibus, adinvenire, definire, & dare juris ſententias, ſuper omnibus cauſis & negotiis, ſive corpus, ſive res conſpiciant vel honores. Et hoc in Imperiali Curiâ, vel alibi, vbicunque contingit Principes præſidere judiciis, vel loco Scabinorum.(a)

Vnde colligere licet, fuiſſe quædam in Imperio judicia, in quibus non alii, quam Principes, Iudices, aut Scabini eſſe, potuerunt: Nempe hæc ipſa, ni fallor Principum honorem, perſonam, ac feuda concernentia, das Fürſten-recht. Nam ſpeciali iſthac conceſſione, Burggraviis Norimbergenſibus factâ, opus haud fuiſſet, ſi alii, quam Principes, Iudicum, aut Scabinorum munere, in Judiciis iſtis, de quibus Imperator loquitur, fungi potuiſſent.

VI. Jus Principum hoc etiam, ut ſuprà probavimus, peculiare habuit, quod è trinâ citatione, prior, non, niſi per Principem aliquem Imperii inſinuari debuit.

Si ergò Princeps Imperii in cauſis, corpus, honorem, ac feuda ejus concernentibus, ab alio, quam Principe Imperii, ad Judicium vocari non potuit: Quanto minus ab aliis judicari debuit?

Ex his omnibus evidenter colligimus, quo ſenſu textus iſti, quibus cognitio de Feudis Principum, etiam in recentioribus Imperii Conſtitutionibus Imperatori reſervata eſt, quoſque pro unico fundamento contrariæ ſententiæ aſſertores habent, intelligendi ſint, Ob ſachen vorfielen / Fürſtenthum / Hertzogthum / &c. belangend / ſo vom Reich zu Lehen

(a) *apud Goldaſt. tomo I. Conſtit. Imper. p.* 371.

Lehen rühren/ſo einem theil gäntzlich vnd endlich abgeſprochen werden ſolten/ derſelben erkäntnüs iſt Ihr Keyſerl. Mayt. vorbehalten. *(a)*

Cum enim poſteriores Leges ad priores pertineant, niſi contrariæ ſint; *(b)* nec antiqui juris correctio niſi nominatim & expreſſe fiat, præſumenda ſit: *(c)* Etiam noviſſima iſta Legum diſpoſitio ita explicanda venit, ut, non Pares Curiæ, ſeu Principes, qui à multis retro ſeculis, Iudicio adhiberi conſuêrunt, (non enim de iis quicquam nominatim cautum eſt) ſed Regimenti, Cameræ Imperialis, & Auſtregarum cognitionem, tantum excludat. *(d)*

Quod ſi, ſuperiore textu ob id, quod in eo ſolius Imperatoris mentio fit, Principes Imperii à cognitione excluſos, dicere poteris, quia is ſcripſit: Cauſam, inter Fridericum & Ericum, de Electoratu Saxoniæ, *ad Forum ſuum pertinere:* *(e)* Suamque decere ſolertiam inprimis, quædam Imperii jura ſervare; quinimo, juxta poſſibilitatem ſuæ facultatis adaugere, prout ex debito ſacramenti ſit adſtrictus; id quod rectè facere conſpiciatur, ſi *cauſas ad examen Culminis Imperialis pertinentes, ſub ſua juriſdictione conſervet.*

Aut quia is jactitavit, *(f)* Daß ſolche ſachen rechts-wegen für Ihn (den Keyſer) gehören / wann die des Reichs Lehen antreffen/

(a) *Ordinatio Regimenti de An.* 1521. § ob auch ſachen. *Ordinatio Cameræ de An.* 1555. *parte* 2. *tit.* 7. (b) *l.* 28. *de Legibus.* (c) *l.* 27. *C. de teſt. l.* 23. § *fin. C. de appell.* (d) *Elect. Brandenburg. & Neoburgicus Princeps, in publico reſcripto ſuper cauſâ Iuleacenſi.* (e) *in epiſtolâ ad Concilium Baſilienſe apud Lundorp. d. l. p.* 11. (f) *In proteſtatione contra Concilium Baſilienſe apud Lundorp. d. l. p.* 11.

cum Carolus IV. Burggravios Norimbergenſes crearet Principes Imperii, dedit iis, inter alia, poteſtatem, cum Imperii Sacri Principibus, adinvenire, definire, & dare juris ſententias, ſuper omnibus cauſis & negotiis, ſive corpus, ſive res conſpiciant vel honores. Et hoc in Imperiali Curiâ, vel alibi, vbicunque contingit Principes præſidere judiciis, vel loco Scabinorum.(a)

Vnde colligere licet, fuiſſe quædam in Imperio judicia, in quibus non alii, quam Principes, Iudices, aut Scabini eſſe, potuerunt: Nempe hæc ipſa, ni fallor Principum honorem, perſonam, ac feuda concernentia, das Fürſten-recht. Nam ſpeciali iſthac conceſſione, Burggraviis Norimbergenſibus factâ, opus haud fuiſſet, ſi alii, quam Principes, Iudicum, aut Scabinorum munere, in Judiciis iſtis, de quibus Imperator loquitur, fungi potuiſſent.

VI. Jus Principum hoc etiam, ut ſuprà probavimus, peculiare habuit, quod è trinâ citatione, prior, non, niſi per Principem aliquem Imperii inſinuari debuit.

Si ergò Princeps Imperii in cauſis, corpus, honorem, ac feuda ejus concernentibus, ab alio, quam Principe Imperii, ad Judicium vocari non potuit: Quanto minus ab aliis judicari debuit?

Ex his omnibus evidenter colligimus, quo ſenſu textus iſti, quibus cognitio de Feudis Principum, etiam in recentioribus Imperii Conſtitutionibus Imperatori reſervata eſt, quoſque pro unico fundamento contrariæ ſententiæ aſſertores habent, intelligendi ſint, Ob ſachen vorfielen / Fürſtenthum / Hertzogthum / &c. belangend / ſo vom Reich zu Lehen

(a) *apud Goldaſt. tom. I. Conſtit. Imper. p. 371.*

Lehen rühren/ſo einem theil gäntzlich vnd endlich abgeſprochen werden ſolten/ derſelben erkäntnüs iſt Ihr Keyſerl. Mayt. vorbehalten. *(a)*

Cum enim poſteriores Leges ad priores pertineant, niſi contrariæ ſint; *(b)* nec antiqui juris correctio niſi nominatim & expreſſe fiat, præſumenda ſit: *(c)* Etiam noviſſima iſta Legum diſpoſitio ita explicanda venit, ut, non Pares Curiæ, ſeu Principes, qui à multis retro ſeculis, Iudicio adhiberi conſuêrunt, (non enim de iis quicquam nominatim cautum eſt) ſed Regimenti, Cameræ Imperialis, & Auſtregarum cognitionem, tantum excludat. *(d)*

Quod ſi, ſuperiore textu ob id, quod in eo ſolius Imperatoris mentio fit, Principes Imperii à cognitione excluſos, dicere poteris, quia is ſcripſit: Cauſam, inter Fridericum & Ericum, de Electoratu Saxoniæ, *ad Forum ſuum pertinere: (e)* Suamque decere ſolertiam inprimis, quædam Imperii jura ſervare; quinimo, juxta poſſibilitatem ſuæ facultatis adaugere, prout ex debito ſacramenti ſit adſtrictus; id quod rectè facere conſpiciatur, ſi *cauſas ad examen Culminis Imperialis pertinentes, ſub ſua juriſdictione conſervet.*

Aut quia is jactitavit, *(f)* Daß ſolche ſachen rechts-wegen für Ihn (den Keyſer) gehören / wann die des Reichs Lehen antreffen/

(a) *Ordinatio Regimenti de An,* 1521. § ob auch ſachen. *Ordinatio Cameræ de An.* 1555. *parte* 2. *tit.* 7. (b) *l.* 28. *de Legibus.* (c) *l.* 27. *C. de teſt. l.* 23. § *fin. C. de appell.* (d) *Elect. Brandenburg. & Neoburgicus Princeps, in publico reſcripto ſuper cauſâ Iuleacenſi.* (e) *in epiſtolâ ad Concilium Baſilienſe apud Lundorp. d. l. p.* 11. (f) *In proteſtatione contra Concilium Baſilienſe apud Lundorp. d. l. p.* 11.

ſen/ (*a*) Iterumque, Daß er geſprochen habe/ mit ſeinem Königlichen Spruch vnd Vrthell/ vnd dan krafft des Briefs zum recht / als recht iſt.

Cognitio in hoc Iudicio Cæſaris eſt, ſed non ſolius.

Cognitio enim & ſententiæ latio, ut textus iſti aſſerunt, Cæſaris quidem eſt; nec nos id inficias imus: Non vero abſolutè ſolius Cæſaris, ſed certo modo; cum conſenſu, ſcilicet, Parium Curiæ.

Nam haud veroſimile eſt, Principes Imperii, Imperatorem in ſuperiori Receſſu Iudicem agnoſcendo, privilegio ſuo, & ſingulari præeminentiæ renunciare voluiſſe: Nec tanti juris renunciatio, per præſumptionem, aut ſubauditum intellectum induci debet. (*c*)

Reſponſio ad ſecundam objectionem.

Vlterius male quis objecerit, (*d*) neque in Aurea Bulla, neque ulla alia Imperii lege, Iudicii hujus, des Fürſten-Rechts / fieri mentionem; adeoque commentitium illud merito argui: Quemadmodum Saxoniæ quoque Elector, ad Vnitos Principes reſcribens, (*e*) fecit, Er wiſſe von ſolchem Fürſten-Recht nichts / habe auch nicht erfahren können/an welchem orth daſſelbe beſchrieben/oder auff welcher Reichs-verſamblung ein ſolch Recht jemahls gefaſt/ beſchrieben/ publiciret/ vnd authentiſiret.

Nam Jus hoc Principum primitus quidem, non certâ aliqua Lege, ſed moribus & conſuetudine, ut alia multa, in Imperio ſenſim

(a) *In prima ſententia Conſtantiæ Anno* 1417. *lata, apud Lundorp. d. l. p.* 12. (b) *Ejuſdem ſententia Norimbergæ Anno* 1431. *lata apud Lundorp. d. l. p.* 16. (c) *Vniti Principes in literis ad Electorem Saxoniæ de dato* Schwäbiſchen Hall 31. *Ianuar. anno* 1610. (d) *Reink. lib.* 1. *cl* 4. *c.* 19. *n.* 35. (e) *de dato* Dreſden 10. *Febr. anno* 1610.

ſim ac cum tempore inductum, receptumve videtur.

Falſiſſimum tamen id eſſe, quod nulla Imperii Lege ejus mentio fiat, ex Conſtitutione Baſileæ factâ, der Chur-Fürſten vnd Fürſten Geſetzẽ zu Baſel mit Keyſer Sigmunden gemacht/ cujus tenorem, quoad hunc articulum, Lundorpius (*a*) refert, tum aliis quoque antiquitatis monumentis, quæ alii in lucem eruerunt, & nos in ſuperioribus ſubinde allegavimus, liquidò apparet.

Quamvis autem Conſtitutio iſta Baſilienſis, hodie, inter Receſſus Imperii impreſſa non reperiatur: Majorem tamen apud nos fidem merentur, indubitata hæc, & veneranda antiquæ Germaniæ dignitatis rudera, quam novellæ omnium aſſentatorum aulico Imperatoriorum opiniones. Quippe, qui nil magis in votis hucuſque habuerunt, quam ut dignitas ac Libertas Germaniæ unam haberet cervicem; quò, non carptim, ſed uno ictu illam detruncare ac exſtirpare poſſent.

Conſiliarii Imperatoris ac Principum non penitus ab hoc judicio excluduntur.

Coronidis loco circa Jus hoc Principum notare lubet, quod nec noſtaa, nec aliorum, ut opinamur, unquam mens fuerit, Conſiliarios Imperatoris & Principum peniſſimè à Iudicio excludere. Quem craſſum errorem errat Saxoniæ Elector, & hinc, Ius illud Principum calumniandi ſeu traducendi, ſatis pueriliter anſam arripit (*b*) Er könne nicht berichtet werden / daß einiger Chur-oder Fürſt im heiligen Reich jemahls einem andern citation, oder dergleichen proces inſinui-

(*a*) *Eod. l. p.* 22. (*b*) *In reſponſo ad Vnitorum Principum literas de dato* Dresden 10. *Febr. Anno* 1610.

nuiret/ viel weniger/ daß Chur⸗oder Fürſten⸗Recht geſäſſen/ vnd neben der Keyſerlichen Majeſtät (ohne-zuziehung Jhrer allerſeits Räthe/ wie mans haben wil) einigen proces formiret/ protocolliret/ vota colligiret/ Vrtel concipiret/ vnd alles andere verrichtet/ was der ordo proceſſus diſfals erfordert. Idemque in accentibus de Cæſare ſcribit, Er ſehe nicht/ wie Jhre Keyſerliche Majeſtät dero Räthe/ vnd andere Officiarten excludiren können: man wolte es dann davor halten/ daß Jhre Majeſtät ſelbſten in propria perſona, alle labores Cancellariæ allein auff ſich nehmen/ vnd Chur-vnd Fürſtliche Perſonen/ die proces inſinuiren/ vnd exſequiren ſolten. Welches warlich dem heiligem Römiſchen Reich/ Chur-vnd Fürſten eine ſchlechte reputation, Würde vnd Hohheit-cauſiren mögte.

Nam, quod ad citationem attinet, illa primâ vice, propter inſignem Principum Germanorum dignitatem, & ut ea, non Imperatoris tantùm, ſed etiam Imperii nomine fieri intelligatur, à Principe aliquo inſinuanda eſt: Quod autem nullum ejus produci poſſit exemplum, vel unico iſto exemplo Marchionis Badenſis, ſuprà adducto, notoriæ falſitatis convincitur.

Conſiliarios verò, tantum abeſt, ut ab hoc Judicio penitùs excludamus, ut Cancellariæ labores eos potiùs ſuſtinere, & Imperatori ac Principibus ſuis conſilio operâve adeſſe velimus: Modo tamen ipſi Principes cum Imperatore præſentes ſint, & in ſuffragia eant, ac ſententiam definitivam, unanimiter, aut per majora, forment ac ferant.

Imò (quoniam delicatuli hodiernorùm Principum mores, Judiciis in perſonâ intereſſe, nimis laborioſum, imo & probroſum, ſibi

ſibi ducunt) adhuc tolerandum eſſet, ſi per conſiliarios, ſeu Delegatos tantum ſuos cognitioni aſſiſterent, aut, tota Proceſſus directione, uſque ad ſententiam definitivam Conſiliariis Imperatoris aulicis relicta, ipſi vel in perſona, vel per ſuos, in ſententia ſaltem hac formanda, partes ſuas obirent. Ne tota rei ſumma in ſolius Imperatoris manibus ac arbitrio conſiſteret.

Ita adhuc novè factum, in lite Electoris, contra urbem Trevirenſem; In qua à Conſiliariis Imperatoris, uſque ad definitivam proceſſum; ſententia verò definitiva, non à ſolius Imperatoris, ſed omnium unà Electorum Delegatis lata eſt, Haben die Chur-Fürſten jhre hierzu gevollmächtigte anſehnliche Räthe auff die beſtimte zeit verordnet; vnd iſt denſelben vollkomene vnd eigendliche / der gerichtlichen eingekomenen acten, communication beſchehen. Darauff ſie neben den Keyſerlichen / hierzu inſonderheit deputirten Hof-Rähten vnd Commiſſarien, dieſelbe acta alles fleiſſes verleſen / erwogen vnd berathſchlaget / auch endlich / nach gelegenheit aller vmbſtände / ſich mit denſelben einer einhelligen meynung / den acten, rechten / vnd billigkeit gemäß / verglichen. (a)

SECTIO IV.

Atque hæc, antiquis temporibus, ita obſervata ſunt, ut cauſſas, Principum corpus, famam, ac regalia concernentes, Imperator ac Principes quidam Imperii, reliquas verò Imperator ſolus, vel ab eo conſtitutus Iudex, adhibitis, quos vellet, Imperator, Aſſeſ-

(a) *Sententia inter Electorem & Civitatem Trevirenſem lata Praga 18. Martii Anno 1580.*

Aſſeſſoribus, vi mandatæ ſibi ab Imperio juriſdictionis, examinaret ac decideret: Idque ad Maximiliani uſque I. tempora; quando Majores noſtri arma magis, quam Leges tractabant, & magna litigantium raritas erat, Proceſſuſque judiciarii, præſertim appellationum, ferè incogniti.

Creſcente vero paulatim hominum malitiâ, & Legiſtarum increbeſcente multitudine, cum ipſæ quoque lites creſcerent ac multiplicarentur, inprimis autem beneficium Appellationis litigatoribus magis, magiſque innoteſceret, varia cœperunt oriri incommoda: Cum ex eo, quod Aula Principis, quam litigantes ſequi tenebantur, non eodem ſemper loco erat, & plerumque in extremis Auſtriæ finibus; tum inprimis ex eo, quod Judicium hoc certa forma, certiſque, ad id deſtinatis, ac idoneis, perſonis carebat, & forſan ab Imperatoribus ad id Deputati (ut hodie ſæpius facere arguuntur) ita olim quoque, corrupti muneribus, aut affectibus ſeducti, ſequiores ferebant ſententias.

Maximiliani tempore mandata Imperatori juriſdictio revocata.

Hinc Ordines Imperii, de cauſis omnibus, communiter, ad notionem ſuam revocandis, certoque aliquo ac melius ordinato Judicio inſtituendo, cogitationes ſuſceperunt: Quibus urgentibus, tandem, in Comitiis Francofurtenſibus, Anno 1489. habitis: decretum eſt, (a) Daß die Königliche Majeſtät unverzogentlich / bey der Keyſerliche Mayeſtät getrewen und nützlichen fleis ankehren ſolle / daß ſeine Keyſerliche Gnade / auff die Ordnung und Articul / auff vorgehaltenen Tagen zu Franckfurt / und Nürnberg / auff das Keyſerliche Cammer Gericht begriffen / und

(a) *quod refert Aut. inform. Donaverd. p.* 111.

vnd ſeiner Keyſerlichen Gnade übergeben/das Cammer-Gericht/mit Cammer-Richter/Beyſitzern/vnd auch dero Mahlſtadt/vnd anderm/ laut derſelben Ordnung / zwiſchen hie vnd Weyhnachten nechſt auffrichten / vnd zum beſten ordnen/ vnd beſtellen wollen.

Tergiverſante tamen dubio procul Imperatore, & variis aliis impedimentis intervenientibus, res dilata, uſque ad annum 1495. Quo ſummum illud Imperii tribunal certo aliquo loco, & in commodâ Civitate, commorari juſſum eſt. *(a)*

Idque ideò, ut, ſine magno incommodo quiſque jus ſuum conſequi poſſet. Hic enim inſtitutæ hujus Cameræ finis fuit, Das Keyſerliche Cammer-Gericht iſt anfänglich damit männiglich mit weinigſter beſchwerung zu ſeinem Rechten geholffen werden möchte/geordnet/vnd auffgerichtet. *(b)*

Cum autem paulò poſt, ex variis defectibus, curſus hujus Iudicii ſiſteretur, Anno 1500. reſtitutum illud eſt in priſtinum vigorem. *(c)*

Cumque mox iterum ceſſaret, Maximilianus ad priorem conſuetudinem redire, juriſdictionem rurſus exercere, ac in Aulâ ſupremum Iudicium celebrare voluit; quapropter quoſdam, quibus inter ſe controverſia erat, Anno 1502. & 1503. ad ſe evocavit, Hatt ſich fürgenommen / ein Cammer-Gericht zu Regenſpurg / auſſerhalb der ge-

(a) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1495. *tit.* wo das Cammer-Gericht gehalten werden ſoll. *Confirmatio Pacis publicæ eod. Anno tit.* Das Cammer-Gericht an einem ſtäten ort zu halten. (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1566. §. nach dem der gemeine. (c) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1500. *in princ.*

Aſſeſſoribus, vi mandatæ ſibi ab Imperio juriſdictionis, examinaret ac decideret: Idque ad Maximiliani uſque I. tempora; quando Majores noſtri arma magis, quam Leges tractabant, & magna litigantium raritas erat, Proceſſuſque judiciarii, præſertim appellationum, ferè incogniti.

Creſcente vero paulatim hominum malitiâ, & Legiſtarum increbeſcente multitudine, cum ipſæ quoque lites creſcerent ac multiplicarentur, inprimis autem beneficium Appellationis litigatoribus magis, magiſque innoteſceret, varia cœperunt oriri incommoda: Cum ex eo, quod Aula Principis, quam litigantes ſequi tenebantur, non eodem ſemper loco erat, & plerumque in extremis Auſtriæ finibus; tum inprimis ex eo, quod Judicium hoc certa forma, certiſque, ad id deſtinatis, ac idoneis, perſonis carebat, & forſan ab Imperatoribus ad id Deputati (ut hodie ſæpius facere arguuntur) ita olim quoque, corrupti muneribus, aut affectibus ſeducti, ſequiores ferebant ſententias.

Maximiliani tempore mandata Imperatori juriſdictio revocata.

Hinc Ordines Imperii, de cauſis omnibus, communiter, ad notionem ſuam revocandis, certoque aliquo ac melius ordinato Judicio inſtituendo, cogitationes ſuſceperunt: Quibus urgentibus, tandem, in Comitiis Francofurtenſibus, Anno 1489. habitis: decretum eſt, (a) Daß die Königliche Majeſtät unverzogentlich / bey der Keyſerliche Mayeſtät getrewen und nützlichen fleis ankehren ſolle/ daß ſeine Keyſerliche Gnade / auff die Ordnung und Articul/auff vorgehaltenen Tagen zu Franckfurt / und Nürnberg / auff das Keyſerliche Cammer Gericht begriffen/ und

(a) *quod refert Aut. inform. Donaverd. p.* 111.

vnd ſeiner Keyſerlichen Gnade übergeben/das Cammer-Gericht/mit Cammer-Richter/Beyſitzern/vnd auch dero Mahlſtadt/vnd andern/ laut derſelben Ordnung / zwiſchen hie vnd Weyhnachten nechſt auffrichten / vnd zum beſten ordnen/ vnd beſtellen wollen.

Tergiverſante tamen dubio procul Imperatore, & variis aliis impedimentis intervenientibus, res dilata, uſque ad annum 1495. Quo ſummum illud Imperii tribunal certo aliquo loco, & in commodâ Civitate, commorari juſſum eſt. *(a)*

Idque ideò, ut, ſine magno incommodo quiſque jus ſuum conſequi poſſet. Hic enim inſtitutæ hujus Cameræ finis fuit, Das Keyſerliche Cammer-Gericht iſt anfänglich damit männiglich mit weinigſter beſchwerung zu ſeinem Rechten geholffen werden möchte/geordnet/vnd auffgerichtet. *(b)*

Cum autem paulò poſt, ex variis defectibus, curſus hujus Iudicii ſiſteretur, Anno 1500. reſtitutum illud eſt in priſtinum vigorem. *(c)*

Cumque mox iterum ceſſaret, Maximilianus ad priorem conſuetudinem redire, juriſdictionem rurſus exercere, ac in Aulâ ſupremum Iudicium celebrare voluit; quapropter quoſdam, quibus inter ſe controverſia erat, Anno 1502. & 1503. ad ſe evocavit, Hatt ſich fürgenommen / ein Cammer-Gericht zu Regenſpurg / auſſerhalb der ge- I dach-

(a) *Ordinatio Cameræ de Anno 1495. tit.* wo das Cammer-Gericht gehalten werden ſoll. *Confirmatio Pacis publicæ eod. Anno tit.* Das Cammer-Gericht an einem ſtäten ort zu halten. (b) *Receſſus Imperii de Anno 1566.* §. nach dem der gemeine. (c) *Ordinatio Cameræ de Anno 1500. in princ.*

𝔡𝔞𝔠𝔥𝔱𝔢𝔫 𝔒𝔯𝔡𝔫𝔲𝔫𝔤 𝔷𝔲 𝔥𝔞𝔩𝔱𝔢𝔫: Sed Imperii Ordines, quia mandata ſuprema juriſdictio jam Imperatori ſemel adempta, inque Cameram tranſlata erat, contradixerunt. *(a)*

Quâ ipsâ, & aliis ſecutis contradictionibus, idem effectum eſt, ut Camera deinde iterum Anno 1507. in integrum reſtitueretur. *(b)*

Ex quo tempore, licèt circa Ordinationem Cameræ multa acciderint, eaque ſenſim in melius reformata fuerit; attamen priſtinus ejus vigor, autoritas, ac juriſdictio incorrupta, &, non interruptâ ſerie, ad noſtram uſque ætatem continuata permanſerunt.

Hucuſque quicquid diſſeruimus; ex ipſis antiquitatis Germanicæ ruderibus, ac fragmentis, erutum ivimus: Vnde tamen cuivis, opinamur, penſiculatè rem examinanti, obviam fiet; Iuriſdictionem, ne quidem ante Maximiliani I. tempora, Imperatoris, ſed Imperii potiùs propriam fuiſſe.

Tantum abeſt, ut, poſt Cameram, ſub Maximiliano, certâ ordinatione conſtitutam, eidem aſſignanda, aut attribuenda ſit.

Ante Ordinationem quidem Cameræ, Anno 1495. factam, res intricatior & difficilior videtur; eâ de causâ: Quod Imperator in omnibus ferè cauſis, juriſdictionem ſolus exercuerit, exceptis tantummodò his cauſis, quæ Principum corpus, famam, ac regalia concurrunt; adeoque proprio potiùs jure, quàm alieno beneficio eam exercuiſſe, præſumi debeat.

Vnde iſti, qui Imperatori ſupremam juriſdi-

(a) *Deputatorum literæ ad Cæſarem de dato* 𝔐𝔞𝔦𝔫𝔱𝔷 *Anno* 1503. *apud Autorem informat. Donavverd. parte* I. *inter Documenta, n.* 24.

(b) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1507.

riſdictionem propriam faciunt, proculdubio, directo contra nos aſſeverabunt: Principes Imperii, quicquid de juriſdictione, & olim participarunt, & nunc participant, id ipſos potius Imperatori, tanquam omnis Iuriſdictionis fonti, quàm hunc illis, quicquid habuit & habet, acceptum ferre debuiſſe, & debere: Imperatoremque, partem aliquam ſuæ juriſdictionis, ſeu, ejus exercitium ex parte, ſpontaneo motu communicaſſe Principibus.

Ex nobilioris Iuriſdictionis exercitio de Iuriſdictionis proprietatè judicandum.

Attamen in hoc caſu, quo è duabus, vel pluribus, quiſque in Iuriſdictionis poſſeſſione pro parte conſtitutus eſt, & dubitatur, cujuſnam Iuriſdictio propria ſit, ac uter alteri Iuriſdictionis partem, ſeu ſpeciem mandaverit? nobilior ac honoratior, minuſque oneroſa, ſive pars, ſive ſpecies Iuriſdictionis, ejuſque exercitium, moximoperè attendenda ſunt: Vt penes eum, qui iſtud habet, Iuriſdictio tota originaliter reſidere, iſque alteri ignobilioris Iuriſdictionis exercitium conceſſiſſe, intelligatur.

Nam abſurdum eſt, ut is, qui juris dicundi, &, quam velit, Iuriſdictionis partem, ſive ſpeciem, alteri mandandi poteſtatem ac liberam facultatem habet; nobilioris quidem ac minus oneroſæ Iuriſdictionis exercitium alteri mandet ſeu communicet, vilioris vero & magis oneroſæ, ſibi ſoli reſervet.

Vnde, apud Venetos, licèt antiquiſſimâ Lege Ducariâ ſancitum fuerit, ſolum Ducem præeſſe, eumque æquo moderamine Populum gubernare, & jus atque poteſtatem habere, Tribunos & Iudices conſtituendi, qui in privatis cauſis æquabiliter jura tribuerent; ita tamen, quod gravatis quando-

cunque liceret Ducis remedium implorare: Suprema nihilominus juris dicundi poteſtas, non Ducis propria facta, ſed exercitium tantum ejus, à Populo illi, hac Lege Ducariâ mandatum, exinde colligitur; quod nobiliſſima Juriſdictionis pars Reipubl. reſervata eſt, & in magis arduis cauſis (nimirum, de fortunis, & capite Civium) Optimatium atque Populi, ceu liberi, judicandi jus fuit. (a)

Pari modo in Imperio noſtro, cum ignobilioris Iuriſdictionis exercitium antiquitus ſolus habuerit Imperator; excellentioris verò, cum Principibus ipſi fuerit commune, adeoque totius Imperii; Imperium dici potius debet, aliarum cauſarum, Principes non concernentium, cognitione, ſua ſponte ſe abdicaſſe, Imperatori illam demandaſſe, eique judicandi, aut juris dicundi onus impoſuiſſe: Quam, ut Imperator, cum ipſius eſſet propria, & velut oſſibus ejus, ut loquuntur, inhæreret, ſuprema Iuriſdictio, Imperio, ejuſque membris, nobilius juris dicundi officium, & quod ad Regiam Majeſtatem quàm proxime accedit, communicarit; viliori, contemptibili, ac magis tædioſa Iuriſdictionis parte, ſeu ſpecie, ſibi reſervata.

Objectio. Rurſus oggeret hic nobis aliquis; eo, quod Principes Iudicii hujus Aſſeſſores fuerint, Imperatori non ademptam Majeſtatem, nec ejus, tanquam Iudicis, imminutam, aut cum Principibus communem illi factam eſſe juriſdictionem: Quippe Aſſeſſores Iuriſdictionis participes non ſunt.

Quorſum Elector quoque Saxoniæ collimat,

(a) *Nicol. Graſſus in notis ad Iannot. & Contar. n. 15.*

mat, (*a*) In allen gemeldten fällen haben die Römiſche Keyſer vrtheil geben/ vnd alſo jhre juriſdictionem, vnd cognitionem, gebrauchet vnd erhalten.

Nam reſpondemus, diſtinguendos eſſe ab invicem Aſſeſſores: Qui in duplici noſcuntur eſſe differentiâ. *ad eamque reſponſio.*

Alii, ſecundum antiqui juris tenorem, ipſi Judices non ſunt, ſed Judicem tantum inſtruunt, ſeu conſilio ſuo adminiſtratores juvant. (*b*) Vnde Conſiliarii vocantur, (*c*) & Conſiliorum participes. (*d*) Et hi de juriſdictione haud quicquam participiant, nec eorum conſilium, licèt aut omnes, aut maximam partem inter ſe conſentiant, Judex neceſſario ſequi tenetur. ſed nihilominus ex ſuâ mente ſententiam ferre poteſt. (*e*)

Alii vero Aſſeſſores ſunt, ad quorum omnium, vel majoris partis ſuffragia, Judex, in ferendâ ſententiâ neceſſario aſtrictus eſt; Et hi Iuriſdictionis participes ſunt, unà cum Iudice Iuriſdictione funguntur, nec Iudici tantum aſſident, ſed juris quoque dicundi, ac decernendi poteſtatem habent. (*f*) Nam jure municipali, vel conſuetudine induci poſſe, ut Aſſeſſores habeant juriſdictionem, certum eſt. (*g*)

Hi vero magis Iudices, quàm Aſſeſſores dici merentur; Licèt unus aliquis Iudicis nomen, ac titulum gerat; directionem

(a) *in d. reſponſo ad Unitorum Principum literas 5.* (b) *l.7.C.de aſſeſſoribus.* (c) *l. 5. de officio Aſſeſſ. lib. 1. 10. 11. 12. C.eod.Nov.60.cap. 2.Nov 80. cap.2.* (d) *lib. 1. C. eod.* (e) *arg. c.cum olim de arbitr.* (f) *Paurumeiſt. lib.2. de juriſd. c. 6. n. 46. edit. poſter.* (g) *Schrad. de feudis ſect. 13. qu. 3.*

proceſſus ac Iudicii habeat, vota ſingulorum exquirat, colligat, numeret; & , ſi ea paria ſint, controverſiam calculo ſuo in alterutram partem decidat.

Nam nomine tenus quidem unius hic Iudex eſt: Vis tamen ipſa juris dicundi, decidendi ac ſententiam ferendi, non eſt penes unum, ſed penes omnes; ſententiaque, ac quicquid decernitur, à toto Collegio, & omnibus junctim, proficiſcitur.

Principes im Fürſten-recht jurisdictionis participes ſunt.

Ejuſmodi Aſſeſſores hodiè Camerales quoque ſunt, in cauſis vulgarium perſonarum: Et in cauſis, Principum corpus, famam, aut regalia concernentibus, ut olim, ita hodiè adhuc, de jure, iſti, de quibus jam nobis ſermo eſt, Imperii Principes.

Hinc, in antiquis Decretis, non Aſſeſſores, ſed Iudices, Vrtheiler / appellantur; (*a*) ipſaque ſententia illis valdè notanter ac emphaticè adſcribitur.

Ita enim in primâ ſententia Conſtantiæ Anno 1417. latâ legitur, (*b*) Als wir auff den Mitwochen zu Gericht ſaſſen / vnd bey Vns über/Vnſer vnd die Reichs-Fürſten/vnd Wir die/am Vrtheil vnd Recht hierein zuſprechen/ mahneten/ da ſprach aus von Ihrer aller wegen/der Ehrwürdige Vlrich Biſchoff zu Verden/&c zum Rechten alſo: Sintemahl &c. die ſache zu auſſprüchen komen iſt / bedüncket meine Hertzen / als mich/ vnd ſprechen zu Rechten.

Et in altera ſententia, primæ confirmatoria, (*c*) eodem anno lata, quinquies iſta formula repetitur, Daß die Fürſten zu Rech-

(a) *ut notant Uniti Principes in literis ad Electorem Saxoniæ de dato* Schwäbiſchen Hall/ 31. *Ian. An.* 1610. (b) *apud Lundorp. d. l. p* 13. (c) *Ibid.*

Rechten geſprochen / daß von den Fürſten einhelliglich zu dem Rechten geſprochen.

Denique, in tertia ſententia, eadem occaſione Anno 1431. lata, (*a*) Sprechen Wir alle/ die hernach geſchrieben ſind/zum Rechten/&c. & paulo poſt, Dis vorgeſchrieben Recht vnd Vrtheil haben geſprochen / der Ehrwürdige/ Johannes, Biſchoff zu Rige, &c. So haben ſie auch vor Vns im Gerichte öffentlich bekant/ daß der Ehrwürdige/ Johannes, Biſchoff zu Chure / in dem vorgeſchriebenen Vrtheil/ vnd Rechte / eins mit jhnen ſey / vnd der auch alſo geſprochen / vnd jhn die auszuſprechen/ ſeine Vollmacht gegeben hatt. Vnd dieſelbe Vrtheil vnd Recht ſind geſprochen/vnd Wir vorgenanter König Sigmund haben / das vorgeſchrieben alles/zu Vrkund dieſer Briefe/ verſigelt / mit Vnſer Königlichen Mayſ. Inſigel.

Ex quibus omnibus apparet, quàm parum, aut nihil, autoritatis ac juris, in ſententiis hujuſmodi concipiendis, Sigiſmundus ſibi arrogârit: Quippe, qui directionem tantum Proceſſus ſeu Iudicii ſuſtinuit, ſententias Principum exquiſivit, definitivamque, per majora concluſam, ſigillo ſuo, ad majorem fidem, roboravit.

Noviſſimè quoque ejuſmodi ſententia, per uſitatam in Comitiis conventionis viam, decreta reperitur: In cauſa, nempè, Electoris contra Vrbem Trevirenſem, Haben ſich der Chur-Fürſten Gevollmächtigte anſehnliche Räthe/ mit den inſonderheit darzu deputirten Reichs Hoff-Räthen vnd Commiſſarien einhelligen meynung verglichen. (*b*)

(a) *apud Lundorp. d. lib. pag.* 16. (b) *Sententia hac in cauſâ Praga lata.* 18. *Mart. Anno* 1580.

Si quis ergo ex jure & natura Comitiorum, hoc Iudicium æſtimet ac judicet, haud credo, planè erraverit.

SECTIO V.

ET hoc quidem modo, ante ordinationem Cameræ, Iuſtitia in Imperio adminiſtrata fuit: Poſt Cameræ autem ordinationem adhuc clarius eſt, & omni dubitatione caret, quod ſupremæ Iuriſdictionis exercitium, etjam quoad perſonas non illuſtres, Ordinibus & Imperatori commune ſit.

Camera Imperii, non Imperatoris judicium eſt.

Camera enim iſta, quam ſine controverſiâ, ac unanimi conſenſu, pro ſupremo tribunali hucuſque agnovimus, non à ſolo Imperatore, ſed ab Imperatore & Ordinibus Imperii junctim accepit juriſdictionem: Nec Imperatorem tantum repræſentat, ſed totum Imperium, & omnes etiam Ordines.

De quo in Ordinatione Cameræ de Anno 1555. expreſſus textus eſt, (a) Daß die Beyſitzer/von der Keyſerlichen Mayt. auch Chur-Fürſten/ vnd Ständen des heiligen Römiſchen Reichs/ an ſolche höhe Iuſtitien geordnet/vnd an Ihrer ſtat ſitzen.

Et in Memoriali de Anno 1570. (b) Daß ſie/ die Beyſitzer/ neben dem Herrn Cammer-Richter/die Keyſerliche Mayt. Chur-vnd Fürſten/vnd alle Stände/ des heiligen Reichs repræſentiren.

Itemque in Replicâ trium ſecularium Electorum,

(a) *parte 1. tit. 8.* (b) *Ex Ciſnero refert Autor* der Kurtzen außführung/daß Chur-vnd Fürſten nicht ſchuldig/in allen vnd jeden ſachen/am Keyſerlichen Hofe zu Recht zuſtehen/ *ratione ſecundâ.*

ctorum, ad Imperatoris reſolutionem Anno 1590.(*a*) Daß Cammer Richter vnd Beyſitzer ihre jurisdiction von Keyſerlichen May. auch Chur-Fürſten/vnd allgemeinen Ständen des Reichs/ ſamentlich haben.

Hinc extrema provocatio, quando fit ad Cameram, ad Imperium fit, & non ad ſolum Imperatorem. Quemadmodum etiam in Polonia, non tam ad Regem, quam ad Conventus Regni terminatur. (*b*)

Nam, ut in Polonia tota Reſpubl. ex ſuo corpore conſtituit ſibi Iudices, qui cauſas ultimæ inſtantiæ judicent, ac definitiva ſententia lites dirimant: (*c*) Sic quoque Camera, ſupremum Imperii noſtri Iudicium, non ab Imperatore, ſed toto Imperio conſtituitur. *Quòd probatur I. ab ejus conſtitutione.*

Initio quidem Imperator, & Præſidem, & Aſſeſſores conſtituit; ſed conſentientibus tamen Imperii Ordinibus, mit rath/ vnd willen der Chur-Fürſten/ Fürſten vnd der ſamlung: (*d*) Atque ita ſanctione publica, ſeu Imperii decreto.

Deinde, cum Iuſtitiæ hoc modo non ſatis eſſet conſultum, præſentatio Iudicum in certum ordinem redacta, & inter Imperatorem ac Ordines ita diviſa eſt: Vt Imperator Iudicem quidem, ſeu Directorem Iudicii in locum proprium ordinaret, Aſſeſſores verò omnes ab Ordinibus præſentarentur. (*e*)

Sed Carolus V. huic Iudici poſtea, duos

I 5 Co-

(a) *apud Lundorp. tomo 2. Actor. publ. 1. tract. 4. pag. 45.* (b) *Statuta Regni Poloniæ titul. Appellatio.* (c) *Staniſlaus Sarcinius lib. 8. annal. Polon.* (d) *Ordinatio Cameræ de An. 1495. titul.* wie das Cammer-Gericht mit Richter/ *&c.* (e) *Ordinatio Cameræ de Anno 1507. in princ.*

Comites, ſive Barones, quorum alteruter, ubi opus eſſet, Iudicis vice fungeretur, adjecit, & inſuper, duos Aſſeſſores Ordinibus ademit, ſibique vindicavit: *(a)* Vt ita, præter Iudicem, ac duos iſtos Comites, ſive Barones, octava pars Aſſeſſorum (ſedecim enim eo tempore erant) ab ipſo, tanquam Imperatore, dependeret.

His deinde alii ſex Aſſeſſores adjecti ſunt; quos tamen Ordines nominarent: *(b)* Id quod noviſſima Ordinatione Cameræ confirmatum eſt. *(c)* Vt ita duodecima tantum Aſſeſſorum pars ab Imperatore conſtitueretur.

Vtut autem numerus Aſſeſſorum poſteà ſæpius auctus ſit, quemadmodum inprimis Anno 1570. factum, qui ad quadraginta unum excrevit: *(d)* Ita tamen ſemper id factum eſt, ut maxima pars Aſſeſſorum ab Ordinibus dependeret, & præſentaretur.

Quicquid reliquorum miniſtrorum, præter Aſſeſſores, in Iudicio hoc ſupremo requiritur, eorum conſtitutio pertinet ad Electorem Moguntinum: *(e)* Qui utique, non Imperatoris, ſed Imperii Archi-Cancellarius eſt, per Germaniam. *(f)*

Et ne quidem, antequam hoc munus Electori

(a) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1521. *tit* nennung Cammer-Richters vnd Beyſitzer. (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1530. §. dieweil nun Vnſer. (c) *parte* 1. *tit.* 1. (d) *Receſſus Imperii de Anno* 1570. §. dieweil dan von wegen. (e) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1555. *parte* 1. *tit.* 26. *Receſſus Imperii de Anno* 1557. §. vnd ſoll die Cantzley. *Receſſus Imperii de Anno* 1570. §. in Vnſer Cammer-Gerichts Cantzley. (f) *Aurea Bulla tit.* 2.

ctori Moguntino injungeretur, Imperatoris, circa ejuſmodi minutiora officia, libera omnino diſpoſitio fuit: Protonotarium enim & ſcribam, qui ab Imperatore præſentatus erat, ab Ordinibus rejectum, inque ejus locum alium ſubſtitutum, legimus. (*a*)

Ex quo conſtat, in ſupremo hoc Cameræ Iudicio, etiam quoad inferiores ejus perſonas, Ordinibus fuiſſe poteſtatem ſupra ipſum Imperatorem.

Cum ergo ſurrogatum induat naturam ejus, in cujus locum ſurrogatio facta eſt; (*b*) ſed Camera maximam partem ab Ordinibus conſtituatur, inque eorum locum ſurrogata ſit: Exinde concludimus, quod Ordines etiam potiſſimum repræſentet.

Et, quia à potiori fieri debet denominatio; (*c*) meritò abſurdos eos putamus, qui Cameram, in cujus conſtitutione Imperatori minima competit portio, Imperatoris Iudicium nuncupant: Cum Imperii meliùs & convenientiùs dicerent.

Quin ulteriùs, ſi Iudicium hoc ſolummodò ab Imperatore dependet, inſpectionem ejuſdem, & reformationem, in poteſtate quoque Imperatoris eſſe debere, naturalis ſuadet ratio. *II. à reformatione.*

Quomodo Iudicii Rotvveilenſis, quia id ſolius Imperatoris proprium eſt, reformatio ac viſitatio ad ſolum Imperatorem ſpectat. (*d*)

I 6 Iam

(a) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1507. *in fine.* (b) *lib.*10. §. 2. *ſi quis caut. lib.* 68. §. *fin. & lib. ſequ. de uſufr. & paſſim.* (c) *lib.* 10. *de Statu hom.* (d) *Maximiliani Reformatio Iudicii Rotvveilenſis parte* 3. *tit.* 20. *Receſſus Imperii de Anno* 1570. §. vnd nach dem Vorkommen.

Iam vero notum eſt, quod omnes Ordines, eo nomine, certos commiſſarios deputare ſoleant; eaque reformatio, non, ſi annuatim tantum & ordinariè, *(a)* ſed, ſi extra ordinem *(b)* quoque fiat, Imperatoris & Ordinum nomine ſimul, ſuſcipiatur.

Quemadmodum etiam inſpectio in Cameram antiquitus Regimento competiit: *(c)* Et coram Regimento, Camera conveniri potuit; quomodo id ſententiam aliquando ferre juſſum eſt, in cauſa Herzog Wilhelm vnd Herzog Ludwig von Beyern / contra Cammer-Richter vnd Beyſitzer. *(d)*

Regimentum autem Imperium totum, non Imperatorem ſolum repræſentavit.

Similiter, quando pars, per ſententiam Cameræ ſe gravatam, exiſtimat, cauſa, per Reviſionis & Syndicatus remedium, ad eoſdem Viſitatores, & non ad Imperatorem devolvitur: *(e)* Quod utique eſſet inconveniens,

(a) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1507. §. damit ſich Vnſer Königlich. *Ordinatio Cameræ de Anno* 1521. *titul.* wie das Cammer-Gericht viſitiret/ *&c. Item de Anno* 1533. *in princ. & de Anno* 1555. *parte* 1. *titul.* 50. (b) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1531. *in princ. ibi* als Wir von. & §. demnach ſetzen/vnd ordnen/ *ibi* in namen / *& in fine, ibi* thun Wir hiemit. *Receſſ. Imperii de Anno* 1542. vnd als das Cammer-Gericht *verſ.* vnd ſeynd von gemeinen Ständen. (c) *Ordinatio Regimenti de Anno* 1521. §. es ſoll Vnſer. (d) *Receſſus Imperii de Anno* 1524. §. *item* als etwan. (e) *Receſſus Imperii Anno* 1532. *titul.* Cammer-Gericht betreffend. §. vnd damit Vnſer Cammer-Richter. *Ordinatio Cameræ de Anno* 1555. *parte* 3. *titul.* 53. *in princ.*

nicus, ſi Camera Imperatori ſoli, & non toti Imperio juriſdictionem ſuam ferret acceptam.

Ita in executione quoque rei judicatæ, ſemper ad illum, à quo Iudicis ac Iudicii autoritas dependet, recurritur: *(a)* Et is ſententiam exequitur, qui eam tulit, aut referre juſſit. *III. ab exſecutione.*

In Cameræ vero Iudicio, ſi vis major adverſus contumacem requiratur, res ad Ordines Imperii, non ad Imperatorem defertur.

Et olim quidem Regimenti erat exſecutio. *(b)* Hodie, unius, duorum, aut plurium Circulorum Præfectis res permittitur; nec Imperator, niſi extremo caſu, ac in ſubſidium imploratur: Non quidem, ut ipſe exſecutionem, pro arbitrio ſuo, ad effectum perducat; ſed ut, ſecundum tenorem der Exſecutions ordnung/ *(c)* tanquam Imperii Caput, laborantibus membris, majoribus Imperii viribus, idque, ſi opus ſit, indictis Comitiis ſuccurrat. *(d)*

Cum ergo Exſecutio rerum à Camera judicatarum ad Ordines pertineat, Iudicium ipſum quoque Ordinum eſſe, exinde colligimus.

Tandem ultimo, ſi à ſolo Imperatore Camera accepit juriſdictionem, ab eodem ſolo *IV. à juriſdictionis revocatione.*

(a) *lib. 15. pr. de judic.* (b) *Declaratio Pacis publica de Anno* 1500. *tit.* von des Regiments Macht vnd Gewalt. *Ordinatio Pacis publica de Anno* 1521. *tit. ult. verſ.* Vnd ob ſich begäbe. *Ordinatio Cameræ eodem Anno tit. Execution* der vrtheil belangend. §. vnd nachdem. (c) *Ordinatio Cameræ Anno* 1555. *parte 3. tit.* 48. §. Vnd ob die Obriſten. & *tit.* 49. §. nemlich in dieſem. (d) *Receſſus Imperii Anno* 1555. §. Vnd ſo abermahls.

ſolo juriſdictione quoque privari poſſet. Nam, ut Legiſtæ tradunt, quilibet Monarcha, poteſt tollere omnes juriſdictiones, ſi velit, ac reducere ad juriſdictiones regales: *(a)* Inque concernentibus ſuperioris juriſdictionem, etiam ſine cauſa, factum revocare, ac de novo facere. *(b)*

Poſterius verò per ſe notoriè falſum exſiſtit: Nec ergò prius admitti, aut poteſt, aut debet.

Objectio. Nec pro contraria opinione admodum ſtringit, quod Camera ſummi Principis conſiſtorium vocetur, das Keyſerliche Cammer-Gericht / *(c)* der Römiſchen Königlichen Mayt. Cammer-Gericht. *(d)*

Reſponſio. Nam regulariter ejuſmodi, à nudo nomine petita, argumenta, ad ſimulacra potius, quàm vim ipſam Majeſtatis, ſpectant, ac referenda ſunt.

Eadem formula, licèt in Polonia reverà ad Conventus Regni appelletur, Sigiſmundus quoque Rex Petriocoviæ, Anno 1523 uſus, ad Regiam Majeſtatem, tanquam jurium omnium Dominum ſuperiorem, pro Iuſtitia conſequenda appellari jactavit. *(e)*

Fit autem illud, ut credimus, in Imperatoris, qui & Imperii, & hujus Judicii Caput eſt, honorem; Licèt in effectu, ac re ipſa, non Imperatoris, tantùm, ſed Imperii quoque Iudicium eſſe, reperiatur.

Vnde aliquando magis appoſitè indigitatur ab Imperatoribus, Vnſer vnd des Heiligen.

(a) *ex Chaſſanao Petrus Gregor. lib. 9. de Republ. cap. I.* (b) *ex Felino Idem ibid.* (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1545. §. vnd wiewol. *Rubr. Ordinationis Cameræ de Anno* 1555. *& paſſim.* (d) *Rubr. Ordinationis Cameræ de Anno* 1495. (e) *Statuta Poloniæ tit. Appellatio.*

ligen Reichs Cammer-Gericht / *(a)* der Keyſerlichen Mayt. vnd des Heiligen Reichs höchſte Iuriſdiction vnd Gerichts-zwang. *(b)*

Cætera quoque, quæ alii objiciunt; ſcilicet, quod Proceſſus omnes, ac Decreta Cameralia ſolius Imperatoris nomine ac ſigillo expediantur, *(c)* & mandata omnia in eâ forma emanent; *(d)* quodque Imperator ſolus Iudicii hujus Caput, ſeu Iudicem, den Cammer-Richter/ conſtituat: *(e)* Ejus momenti non ſunt, ut potiſſimam hujus Iudicii partem ad Imperatorem trahant. *II. objectio.*

Nam nomine quidem Imperatoris, tanquam ſummi Præſidis, ſeu Directoris hujus Iudicii, utuntur Camerales: Neo inde tamen plus juris Imperatori, in ſummæ juriſdictionis exercitio, aſſignare poſſimus, quàm Duci Venetorum, ſub cujus nomine & autoritate totius Conſilii decreta promulgantur. *(f)* *Reſponſio.*

Iudicem, ſive Iudicii Directorem, licèt Imperator conſtituat; id tanti tamen non eſt, ut Imperatori, in ſupremo hoc Iudicio, eximium quid, præ Ordinibus Imperii tribuat.

Fatemur ſanè, Iudicis maximam habendam eſſe rationem, & omnem Iudicii vim, ſeu Iuriſdictionem, ab ipſo dependere, ſi inſignis aliqua in controverſiis decidendis, & decretis faciendis ejus eſſet poteſtas:

(a) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1495. *in primo. Conſtitutio* vom gemeinen Pfenning. *Anno eod. titul. ult.* (b) *In memorial. Viſitat. Anno* 1556. § vnd nachdem. (c) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1555. *parte* 3. *tit.* 12. §. Vnd ſo ſolche. (d) *Reink. lib.* 1. *cl. cap.* 2. *num.* 160. (e) *Ibid. n.* 155. (f) *Arniſ. lib.* 2. *relect. Pedit. cap.* 6. *n.* 97.

ſtas: Et is perceptis Aſſeſſorum ſuffragiis, liberè, pro ſuo arbitrio, ſive ſecundum, ſive contra Aſſeſſorum mentem, ſententiam ferre poſſet.

Tunc enim Imperatoris, qui Iudicem hunc conſtituit, ſola, ſine dubio, ſuprema foret Iuriſdictio: Aſſeſſoribus, qui Ordines repræſentant, nudo Conſilio relicto.

Sed Iudicis Cameralis non adeo inſignis eſt autoritas, nec per ſe, ſine ſcitu & conſenſu Aſſeſſorum, ordinandi, decidendi, imo ne votandi quidem jus habet; ſed aliorum tantum votis aſſiſtendi. (a) Si tamen Aſſeſſores inter ſe diſcrepent, ac pares numero ſint, ſuffragio ſuo in alterutram partem controverſiam decidere poteſt, **Ob die Beyſitzer ſpännig/vnd auf iglichem theil gleich wären/ welchen dan der Richter einen Zufall/ thut/darbey ſoll es bleiben.** (b) Nec ergo plus, quàm unicum votum habet, nec majore, in decidendo, poteſtate pollet, quàm ſinguli Aſſeſſorum.

Hinc ipſi etiam Aſſeſſores, Iudices, **Beyſitzer /** appellantur; (c) quippe, qui ipſius juriſdictionis participes ſunt, æquè ac Præſes Iudicii **der Cammer-Richter**: Nec videmus eâ de cauſsâ, quæ Imperatori inde, quod is Iudicem hunc conſtituit, præeminentia tribui, omnibus Ordinibus, ſimul junctis, poſſit

Alia longè ratio aliorum eſt Regum, qui Procerum, aut Parlamenti conſilio, jus dicunt; ut Regis Galliæ.

Hic

(a) *Ventura de Valend. in parthen. litig. lib. 1. d. 14. n. 3.* (b) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1495. *tit.* **wie das Cammer-Gericht mit Richtern/** *&c.* § **ob ſie.** (c) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1555. *parte* 3. *tit.* 53. § **ob ſich aber.**

Hic enim, Cancellarium quidem ſingulorum ſententias exquirere, tumque ad ſe referre jubet: Non tamen, ut eas numeret, quomodo fit in Iudicum decuriis: ſed ut, arbitrio ac voluntate ſuâ, ponderare poſſit. Ac tametſi ſæpiùs eam ſententiam probet, quæ ſuffragiorum numero vincit, ut tamen intelligatur, non Magiſtratuum, aut Iudicum, ſed Principis ſolius decretum eſſe, nec cæteros Magiſtratus imperium ullum habere; Cancellarius non pronunciat, Iudicibus ac Curiæ, hoc aut illud videri, ſed, clarâ voce, his verbis utitur; Rex vobis dicit. (*a*)

Breviter, in Iudicio Camerali, ſi numerum votorum, ſeu ſuffragiorum, in quibus tota Iudicii hujus energia ac vis conſiſtit, colligamus; quinque tantùm vota (nam duo iſta, quæ Domui Auſtriacæ, ratione Auſtriæ ac Burgundiæ competunt, his connumeranda non ſunt) Imperatori aſſignata, reliqua omnia Ordinibus Imperii relicta, comperiemus.

Ex quibus liquido conſtat, quanta pars Cameræ Imperialis ab Ordinibus Imperii, quantula vero ab Imperatore dependeat: Et pro quâ parte Camera Imperatorem, pro qua vero parte Ordines Imperii repræſentare, dici dicebat.

SECTIO VI.

Porro præter hæc, quæ adduximus, ſententiam noſtram argumento, à Rotweilenſi Dicaſterio, deſumpto, firmare poſſumus.

Illud enim ſolius Imperatoris eſt, qui ſolus, tanquam Imperator, ex antiquo jure ac *Iuriſdictionem ſupremam.*

(*a*) *Bodin. lib. 2. de Republ. c. 1.*

proceſſus ac Iudicii habeat, vota ſingulorum exquirat, colligat, numeret; &, ſi ea paria ſint, controverſiam calculo ſuo in alterutram partem decidat.

Nam nomine tenus quidem unius hic Iudex eſt: Vis tamen ipſa juris dicundi, decidendi ac ſententiam ferendi, non eſt penes unum, ſed penes omnes; ſententiaque, ac quicquid decernitur, à toto Collegio, & omnibus junctim, proficiſcitur.

Principes im Fürſten-recht jurisdictionis participes ſunt.

Ejuſmodi Aſſeſſores hodiè Camerales quoque ſunt, in cauſis vulgarium perſonarum: Et in cauſis, Principum corpus, famam, aut regalia concernentibus, ut olim, ita hodiè adhuc, de jure, iſti, de quibus jam nobis ſermo eſt, Imperii Principes.

Hinc, in antiquis Decretis, non Aſſeſſores, ſed Iudices, Vrtheiler / appellantur; (*a*) ipſaque ſententia illis valdè notanter ac emphaticè adſcribitur.

Ita enim in primâ ſententia Conſtantiæ Anno 1417. latâ legitur. (*b*) Als wir auff den Mitwochen zu Gericht ſaſſen / vnd bey Vns über / Vnſer vnd die Reichs-Fürſten / vnd Wir die / am Vrtheil vnd Recht hierein zuſprechen / mahneten / da ſprach aus von Ihrer aller wegen / der Ehrwürdige Vlrich Biſchoff zu Verden / &c zum Rechten alſo: Sintemahl &c. die ſache zu auſſprüchen komen iſt / bedüncket meine Herren / als mich / vnd ſprechen zu Rechten.

Et in altera ſententia, primæ confirmatoria, (*c*) eodem anno lata, quinquies iſta formula repetitur, Daß die Fürſten zu Rech-

(a) *ut notant Uniti Principes in literis ad Electorem Saxoniæ de dato* Schwäbiſchen Hall / 31. *Ian. An.* 1610. (b) *apud Lundorp. d. l. p* 13. (c) *Ibid.*

Rechten geſprochen / daß von den Fürſten einhelliglich zu dem Rechten geſprochen.

Denique, in tertia ſententia, eadem occaſione Anno 1431. lata, (*a*) Sprechen Wir alle/ die hernach geſchrieben ſind/zum Rechten/&c. & paulo poſt, Dis vorgeſchrieben Recht vnd Vrtheil haben geſprochen / der Ehrwürdige/ Johannes, Biſchoff zu Rige, &c. So haben ſie auch vor Vns im Gerichte öffentlich bekant/ daß der Ehrwürdige/ Johannes, Biſchoff zu Chure / in dem vorgeſchriebenen Vrtheil/ vnd Rechte / eins mit jhnen ſey / vnd der auch alſo geſprochen / vnd jhn die auszuſprechen/ ſeine Vollmacht gegeben hatt. Vnd dieſelbe Vrtheil vnd Recht ſind geſprochen/vnd Wir vorgenanter König Sigmund haben / das vorgeſchrieben alles/zu Vrkund dieſer Briefe/ verſigelt / mit Vnſer Königlichen Mayt. Inſigel.

Ex quibus omnibus apparet, quàm parum, aut nihil, autoritatis ac juris, in ſententiis hujuſmodi concipiendis, Sigiſmundus ſibi arrogârit: Quippe, qui directionem tantum Proceſsûs ſeu Iudicii ſuſtinuit, ſententias Principum exquiſivit, definitivamque, per majora concluſam, ſigillo ſuo, ad majorem fidem, roboravit.

Noviſſimè quoque ejuſmodi ſententia, per uſitatam in Comitiis conventionis viam, decreta reperitur: In cauſa, nempè, Electoris contra Vrbem Trevirenſem, Haben ſich der Chur-Fürſten Gevollmächtigte anſehnliche Räthe/ mit den inſonderheit darzu deputirten Reichs Hoff-Räthen vnd Commiſſarien einhelligen meynung verglichen. (*b*)

I 4 Si

(a) *apud Lundorp. d. lib. pag.* 16. (b) *Sententia hac in causâ Praga lata.* 18. *Mart. Anno* 1580.

Si quis ergo ex jure & natura Comitiorum, hoc Iudicium æſtimet ac judicet, haud credo, planè erraverit.

SECTIO V.

ET hoc quidem modo, ante ordinationem Cameræ, Iuſtitia in Imperio adminiſtrata fuit: Poſt Cameræ autem ordinationem adhuc clarius eſt, & omni dubitatione caret, quod ſupremæ Iuriſdictionis exercitium, etjam quoad perſonas non illuſtres, Ordinibus & Imperatori commune ſit.

Camera Imperii, non Imperatoris judicium eſt.

Camera enim iſta, quam ſine controverſiâ, ac unanimi conſenſu, pro ſupremo tribunali hucuſque agnovimus, non à ſolo Imperatore, ſed ab Imperatore & Ordinibus Imperii junctim accepit juriſdictionem: Nec Imperatorem tantum repræſentat, ſed totum Imperium, & omnes etiam Ordines.

De quo in Ordinatione Cameræ de Anno 1555. expreſſus textus eſt, *(a)* Daß die Beyſitzer/von der Keyſerlichen Mayt. auch Chur-Fürſten / vnd Stånden des heiligen Römiſchen Reichs / an ſolche höhe Iuſtitien geordnet/vnd an Ihrer ſtat ſitzen.

Et in Memoriali de Anno 1570. *(b)* Daß ſie/ die Beyſitzer / neben dem Herrn Cammer-Richter/die Keyſerliche Mayt. Chur-vnd Fürſten/vnd alle Stånde/ des heiligen Reichs repræſentiren.

Itemque in Replicâ trium ſecularium Electorum,

(a) *parte* 1. *tit.* 8. (b) *Ex Ciſnero refert Autor* der Kurtzen außführung/daß Chur-vnd Fürſten nicht ſchuldig/in allen vnd jeden ſachen/am Keyſerlichen Hofe zu Recht zuſtehen/ *ratione ſecundâ.*

ctorum, ad Imperatoris reſolutionem Anno 1590. (*a*) Daß Cammer Richter vnd Beyſitzer jhre juriſdiction von Keyſerlichen Mayt. auch Chur-Fürſten/vnd allgemeinen Ständen des Reichs/ ſamentlich haben.

Hinc extrema provocatio, quando fit ad Cameram, ad Imperium fit, & non ad ſolum Imperatorem. Quemadmodum etiam in Polonia, non tam ad Regem, quam ad Conventus Regni terminatur. (*b*)

Nam, ut in Polonia tota Reſpubl. ex ſuo corpore conſtituit ſibi Iudices, qui cauſas ultimæ inſtantiæ judicent, ac definitiva ſententia lites dirimant: (*c*) Sic quoque Camera, ſupremum Imperii noſtri Iudicium, non ab Imperatore, ſed toto Imperio conſtituitur. *Quod probatur I. ab ejus conſtitutione.*

Initio quidem Imperator, & Præſidem, & Aſſeſſores conſtituit; ſed conſentientibus tamen Imperii Ordinibus, mit rath / vnd willen der Chur-Fürſten / Fürſten vnd der ſamlung: (*d*) Atque ita ſanctione publica, ſeu Imperii decreto.

Deinde, cum Iuſtitiæ hoc modo non ſatis eſſet conſultum, præſentatio Iudicum in certum ordinem redacta, & inter Imperatorem ac Ordines ita diviſa eſt: Vt Imperator Iudicem quidem, ſeu Directorem Iudicii in locum proprium ordinaret, Aſſeſſores verò omnes ab Ordinibus præſentarentur. (*e*)

Sed Carolus V. huic Iudici poſtea, duos

(a) *apud Lundorp. tomo 2. actor. publ. 1. tract. 4. pag. 45.* (b) *Statuta Regni Poloniæ titul. Appellatio.* (c) *Staniſlaus Sarcinius lib. 8. annal. Polon.* (d) *Ordinatio Cameræ de An. 1495. titul.* wie das Cammer-Gericht mit Richter / *&c.* (e) *Ordinatio Cameræ de Anno 1507. in princ.*

Comites, ſive Barones, quorum alterutrer, ubi opus eſſet, Iudicis vice fungeretur, adjecit, & inſuper, duos Aſſeſſores Ordinibus ademit, ſibique vindicavit: *(a)* Vt ita, præter Iudicem, ac duos iſtos Comites, ſive Barones, octava pars Aſſeſſorum (ſedecim enim eo tempore erant) ab ipſo, tanquam Imperatore, dependeret.

His deinde alii ſex Aſſeſſores adjecti ſunt; quos tamen Ordines nominarent: *(b)* Id quod noviſſima Ordinatione Cameræ confirmatum eſt. *(c)* Vt ita duodecima tantum Aſſeſſorum pars ab Imperatore conſtitueretur.

Vtut autem numerus Aſſeſſorum poſteà ſæpius auctus ſit, quemadmodum inprimis Anno 1570. factum, qui ad quadraginta unum excrevit: *(d)* Ita tamen ſemper id factum eſt, ut maxima pars Aſſeſſorum ab Ordinibus dependeret, & præſentaretur.

Quicquid reliquorum miniſtrorum, præter Aſſeſſores, in Iudicio hoc ſupremo requiritur, eorum conſtitutio pertinet ad Electorem Moguntinum: *(e)* Qui utique, non Imperatoris, ſed Imperii Archi-Cancellarius eſt, per Germaniam. *(f)*

Et ne quidem, antequam hoc munus Electori

(a) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1521. *tit* nennung Cammer-Richters vnd Beyſitzer. (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1530. §. dieweil nun Unſer. (c) *parte* 1. *tit.* 1. (d) *Receſſus Imperii de Anno* 1570. §. dieweil dan von wegen. (e) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1555. *parte* 1. *tit.* 26. *Receſſus Imperii de Anno* 1557. §. vnd ſoll die Cantzley. *Receſſus Imperii de Anno* 1570. §. In Unſer Cammer-Gerichts Cantzley. (f) *Aurea Bulla tit.* 2.

ctori Moguntino injungeretur, Imperatoris, circa ejuſmodi minutiora officia, libera omnino diſpoſitio fuit: Protonotarium enim & ſcribam, qui ab Imperatore præſentatus erat, ab Ordinibus rejectum, inque ejus locum alium ſubſtitutum, legimus. (*a*)

Ex quo conſtat, in ſupremo hoc Cameræ Iudicio, etiam quoad inferiores ejus perſonas, Ordinibus fuiſſe poteſtatem ſupra ipſum Imperatorem.

Cum ergo ſurrogatum induat naturam ejus, in cujus locum ſurrogatio facta eſt; (*b*) ſed Camera maximam partem ab Ordinibus conſtituatur, inque eorum locum ſurrogata ſit: Exinde concludimus, quod Ordines etiam potiſſimum repræſentet.

Et, quia à potiori fieri debet denominatio; (*c*) meritò abſurdos eos putamus, qui Cameram, in cujus conſtitutione Imperatori minima competit portio, Imperatoris Iudicium nuncupant: Cum Imperii meliùs & convenientiùs dicerent.

Quin ulteriùs, ſi Iudicium hoc ſolummodò ab Imperatore dependet, inſpectionem ejuſdem, & reformationem, in poteſtate quoque Imperatoris eſſe debere, naturalis ſuadet ratio. 11. *à reformatione.*

Quomodò Iudicii Rotvveilenſis, quia id ſolius Imperatoris proprium eſt, reformatio ac viſitatio ad ſolum Imperatorem ſpectat. (*d*)

(a) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1507. *in fine.* (b) *lib.*10. §. 2. *ſi quis caut. lib.* 68. §. *fin.* & *lib. ſequ. de uſufr.* & *paſſim.* (c) *lib.*10. *de Statu hom.* (d) *Maximiliani Reformatio Iudicii Rotvveilenſis parte* 3. *tit.* 20. *Receſſus Imperii de Anno* 1570. §. vnd nach dem Vorkommen.

Iam vero notum eſt, quod omnes Ordines, eo nomine, certos commiſſarios deputare ſoleant; eaque reformatio, non, ſi annuatim tantum & ordinariè, *(a)* ſed, ſi extra ordinem *(b)* quoque fiat, Imperatoris & Ordinum nomine ſimul, ſuſcipiatur.

Quemadmodum etiam inſpectio in Cameram antiquitus Regimento competiit: *(c)* Et coram Regimento, Camera conveniri potuit; quomodo id ſententiam aliquando ferre juſſum eſt, in cauſa Herzog Wilhelm vnd Herzog Ludwig von Beyern / contra Cammer-Richter vnd Beyſitzer. *(d)*

Regimentum autem Imperium totum, non Imperatorem ſolum repræſentavit.

Similiter, quando pars, per ſententiam Cameræ ſe gravatam, exiſtimat, cauſa, per Reviſionis & Syndicatus remedium, ad eoſdem Viſitatores, & non ad Imperatorem devolvitur: *(e)* Quod utique eſſet inconveniens,

(a) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1507. §. damit ſich Vnſer Königlich. *Ordinatio Cameræ de Anno* 1521. *titul.* wie das Cammer-Gericht viſitiret/*&c. Item de Anno* 1533. *in princ. & de Anno* 1555. *parte* 1. *titul.* 50. (b) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1531. *in princ. ibi* als Wir von. *&* §. demnach ſetzen/vnd ordnen/ *ibi* in namen / *& in fine, ibi* thun Wir hiemit. *Receſſ. Imperii de Anno* 1542. vnd als das Cammer-Gericht *verſ.* vnd ſeynd von gemeinen Ständen. (c) *Ordinatio Regimenti de Anno* 1521. §. es ſoll Vnſer. (d) *Receſſus Imperii de Anno* 1524. §. *item* als etwan. (e) *Receſſus Imperii Anno* 1532. *titul.* Cammer-Gericht betreffend. §. vnd damit Vnſer Cammer-Richter. *Ordinatio Cameræ de Anno* 1555. *parte* 3. *titul.* 53. *in princ.*

nicus, ſi Camera Imperatori ſoli, & non toti Imperio juriſdictionem ſuam ferret acceptam.

Ita in executione quoque rei judicatæ, ſemper ad illum, à quo Iudicis ac Iudicii autoritas dependet, recurritur: *(a)* Et is ſententiam exequitur, qui eam tulit, aut referre juſſit. *III. ab exſecutione.*

In Cameræ vero Iudicio, ſi vis major adverſus contumacem requiratur, res ad Ordines Imperii, non ad Imperatorem defertur.

Et olim quidem Regimenti erat exſecutio. *(b)* Hodie, unius, duorum, aut plurium Circulorum Præfectis res permittitur; nec Imperator, niſi extremo caſu, ac in ſubſidium imploratur: Non quidem, ut ipſe exſecutionem, pro arbitrio ſuo, ad effectum perducat; ſed ut, ſecundum tenorem der Exſecutionis ordnung/ *(c)* tanquam Imperii Caput, laborantibus membris, majoribus Imperii viribus, idque, ſi opus ſit, indictis Comitiis ſuccurrat. *(d)*

Cum ergo Exſecutio rerum à Camera judicatarum ad Ordines pertineat, Iudicium ipſum quoque Ordinum eſſe, exinde colligimus.

Tandem ultimo, ſi à ſolo Imperatore Camera accepit juriſdictionem, ab eodem ſolo *IV. à juriſdictionis revocatione,*

(a) *lib. 15. pr. de judic.* (b) *Declaratio Pacis publicæ de Anno 1500. tit.* von des Regiments Macht und Gewalt. *Ordinatio Pacis publicæ de Anno 1521. tit. ult. verſ.* Und ob ſich begäbe. *Ordinatio Cameræ eodem Anno tit. Execution* der urtheil belangend. §. und nachdem. (c) *Ordinatio Cameræ Anno 1555. parte 3. tit. 48.* §. Und ob die Obriſten. *& tit. 49.* §. nemlich in dieſem. (d) *Receſſus Imperii Anno 1555.* §. Und ſo abermahls.

ſolo juriſdictione quoque privari poſſet. Nam, ut Legiſtæ tradunt, quilibet Monarcha, poteſt tollere omnes juriſdictiones, ſi velit, ac reducere ad juriſdictiones regales: *(a)* Inque concernentibus ſuperioris juriſdictionem, etiam ſine cauſa, factum revocare, ac de novo facere. *(b)*

Poſterius verò per ſe notoriè falſum exſiſtit: Nec ergò prius admitti, aut poteſt, aut debet.

Iobjectio. Nec pro contraria opinione admodum ſtringit, quod Camera ſummi Principis conſiſtorium vocetur, das Keyſerliche Cammer-Gericht / *(c)* der Römiſchen Königlichen Mayt. Cammer-Gericht. *(d)*

Reſponſio. Nam regulariter ejuſmodi, à nudo nomine petita, argumenta, ad ſimulacra potius, quàm vim ipſam Majeſtatis, ſpectant, ac referenda ſunt.

Eadem formula, licèt in Polonia reverà ad Conventus Regni appelletur, Sigiſmundus quoque Rex Petriocoviæ, Anno 1523 uſus, ad Regiam Majeſtatem, tanquam jurium omnium Dominum ſuperiorem, pro Iuſtitia conſequenda appellari jactavit. *(e)*

Fit autem illud, ut credimus, in Imperatoris, qui & Imperii, & hujus Judicii Caput eſt, honorem; Licèt in effectu, ac re ipſa, non Imperatoris, tantùm, ſed Imperii quoque Iudicium eſſe, reperiatur.

Vnde aliquando magis appoſitè indigitatur ab Imperatoribus, Vnſer vnd des Heiligen

(a) *ex Chaſſanao Petrus Gregor. lib. 9. de Republ. cap.* 1. (b) *ex Felino Idem ibid.* (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1545. §. vnd wiewol. *Rubr. Ordinationis Cameræ de Anno* 1555. *& paſſim.* (d) *Rubr. Ordinationis Cameræ de Anno* 1495. (e) *Statuta Poloniæ tit. Appellatio.*

ligen Reichs Cammer-Gericht / (a) der Keyſerlichen Mayt. vnd des Heiligen Reichs höchſte iuriſdiction vnd Gerichts-zwang. (b)

Cætera quoque, quæ alii objiciunt; ſcilicet, quod Proceſſus omnes, ac Decreta Cameralia ſolius Imperatoris nomine ac ſigillo expediantur, (c) & mandata omnia in eâ forma emanent; (d) quodque Imperator ſolus Iudicii hujus Caput, ſeu Iudicem, den Cammer-Richter/ conſtituat: (e) Ejus momenti non ſunt, ut potiſſimam hujus Iudicii partem ad Imperatorem trahant. *II. objectio.*

Nam nomine quidem Imperatoris, tanquam ſummi Præſidis, ſeu Directoris hujus Iudicii, utuntur Camerales: Nec inde tamen plus juris Imperatori, in ſummæ juriſdictionis exercitio, aſſignare poſſimus, quàm Duci Venetorum, ſub cujus nomine & autoritate totius Conſilii decreta promulgantur. (f) *Reſponſio.*

Iudicem, ſive Iudicii Directorem, licèt Imperator conſtituat; id tanti tamen non eſt, ut Imperatori, in ſupremo hoc Iudicio, eximium quid, præ Ordinibus Imperii tribuat.

Fatemur ſanè, Iudicis maximam habendam eſſe rationem, & omnem Iudicii vim, ſeu Iuriſdictionem, ab ipſo dependere, ſi inſignis aliqua in controverſiis decidendis, & decretis faciendis ejus eſſet poteſtas:

(a) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1495. *in primo. Conſtitutio* vom gemeinen Pfenning. *Anno eôd. titul. ult.* (b) *In memoriali Viſitat. Anno* 1556. § vnd nachdem. (c) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1555. *parte* 3. *tit.* 12. §. Vnd ſo ſolche. (d) *Reink. lib.* 1. *cl. cap.* 2. *num.* 160. (e) *Ibid. n.* 155. (f) *Arniſ. lib.* 2. *relect. Polit. cap.* 6. *n.* 97.

Hic enim, Cancellarium quidem ſingulorum ſententias exquirere, tumque ad ſe referre jubet: Non tamen, ut eas numeret, quomodo fit in Iudicum decuriis: ſed ut, arbitrio ac voluntate ſuâ, ponderare poſſit. Ac tametſi ſæpiùs eam ſententiam probet, quæ ſuffragiorum numero vincit, ut tamen intelligatur, non Magiſtratuum, aut Iudicum, ſed Principis ſolius decretum eſſe, nec cæteros Magiſtratus imperium ullum habere; Cancellarius non pronunciat, Iudicibus ac Curiæ, hoc aut illud videri, ſed, clarâ voce, his verbis utitur; Rex vobis dicit. (*a*)

Breviter, in Iudicio Camerali, ſi numerum votorum, ſeu ſuffragiorum, in quibus tota Iudicii hujus energia ac vis conſiſtit, colligamus; quinque tantùm vota (nam duo iſta, quæ Domui Auſtriacæ, ratione Auſtriæ ac Burgundiæ competunt, his connumeranda non ſunt) Imperatori aſſignata, reliqua omnia Ordinibus Imperii relicta, comperiemus.

Ex quibus liquido conſtat, quanta pars Cameræ Imperialis ab Ordinibus Imperii, quantula vero ab Imperatore dependeat: Et pro quâ parte Camera Imperatorem, pro qua vero parte Ordines Imperii repræſentare, dici dicebat.

SECTIO VI.

POrro præter hæc, quæ adduximus, ſententiam noſtram argumento, à Rotweilenſi Dicaſterio, deſumpto, firmare poſſumus. *Iuriſdictionem ſupremam.*

Illud enim ſolius Imperatoris eſt, qui ſolus, tanquam Imperator, ex antiquo jure ac

(*a*) *Bodin. lib. 2. de Republ. c. 1.*

non eſſe Imperatoris, ulterius probatur.

ac privilegio, de ordine ejus, formaque conſtituit.

Hinc dicitur, Das Keyſerliche Hof-Gericht zu Rotweil / Keyſerlicher freyer Stuhl zu Rotweil: *(a)* Ejuſque ordinatio vocatur, der Römiſchen Keyſerlichen Mayt. Keyſerliche Hoff-Gerichts Ordnung.

Et tamen Iudicium hoc, nec univerſalem juriſdictionem habet, ſed in certo tantum & limitato diſtrictu; *(b)* eumque, ne conſentiente quidem Imperatore, ipſi transgredi licet: Nec ſupremam, ab eo enim appellatur ad Cameram. *(c)*

Quod ſi in Imperio noſtro, univerſalis & ſuprema Iuriſdictio Imperatoris propria eſt; is eam perindè, & Cameræ Imperiali, quæ Spiræ eſt, communicavit, ita huic etiam Dicaſterio communicare potuit, & adhuc poterit. Et, quemadmodum, ex vulgatâ opinione, per Cameram, Senatumve aulicum hodiè illam exercet; ita etiam per Judicium hoc Rotvveilenſe eam exercere, liberum ipſi relinquitur: Adeoque Rotvveilenſis Dicaſterii juriſdictionem ultra præſcriptos terminos extendere, & ex particulari univerſalem facere, ex inferiore ſupremam poteſt.

Id quod neminem, niſi qui cerebrum in calcaneo habet, & peponem loco cordis, aſſerturum credimus: Nec quiſquam, qui è Iudicio

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1570. §. vnd nachdem bisher. (b) *Ordinatio Conradi Imperatoris apud Goldaſt. tome* 1. der Reichs-Satzungen. *p.* 6. *Privilegium Maximiliani I. An:* 1496. *conceſſum, quod refert Limnaus. lib.* 9. *de Iure publ. c.* 3. *n.* 9. (c) *d. Receſſus Imperii de Anno* 1570. §. vnd nach dem Vns fürkommen.

Iudicio Rotvveilenſi exemptus eſt, etiamſi vel maximè Imperator annuat, illi ſe ſubjugari patietur.

Firmiter ergo ex his omnibus concludimus, quod univerſalis ac ſuprema in Imperio noſtro Iuriſdictio, poſtquam, introductâ electione, Majeſtas Imperatorum valdè minui cœpit, cum aliis Majeſtatis Iuribus ab Imperatore ad Imperium tranſierit; & hodiè, non Imperatoris, ſed totius Imperii, & omnium Ordinum, quatenus illi, vel cum Imperatore, ſi aliquis exiſtat, vel ſine eo unum corpus conſtituunt, propoſita ſit. *Summa noſtra ſententia.*

Antiquitus tamen Imperatori ab Imperio, Iuriſdictionis exercitium generaliter demandatum fuit: Exceptis Principum perſonis, cauſiſque, Principum corpus, famam, ac Regalia concernentibus; quarum cognitionem, ut nobiliſſimam Iuriſdictionis partem, Proceres ſibi reſervârunt.

Sed, cum Imperatores, creſcente litium multitudine, Iuriſdictionis exercitio non ſufficerent, nec mandatæ ſibi Iuriſdictioni ſatis idoneè forſan præeſſent, Imperium, Maximiliani temporibus, mandatam eam juriſdictionem revocavit, & illud, quod adhuc hodiè exſtat, Spiræ inſtituit Iuſtitiæ dicaſterium.

SECTIO VII.

POſito jam hoc fundamento, communis illa Doctorum opinio, de concurrentia Iuriſdictionis Cameralis & Imperatoriæ, ſine difficultate convelli ac deſtrui poteſt. *Concurrentia Iuriſdictionis impugnatur.*

Nam ut aliorum, qui in ipſo principio à nobis diſſident, argumenta aliter multa, omit-

omittamus, nec ante Maximiliani I. tempora, nec poſt, Iuriſdictio univerſalis ac ſuprema Imperatoris propria fuit: Quanquam, ante Annum 1495. Imperatores eam, ab Imperio ſibi mandatam, in cauſſis vulgarium perſonarum exercuerint. Ergo hodiè cum Imperium mandatam hanc Iuriſdictionem in Cameram Spirenſem tranſtulerit, Imperator ſolus & ſeorſim ab Ordinibus, nec jure proprio, quo illam non habet, nec vi mandati, quod revocatum eſt, exercere poterit.

& contraria argumenta refutantur.

Eâdemque facilitate ad contraria reſpondere licet.

Id enim argumentũm, in quo contrariæ opinionis principalis cardo vertitur, falſo nititur principio; Imo petitio eſt principii. Nam quod ſuprema & univerſalis in Imperio Iuriſdictio, ad Imperatorem pertineat, idipſum maximè in quæſtione eſt: Et nos conſtanter illud negamus, ejuſque noſtræ ſententiæ fundamenta, pluribus ſuprà expoſuimus.

Si quis tamen vulgatâ iſta Doctorum theoricâ, quod Superior Iuriſdictionem concedens, cumulativè eam conceſſiſſe, & æqualem, vel majorem penes ſe retinuiſſe cenſeatur, quodque omnis communicatio ita intelligenda ſit, ut in ipſo communicante major remaneat poteſtas, ſi illa, quæ communicata eſt uti velit; eum ſtatuere oportet, non ſolum Imperatorem, ſed omnes concedentes, Electores, Principes, cæteroſque Ordines; atque ita totum Imperium, quod Cameræ juriſdictionem conceſſit,

ceſſit, concurrentem cum Camerâ, imò ſuperiorem habere juriſdictionem.(a)

Nam Iudicia etiam in Comitiis exerceri poſſe, quamvis perrarò id fiat, & non ſervato ſolenni juris ordine, adeoque Imperium cum Camerâ in juriſdictione concurrere, ipſe Paurmeiſterus autor eſt. (b)

Imò Imperium Camerâ ſuperius, proque lubitu de ea, vel uſque ad revocationem Iuriſdictionis diſponere poſſe, jam antè audivimus.

Lubentiſſimè quoque concedimus, Cameram ab Imperio aſſumptam in partem laboris, non conſtitutam in plenitudinem ſeu exſtinctionem poteſtatis; nec, ut Imperii Majeſtati derogaretur, ſed ut moleſtiarum judicialium ſarcina illi minueretur, introductam.

Quod verò de Majeſtate Imperatoris, quæ per noſtram ſententiam valdè minuatur, ſcrupulum nobis injiciunt Antagoniſtæ noſtri; parum nos remoratur: Nam de hoc ipſo nos conquerimur, quod Imperatores eam, quæ toti Imperio de jure competit, in hoc, & aliis pleriſque articulis, ſibi penè ſoli aſſerant, Majeſtatem.

Illud verò, ab obſervantia deductum, argumentum, firmiſſimum quidem eſt, &, ſi noſtra, aut Patrum noſtrorum tempora reſpicias, invictum: Nec nos hodiernam obſervantiam, aut diffitemur, aut diffiteri poſſumus.

Conſtat tamen, concurrentiam illam, à non-

(a) *Autor* der Kurtzen ausführung/das Chur- vnd Fürſten nicht ſchuldig ſeyn/in allen vnd jeden ſachen am Keyſerlichen Hofe zu Recht zuſtehen/*in quartâ ratione* (b) *lib. 2. de juriſd. c. 2. n. 30. edit. poſter.*

nonnullis, haud obeſæ naris, Principibus, tanquam quæ Imperii Libertati ac Conſtitutionibus contraria eſſet; ſemper in dubium vocatam.

Ita, in cauſſa des Stiffs Brůchſel contra Odenheim & Rohrbach am Güßübel / Elector Palatinus expreſſe aſſeruit, (*a*) Daß die/ von den Keyſerlichem Hoff-Räthen/über/vnd wider ſein/ vnd anderer / Chur-Fürſten / vnd Stände / ausdrückliches vnd beharrliches widerſprechen vnd proteſtation, vnd ohn ihres eines beſondere prorogation, angemaßete proces, wider das alte herkommen/Teutſche Freyheit/ vnd des Reichs wolbedachte vnd hochbeteurte Ordnung vnd verfaſſung/ als ex defectu juriſdictionis, vnbündig.

Quapropter ex hac obſervantia, non, Imperatoribus jure competiiſſe ac competere concurrentem hanc juriſdictionem (id quod, per ſuperius adducta, falſum eſſe patet) ſed, Imperatores de facto eam, ſibi uſurpaſſe, adſtruimus.

Ac, ſi vel maxime concedamus, Principes, hac in re, Imperatori præbuiſſe conſenſum ſuum: Hos tamen ipſos Principes, per inſcitiam, ſocordiam, ac negligentiam, inſtinctu Pſeudo-politicorum ſuorum Conſiliariorum, plura, quàm par erat, conceſſiſſe Imperatoribus, & Libertatem ſuam, ac ſemet prodidiſſe, nemo non videt, qui in Iure publico Imperii noſtri, plane hoſpes non eſt.

Incidimus enim, proh dolor! in iſta tempora, quibus, ut prudentiſſimi Hiſtorici verbis utamur, (*b*) Principes, quod ipſi uſum literarum non habent, ſuis familiaribus

(*a*) *In literis ad Cæſarem de dato* Heidelberg 7. *April. Anno* 1610. (*b*) *Cominæus lib.* 1. *comment.*

tribus & neceſſariis omnem actionem committunt; ac deinde, nulla probabili adducta ratione, cur ita loquantur, totos ſeſe dedunt voluptatibus. Habent autem ſibi plerique familiares aliquot Iuriſperitos, & quoſdam, qui longiori veſte diſcernuntur ab aliis. Et rectè quidem, cum ſunt Viri boni; ſed periculosè admodum & magno cum detrimento, quando ſunt vitioſi. Cujuſcunque rei ſermo inciderit, illicò Legem aliquam aut hiſtoriam afferunt, plerumque & ſæpenumerò præter rem, dum ad ſuum ſenſum & affectum omnia detorquent; idque eò crebriùs faciunt, & audaciùs, quum Princeps ipſe nullam habet rerum cognitionem; qui, ſi vel ingenio valeret, vel librorum lectione, quæſitam haberet aliquam prudentiam, non temerè circumveniri poſſet, nec ſic ludificationibus aliorum eſſet expoſitus.

Hactenùs ille, de ſui ſeculi Principibus: Quæ ad noſtros, longè meliore jure, applicare liceat.

Sed nihilominùs, de antiquiſſimis iſtis Reſcriptis, textubus, ac præjudiciis, quæ in contrarium adducuntur, ſi, exercitii cauſſa, velitari cum adverſariis paulisper lubet, adhuc ſcutum reperiemus, quo aciem eorum excipiamus.

Nam I ceſſante Camera, licèt à Maximiliano I. partes in Aulam evocatas, imò Iudicia ibidem exercita, largiamur; nulla tamen ibi fuit Imperatoris cum Camera in Iuriſdictione concurrentia; Quippe, cum Cameræ ceſſantis, & in rerum natura non exiſtentis, nulla eſſet, aut eſſe poſſet Iuriſdictio; nec itaque Iuriſdictionis concurrentia.

Sed Maximiliani intentio fuit eo tempore, im-

impedita & ceſſante Camera, Iuriſdictionis ſupremæ exercitium ad ſe iterùm revocare: Quod tamen, contradicentibus Ordinibus, effectum dare non potuit. Adeoque exempla iſta infringunt potiùs, quàm confirmant, Imperatoris juriſdictionem, ejuſque, cum Camera, concurrentiam.

In quod Vniti Principes quoque animadverterunt, ac Rudolpho Cæſari objecerunt, (a) Daß/ als damals/ vor hundert vnd weiniger Jahren / om Keyſerlichen Hofe/gerichtliche proceß vnd rechtfertigungen eingeführet werden wollen/ ſich Chur-Fürſten vnd Stände/deſſen der Zeit beſchweret/vnd die / damals regirende Keyſer/auff der Keyſerlichen May. vnd des Heiligen Reichs Cammer-Gericht/ vnd deſſen Ordnung / deren ſich Ihre May. vnd die Stände vergleichen / vnd verpflichtet/ erinnerlich gewieſen.

II. Reſcriptum ejuſdem Maximiliani, de Anno 1505. in cauſa Capituli Trevirenſis, contra Comitem de Viernburg / ad verbum ita ſonat, (b) Wir geben euch zu vernehmen/ daß Wir Probſt/ Dechant / vnd Capitel des Thumſtiffs zu Trier gebeten haben / die rechtfertigung/ damit ſie den Edlen / Vnſern/ vnd des Reichs lieben Getrewen/ Philips/ Gräfen zu Veirnburg zu Rom fürgenommen/abzuſtellen/ vnd ſich gebührliches Rechtens/ vor Vnſerm oder Vnſer/vnd des Heiligen Reichs Cammer-Richtern / als ſeinem ordentlichem Gericht/ begnugen zu laſſen.

Vbi

(a) *in literis, in puncto gravaminum de dato* Schwabiſchen Hall. *Anno* 1609. *In propoſitione Chriſtiani Principis Anhaltini Pragæ Anno eod.* 8. *Iul. factâ.* (b) *quod refert ex Antonio Bonbellonâ de Godentiis Paurmeiſt. lib.* 2. *juriſ. cap.* 6. *n.* 122.

Vbi advertendum eſt, particulam iſtam disjunctivam, **oder/** non, ut communiter, alternativè, ſeu disjunctivè poni, inter diverſa eundem effectum habentia, ſed correctivè, ſubaudita vocula, potius **vielmehr** / explicandam videri: Vt ſenſus ſit, Cauſam iſtam coram noſtro, aut potius, noſtro & Imperii Iudice tractandam.

Idque ſequentibus Reſcripti verbis firmatur, ubi unius tantum Iudicii, in ſingulari numero, mentio fit: Nam ſi duplex tribunal innuere, aut denotare his verbis Imperator voluiſſet, non dixiſſet, **an ſeinem ordentlichen Gerichte**; ſed in plurali numero, **an ſeinen ordentlichen Gerichten ſich begnügen laſſen.**

Ad textum è Receſſibus Imperii, *(a)* reſpondere poſſumus, quod de amicâ ſolùm tranſactione loquatur, & quod multæ cauſæ ad Imperatoris Curiam delatæ ſint à Patribus, non ut Imperator judicialiter de illis cognoſceret, ſed ut ipſius autoritate inter Partes (qui ſumtus, in proceſſum judiciarium faciendos, formidabant) facilius amicè tranſigeretur.

Ita enim habet textus, **Nach dem täglich der Parteyen händel / vnd ſachen / aus dem Reich an Vnſern Keyſerlichen Hoff wachſen / die man zur zeit mit freundſchafften / vnd gutem willen / in der erſte / wol ableinen vnd richten auch auſſerhalb des Cammer-Gerichts / ſo die Parteyen etwan ſelbſt / des verzugs vnd koſtens halben ſchewen / vertragen möchte / &c.** De judiciali vero cognitione verbum nullum exſtat.

Ex eo potius, quod amica de lite tranſactio in Aula Imperatoris, etiam extra Cameram,

K

(a) *de Anno* 1512. **§. zum dritten nach dem.**

ram, fieri poſſe, dicitur, à contrario ſenſu colligimus: Si tranſactio illa non procedat, cauſam ad Cameram, tanquam ordinarium Judicium, diſcutiendam remitti debere.

Argumentum enim, à contrario ſenſu, fortiſſimum eſt; (*a*) &, de quo à contrario ſenſu conſtat, de eo apertiſſimè conſtare videtur, (*b*) Idque eo præſertim caſu, quo diſpoſitio in caſu directo ſuperflua, vel nullius efficaciæ eſt; tunc enim à contrario ſenſu ratiocinari omninò licet, quamvis correctio juris inde reſultet, ut Legiſtæ tradunt. (*c*)

Vt hic quoque verba iſta, **auch auſſerhalb des Cammer-Gerichts** / omnio ſuperflua ſint, niſi ita explicentur: Quod tantummodo amica tranſactione, non vero legitima juris via, in Aula Cæſaris, extra Cameram, privatorum lites decidi poſſint.

Idipſum in fine quoque paragraphi innuitur iſtis verbis, **daß keine Partey dadurch wider jhren willen in gefährliche handlung / von jhren Rechten gedrungen / oder daran verhindert / oder auffgehalten werden ſolle.**

Quæ clauſula ſupervacanea videretur, ſi non modo tranſigendi, ſed & litigandi gratiâ, cauſæ à partibus in Aulam Imperatoris eſſent delatæ; & Commiſſarii Cæſaris (ut hodiè aſſolent) deficiente amicæ tranſactionis medio, illas ad Conſilium aulicum, per ſententiam judiciariam decidendas, remittere potuiſſent.

Non tamen inficiamur, ut in alium quemvis, ita etiam in Imperatorem ejuſve Conſilia-

(a) *l. 1. pr. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd.* (b) *l. 57. in fine de manum. teſtam.* (c) *Hieron. de Cavallos in comm. opin. 2. concl. 336. n. 5. Carolus Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 2. gl. 2. n. 4.*

filiarios, partes litigantes, ſuâ ſponte, compromittere, aut, per jurisdictionis prorogationem, eidem ſe ſubjicere poſſe: eoque caſu, ex voluntariâ & propriâ conventione, Imperatorem legitimum habere Iudicem.

In quos duos caſus, amicæ compoſitionis, aut ſpontaneæ ſubjectionis & hic Receſſus, & alia antiquiora exempla, ſi quæ fortè occurrunt, in quibus, tempore iſto, Imperator, ſolus per ſe, litem decidit, referenda ſunt.

Vltimus textus, è tranſactione Paſſavienſi, (*a*) primo intuitu, majus negotium nobis faceſſere videtur: Is enim expreſsè diſponit, **Daß der Keyſerlichen Mayt. Hoff-Rähte/ſo des Heiligen Reichs vnd der Stände/ gemeine/ oder ſonderbare ſachen/ berahtſchlagen/ vnd erledigen/ alſo ſtatlich mit Teutſchen Rähten beſetzt/ auch die Teutſche ſachen/durch die Teutſche gehandelt werden ſollen/daß darob männiglich ein billiges genügen tragen/ vnd haben werde.**

Et hoc, è tranſactione Paſſavienſi, liquidum eſſe teſtimonium, quod Cæſari ejuſve judicio aulico Iuriſdictio cum Camerâ communis ſit, ſcribit Hortlederus. (*b*)

Sed probè notandum eſt, quod, in hoc textu, publica privatis conjungantur, **gemeine oder ſonderbare ſachen** / & pari paſſu ambulent; Quodque in uno illorum, id etiam in altero diſpoſitum ſit.

Si itaque, ex his verbis, omnium privatarum cauſarum deciſionem Senatui Aulico aſſignamus; neceſſum eſt, ut etiam omnimodam publicarum rerum diſpoſitionem, eodem modo, illi tribuamus: Id quod

 ab-

(a) **§. demnach ſoll die.** (b) *tomo 2. de Bello German. lib. 5. cap. 14. n. 6.*

abſolutam inducat Monarchiam, & omnes Imperii Leges, Comitiorum inprimis jura, avitamque Libertatem, uno ictu ſubvertit.

Cum verò leges civiliter intelligendæ, ac ita interpretandæ ſint, quo abſurditas evitetur, (*a*) & utcunque generaliter ac indefinitè loquantur, reſtrictionem nihilominus recipiant, ex habilitate ſubjectæ materiæ; (*b*) nec generalis locutio, ob medium inhabile, operetur, niſi in quantum poteſt: (*c*) Senſus iſtius textus tranſactione Paſſavienſi, noſtrâ opinione, hic eſt, Quod natione Germani eſſe debeant iſti Aulici Imperatoris conſiliarii, qui Imperii ac Ordinum, publica ſive privata negotia, expediant & tractent: Non quidem omnia (nam de eo, licet generaliter & indefinitè loquatur textus, nihil expreſsè cavetur) ſed iſta, ſcilicet, quæ ex aliarum Legum tenore, & antiquâ Imperii obſervantiâ, Imperatoris cognitioni ac arbitrio relicta ſunt.

Atque hæc de vetuſtioribus iſtis præjudiciis ac textibus, quos pro contrariâ ſententia alii inducunt, exercitii cauſa, paucis dicta ſunto. Quamvis, ſi acriter quis inſtiterit, concurrentiam illam Iuriſdictionis ab Auſtriacis Imperatoribus præſertim Regimento ſublato, & Conſilio aulico magis, magiſque criſtas erigente, ſenſim, contra Imperii jura introductam eſſe, inficias ire, nec velimus, nec poſſimus.

Hucuſque, de univerſali ac ſupremâ, in Imperio noſtro, juriſdictione, quantum res requirere videtur, egimus: Circa quam materiam,

(*a*) *lib.* 13. §. 2. *de Excuſ. tut. l. fin. C. de autor. tutor.* (b) *lib.* 1. §. 1. *de muner. & honor.* (c) *Everhard. in topicâ legali loco à generalitate.*

teriam, vulgus Legiſtarum, inani Imperatorii nominis ſplendore decepti, in alia omnia à nobis eunt. Nos verò, nequicquam eos moratí, falſam Cæſari Majeſtatis larvam detrahere, ac Imperio, Ordinibuſque ſuum ſibi jus, juriſdictionem, autoritatem, ac Majeſtatem aſſererere, operæ pretium eſſe duximus.

Caput XI.

De Proſcriptione, ſeu Banno Imperiali.

Sectio I.

EX ſuprema hac Iuriſdictione Banni oritur irrogatio, ſive proſcriptio: Quam ipſam quoque, ut & à Banno abſolutionem, Imperatori adſcribunt, qui ejus Majeſtati ac potentiæ ſtudent. (*a*)

Sed, ſiquidem in privatis cauſis, ob contumaciam, altera Pars Banno plectenda veniat; eo caſu, velut cauſarum cognitio, ut ſupra docuimus, ad ſolam Cameram pertinet, ita etiam ſententiæ exſecutio, ad quam Banni hæc irrogatio refertur, ad illam ſolam pertinere debet. *In cauſis privatis, proſcriptio ſolius Cameræ eſt.*

Sin ob fractam Pacem aliudve delictum, delinquens, ipſo jure, Bannum incidat, diſtinctione rem expedimus.

Aut enim notorium, actu permanens, delictum eſt, quod ita publicè committitur, ut celari aut negari nequeat, quodque nullo colore palliari & excuſari poteſt: Quale eſt, privatus militum, ſeu potiùs prædonum & erronum concurſus; ſi quis privatus Statum Imperii, & pacem publicam collecto milite *In delictis, ſi factum notorium ſit non eſt opus citatione, aut ſententiâ.*

(a) *Reink. lib.1. cl.5. c.6. n.147. & ſeq.*

lite ſceleratè perturbet; (*a*) aut ſi quis à jure cudendæ monetæ ſuſpenſus, eo non attento, monetam cudere pergat, &c. (*b*)

Et hoc caſu, ne quidem ſententia declaratoria opus eſt, ſed ab exſecutione ſtatim fieri initium poteſt, **Iſt deshalben weiter für förderung/ oder einiger weiter erklärung/ oder Urtheil nicht noth.** (*c*)

Quodnam hic notorium dicatur crimen. Probè tamen hic cavendum eſt, ne notoria dicamus quæ non ſunt, &, quæ dubia, pro notoriis habeamus, ut Alexander III. Pontifex Archi-Epiſcopo Toletano reſcripſit: (*d*) Vix enim quicquam ita notorium eſt, quin præſumatur adverſus id competere aliqua defenſio, vel excuſatio.

Itaque ſi aliqua defenſio concipi, vel fingi poteſt, quam reus ad ſui tuitionem adducere queat ſaltem levis & apparens, citari & audiri debet.

Et cum nullum maleficium tam notorium ſit, quod non poſſit regulariter aliquas excuſationes, ſeu circumſtantias occultas excuſantes habere; imò vix dici poſſit, quod conſtet nullam reo competere defenſionem, niſi eo monito & audito: Ideò iſti Imperii Receſſus, qui in notorio crimine, citationem & declaratoriam ſententiam minimè neceſſariam eſſe, ajunt, quàm ſtrictiſſimè accipiendi, nec

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1559. §. **und dieweil Wir.** (b) *Receſſus Imperii de An.* 1566. §. **auff den fall.** *Receſſus Imperii de Anno* 1576. § **da aber einiger Obriſter.** (c) *Confirmatio Pacis publica de An.* 1495. *tit. finali. Receſſus Imperii de Anno* 1559. §. **damit dann hinfüro.** *d. Receſſus de Anno* 1566. *d.* §. *Gail. lib.* 1. *obſerv.* 3. *n.* 9. *& lib* 2. *de Pace publica c.* 3. *n.* 16. *&* 18. (d) *c. conſuluit.* 1. *de appellat.*

nec ad alios caſus, præter eos qui expreſſi, extendendi ſunt.

Nam à dolo, etiam in crimine læſæ Majeſtatis, quævis injuſta, levis, irrationalis, fatua, temeraria, imo planè beſtialis, ac quoquo modo colorata cauſa excuſat.

Quapropter præſumitur competere poſſe defenſio, & factum eſſe excuſabile; actuſque, quando dupliciter geri poteſt, ita geſtus intelligi debet, ut dolus & delictum evitetur: In tantum, ut quamvis actus notoriè ſit de genere prohibitorum, ſi tamen aliquo caſu licitè fieri poſſit, pro excuſabili haberi debeat; ad id, ne quis incognitâ cauſâ damnetur.

Quæ omnia Duces Megapolenſes in Apologiâ ſuâ *(a)* ex Legibus, ac Legiſtis, prolixè & juridice deduxerunt.

Hinc, iſtâ ratione, cum Mediolanenſes Friderico I. Imperatori rebelles eſſent, ſapientes & Legum periti eidem perſuaſerunt, illos, licet improbos, & vulgatâ rebellione infames, Judicis tamen officio, per legitimas inducias citandos eſſe: Ne violentia iis illata, vel, contra jus, in abſentes, prolata ſententia videretur. *(b)*

Sic nuper quoque Bavarus, antequam ipſi, rejecto Palatino, Electoratus inſignia pari præcipitantiâ conferrentur, Proceſſum Bohemorum, Cæſaris miniſtros, defeneſtrantium, ex hoc ipſo fundamento impugnavit, *(c)* Daß doch ſo gar/ den groſſen übelthätern ſolche beneficia juris naturalis vnbenom-

(a) *c. 3. n. 40. & ſeq. multis* (b) *Radevicus in continuatione Otthonis Friſing. de geſtis Friderici I. lib. 3 c. 27. Sigon. lib. 12. de Regno Italia.* (c) *In reſolutione Bohemorum Legatis datâ 24. Iul. Anno 1618.*

men/ vnd keiner ſententiiret / oder exſequiret werden könne/er ſey dann zu vor gehöret / vnd legitimè condemniret / wann gleich eine ſache an ſich ſelbſt offenbar iſt.

Et regulariter, ſi quis taliter, qualiter factum ſuum excuſare poſſit, defenſionemque alleget, id ad hunc effectum jam deſinit eſſe notorium: Nec ſufficit, ſi Imperator notorium eſſe, dicat.

Poteſt enim Imperatori id evenire, quod Alexandro VI. Pontifici accidiſſe, memoratur. Is, nimiâ indulgentiâ & amore erga filium naturalem, Valentinum Cæſarem Borgiam, Ducis Vrbini & Confœderatorum defenſionem, pro enormibus læſæ Majeſtatis criminibus, & quidem adeo atrocibus reputavit, quæ planè eſſent inexcuſabilia, & nullâ tergiverſatione celari poſſent: Cum tamen, ſi oculo Juſtitiæ & Veritatis benè advertatur, ne delicta quidem, multo minus atrocia, aut notoria fuerint; ut ſcribit Iaſon. (a)

Vnde rectè & egregiè Decius (b) hoc in paſſu cum Andrea de Iſernia ſentit. Quod Imperatori haunienti non credatur, dum in narratis aſſerit, quod talis fuerit proditor ſuus, & contra eum commiſerit crimen læſæ Majeſtatis: Et, quod valdè abſurdum eſſet, ſtare verbis, vel literis Imperatoris, in præjudicium alterius, præſertim procedentis abſque citatione, & cauſæ cognitione; quia hac ratione poſſet aliquem privare jure ſuo, ex ſola aſſertione.

In hoc ergo notorio requiritur, non modo, ut factum ipſum notorium ſit, ſed ut omnes facti qualitates ac circumſtantiæ notoriæ

(a) *conſil. 86. in fine princ. volum. 3.* (b) *conſil. 606. n. 6, 7. & ſeqq.*

toriæ ſint, nec ulla delinquenti competere poſſit defenſio, vel excuſatio.

Quod ipſum defuncto Ferdinando Albertus, Megapoleos Dux in memoriam revocavit, (a ſed ſurdo fabulam cecinit, Es ſey nicht gnug/ factum aliquando pro notorio, vnd ad condemnationem ſufficiente, anzuziehen/ dafern es nicht verè notorium, noch ſeine qualitates auch nicht notoriæ ſeynd/ deßwegen/ cum facillimus in eo ſit lapſus, ſey billig jederman zuhören / vnd zu ſeiner defenſion zugeſtaten: in betrachtung / daß/ wie es ſonſten mit manchem Menſchen / der/ ad ſui defenſionem, der gegenwehr ſich gebrauchet vnd einen andern entleibet/ ſehr übel ſtehn würde/ daß er darum/ daß das factum, ſeu homicidium ipſum notorium, alßbald vngehöret / ob es dolosè, oder cum moderamine inculpatæ tutelæ oder auch exceſſu moderationis, geſchehen ſey/ oder nicht/ verurtheilet/ vnd zur ſtraffe gezogen vnd geführet werden ſolte. Alſo auch / ob zwar notorium, daß er (Hertzog von Mechelnburg) ſich zu der Nider-Sächſiſchen Creyß-verfaſſung verſtanden / geſchehe jhm dennoch gleichfals vngütlich/ daß er/ ehe vnd bevor er gehöret vnd überwieſen/ ob daſſelbe dolo malo, & deſtinata animi voluntate, propoſitoque lædendi ſacram Cæſaream Majeſtatem, bey jhm geſchehen/ oder nicht/ ſey verurtheilet/ vnd des ſeinigen entſetzet worden.

In non notorio facto ſententia declaratoria opus eſt:

Quod ſi itaque delictum non ita notorium ſit, ſed excuſationem admittit, licet, eo quoque caſu, violator Pacis publicæ, ipſo jure Bannum incidat, ſollen mit der that / von Recht / zuſamt andern pœnen / in Vnſer vnd des heiligen Reichs Acht gefallen ſeyn.

a) *In literis de dato* Lübeck 20. *Oct. Anno* 62? *d. Apolog. inter documenta. n.* 43.

ſeyn. (*a*) Citatio tamen requiritur, & ſummaria cauſæ cognitio, ac ſententia declaratoria, muß mit vorgehender citation, oder fürheiſchung/ in die Acht gefallen zu ſeyn/ declariret vnd erkläret werden. (*b*)

Vbi Imperator cum Camera concurrit. In exſecutione tamen ſervanda Imperii Lex.

In qua Banni declaratione, ut in ipſa jurisdictione, circa hunc articulum, Imperator cum Camera concurrit. (*c*)

Exſecutio vero Banni, neutro caſu pro Imperatoris libidine fieri poteſt, ſed ſervanda eſt, etiam ab Imperatore, in Receſſibus Imperii præſcripta, Executionis ordinatio: (*d*) Ad quam Imperator jure contractus ſe obligavit, nec minus, quàm Ordines Imperii ſinguli, eam ſervare adſtrictus eſt.

Quodipſum Proteſtantes Imperii Ordines Imperatorem aliquando monuerunt, (*e*) Es

(a) *Pax publica de Anno* 1495. *tit.* die pœn der Friedbrecher. *Pax publica de Anno* 1548. *tit. eodem.* (b) *Ordinatio Pacis publica de Anno* 1521. *tit.* die pœn aller Friedbrecher *d. Pax publica de Anno* 1548. *tit. eod. Receſſus Imperii de Anno* 1555. §. vnd nach dem zu erhaltung. *Ordinatio Cameræ de Anno* 1555. *parte* 2. *tit.* 9. §. ſo jemands *verſ.* ſo bald *Capitulatio Ferdinandi II.* § Jhre Mayt. ſolten vnd wolten auch fürkommen. (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1512. §. vnd ob jemands. *d. Ordinatio Pacis publica de Anno* 1521. *tit.* vom auffgerichten Land-Frieden *d. Pax publica de Anno* 1548. *d. tit.* & *tit.* vom auffgerichten Land-Frieden. §. *fin.* & *tit. ſequ. Ordinatio Cameræ d. tit.* 9. § vnd daß jegen. & §. wo aber der & *tit.* 12. *in fine tit.* 13. *in fine.* & *tit.* 14. *in fine.* (d) *d. Ordinat. Cameræ parte* 3. *tit.* 48. & 49. (e) *in literis de dato* Regenſpurg 8. *Febr. An.* 1608. *apud Lundorp. tom.* 2. *act. publ. lib.* 1, *tract.* 3. *n.* 10. *p.* 45.

Es beſtehe ſolche Exſecutions Ordnung / ſo wol/als alle andere Reichs conſtitutiones einzig darauff / vnd haben in dem jhre krafft vnd würckung / daß ſich jederzeit regirende Keyſer mit den Ständen des Reichs alſo verglichen/ vnd zu derſelben obſervantz, ſich feſtiglich mit einander verbunden.

Aliquandò ſane, certis de cauſis, Pacem publicam concernentibus (ut ad ſecuritatem publicarum viarum) Imperator Ducem aliquem militarem creare poteſt. einen ſondern Haubtman zu ſondern ſachen: (*a*) Nihilominus ejus officium, & mandatum, ſeu commiſſio, eouſque extendi non debet, ut per illum exſecutio, quæ fit per Duces Circulorum adversùs Bannitos, impediatur, Soll ſolcher Haubtman aller handlung / ſo durch die Creys Haubtleute vnd Rähte / nach vermöge der Exſecutions-Ordnung / fürgenommen ſoll vnd mag werden / keine verhinderung thun/ noch gebähren. (*b*)

Id quod certè fieret, ſi Imperator per Ducem hunc ſuum, præteritis Circulorum Ducibus, qui ad hoc, vi ac tenore der Exſecutions-Ordnung/ deputati ſunt, Bannum exſequi liceret.

Id tamen non diffitemur, Banni illam exſecutionem Ordinum voluntate in Imperatoris arbitrium aliquando fuiſſe collatam. (*c*)

Sed illud ipſum argumento eſt, eandem regulariter in ejus arbitrio non eſſe poſitam, ipſumque Imperatorem, præſcripto

 der

(*a*) *Receſſus Imperii de Anno* 1512. §. Vnd als eben derſelben. (b) *Declaratio Pacis publicæ de An.*1522.*tit.* ob ein ſonder Haubtman. (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1566. §. demnach im 46. Jahr.

der Executions ordnung / præciſè eſſe alligatum.

SECTIO. II.

Limitatur, id quod dictum eſt, notabiliter, in Perſonis illuſtribus: Quas, nec Camera, nec Imperator ſolus, propria autoritate, in Bannum declarare poteſt.

Et in Camera quidem facilè nobiſcum conſentiunt Legiſtæ: *(a)* Cæſari verò degradandi Principes, Feudiſque regalibus, privandi poteſtatem largiuntur; cum conſilio nihilominus Ordinum id fieri, conſultius putant. *(b)*

Imperator ſolus non poteſt Principem Imperii proſcribere.

Nos, quicquid Cæſarum aſſeclæ, ſublimitati ac dignitati Principum invidentes, ſentiant, ac contrà diſſerant, imò quicquid Cæſar ipſe ſcribat, quaſi nulla inter principes ac alios Imperii ſubditos ſit differentia, Daß unter Chur-Fürſten / oder andern des heiligen Reichs Gliedern / und Unterthanen kein unterſcheid gemacht werde; (c) id negamus. & pernegamus: Nec Imperatorem noſtrum pro lubitu, inconſultis Proceribus, in Principem Imperii Bannum ſtringere poſſe, ſtatuimus.

Quod probatur. I.

Nam I. ſi antiquos Germaniæ annales revolvamus, Imperatores jam olim, cum nondū ita arctis, quàm noſtro ſeculo, cancellis, circumſcripta eſſet eorum poteſtas, non, niſi Principum

(a) Petrus Heigius quæſt. illuſt. lib. 1. quæſt. 9. num. 4. Paurmeiſt. lib. 2. de juriſd. cap. 6. num. 266. edit. poſter. Matth. Steph. lib. 2. de juriſd. parte 1. cap. 1. membro 2. num. 213. & 213. (b) *Matth. Stephan. d. loco num. 85.* (c) *Declaratio Regis Daniæ Legatos Viennæ 7. Iun. An. 1621. apud Lundorp. tomo 1. act. publ. lib. 6. cap. 36. pag. 645.*

cipum ſuffragiis adhibitâ, id auſos fuiſſe, reperiemus.

Sic Heinricus III. Merſeburgi in Saxonia, Conradum, Bajoariæ Ducem, cui jam prius infenſus erat, incuſatum, *quorundam Principum judicio*, Ducatu privavit. *(a)*.

Sic Otthone, Bojorum Regulo, rebellionem moliente, Heinricus IV. eidem, Goſlariam ad ſe vocato, ſpectante populo, in corona Principum, illud exprobravit; deinde Legem Salicam, qua capitale eſt, in Principem conjurare, recitari juſſit, & *univerſos* confeſtim *jurujurandi*, quo cuncti pro ſalute Reipubl. atque Principis aſtricti erant, *admonuit, ſententiamque rogavit. Omnes, in ſententiam Legis pedibus* (ut ajunt) *iverunt. Factum eſt Senatusconſultum; Otho* hoſtis judicatus, & *proſcriptus*; bona ejus confiſcata; prædia publicata, Bojaria Cæſari adjudicata. *(b)*

Sive, ut brevius Nauclerus, *(c)* privatus eſt Ducatu *per ſententiam Saxonum.*

Nec Lambertus Schaffnaburgenſis, *(d)* eumque ſecutus anonymus Monachus Herveldenſis, *(e)* quamvis aliàs in Othonem affectu valdè proni ſint, eumque, præcipitata ſententia, abſque diſcuſſione legitima, damnatum, ſcribant, in hac circumſtantia variant. Tradunt enim, *quod Rex Principes Saxoniæ ſententiam ſuper eo rogaverit, qui eum*, tanquam manifeſti criminis deprehenſum, *reum Majeſtatis judicaverint*, &, ſi caperetur, capitali in eum ſententia, animadvertendum fore *decreverint.*

Idem

(a) *Hermanus contractus in Chronico ſub Anno* 1052. (b) *Avent. lib.* 5. *annal. Boj.* (c) *vol* 3. *chronogr. gener.* 34. (d) *de rebus Germ.* (e) *in Chron. hiſt. Germ. ſub Anno* 1070.

Idem accidit Heinrico, Duci Lotharingiæ, tempore Heinrici V. *in frequenti Principum Conventu,* (a) *Iudicio Optimatum, & ex Conſilii decreto.* (b)

Pariter, ſub Conrado III. Heinricus ſuperbus, Dux Bavariæ Herbipoli, *judicio quorundam Principum*, proſcriptus, & Ducatibus ſuis privatus eſt; ſecundum Nauclerum. (c)

Aut, ſecundum Aventinum, (d) cum quo alii plures (e) conſpirant, Wirtzeburgiis, *in frequenti Senatu*, reus quidem factus, & læſæ Majeſtatis condemnatus;ſed,poſt hæc demum, in Saxonia, Goſlariæ, ab adminiſtratione utriuſque Ducatus, *ſententia Principum* ſubmotus, *edictoque proſcriptus eſt.*

Idem Heinrico Leoni ſub Friderico I. accidit. Illi enim Cæſar Auguſtus, cum in Bojariam Reginoburgium ſe contuliſſet, diem dixit: Cum verò nec appareret, nec Legatos mitteret, Imperator omnes undique Optimates, Præfectos, Duces, Præſides, *omnes Senatorii Ordinis, quibus jus dicendi ſententiam in Senatu Cæſareo eſſe ſolet, accerſivit.* Dumque illi frequentes conveniſſent, atque, uti mos eſt, conſediſſent, Imperator Heinrici facinora commemoravit, & *ſacramenti eos admonens, deinde ſententias rogavit.* Tum *uno ore omnes* Heinricum læſæ Majeſtatis condemnârunt, utroque Ducatu ſummovendum *decreverunt.* (f)

Cy-

(a) *Hieron. Mutius lib* 16. *Chronic. German.* (b) *Abbas Vrſperg. in Chron. ſub Anno* 1106. *Naucler. d. vol.* 3. *gener.* 37. *Avent. lib.* 6. *annal. Boj.* (c) *d. vol.* 3. *gener.* 38. (d) *d. lib.* 6. *annal. Boj.* (e) *Abbas Vrſperg. in d. Chron. ſub Anno* 1139. *Ottho Friſing. lib.* 7. *rerum ab orig. mundi geſt. cap.* 23. *Sigonius lib.* 11. *de Regno Ital.* (f) *Avent. lib.* 6. *annal. Boj.*

Cyriacus Spangenberg/ (*a*) Goſlariæ id factum memorat; in modo tamen procedendi non variat: Ita enim habet, Es wurd im gantzen Reichs Rath einmütiglich erkant/daß ſich der Hertzog gar zu gröblichen allenthalben verſehen/ crimen læſæ Majeſtatis begangen/ an der Hochheit Keyſerlicher Mayt. ſich zu vielfältig vergriffen/ vnd alſo aller ſeiner Lande vnd Leute ſich verluſtig gemacht häte.

Sed plures Curias, ſive plures Conventus, diverſis in locis, hac de re, maximi momenti, habita, apparet ex iis, quæ prolixè & accuratè præ aliis Arnoldus Lubecenſis, in ſupplemento derelictorum ab Helmoldo,(*b*) tradit: Nam Helmoldus omnia hæc quodam ſilentio præteriit, &, pro clariſſima veritatis luce, neſcio quem fucum offundere maluit. (*c*)

Verba autem Arnoldi hæc ſunt: Imperator Curiam indixit apud Wormatiam, Ducemque Heinricum ad audientiam illuc citavit, reſponſurum querimoniis Principum. Quod intelligens Dux, eo venire diſſimulavit. Imperator autem aliam ei Curiam indixit in Magdeburg; ubi Theodoricus, Marchio de Landsberg/ duellum contra eum expetiit, imponens ei quaſdam traditiones, contra Imperium factas: &c. Dux autem, hoc animadvertens, venire noluit. In Halberſtaben tamen conſtitutus, per internuncios colloquium Domini Imperatoris expetiit. Imperator itaque ipſe exivit ad

(a) In der Sächſiſchen Chronica. cap. 230. (b) *lib. 2. cap. 29. quem per omnia ſequitur Crantzius in Saxonia lib. 6. cap. 38.* (c) *Reinerus Reineccius in præfat. ſuper d. Chron. Helmoldi & Arnoldi.*

ad eum, ad locum placiti: Quem Dux verbis compoſitis lenire ſtuduit. Imperator autem 5000. marcas ab eo expetiit; hoc ei dans conſilium, ut hunc honorem Imperatoriæ Majeſtati deferret, & *ipſo mediante, gratiam Principum, quos offenderat, inveniret*: Illi autem durum viſum, tantam perſolvere pecuniam; &, non acquieſcens verbis Imperatoris, diſceſſit. Exinde Imperator tertiam ei Curiam Goſlariæ præfixit: Nec minus ipſam ſuperſedendo neglexit. Imperator itaque procedens in concionem, ſententiam adverſus eum propoſuit, quærens, quid ſuper hoc juſtitia decernat; qui, tertio legitimè vocatus, judicium declinaverit, &, per contemtum, ad audientiam ſuam venire noluerit. Cui *ex ſententia Principum*, reſponſum eſt: Quod, juſtitia dictante, omni ſit honore deſtituendus; ita ut, proſcriptione publica dijudicatus, & Ducatu, & omnibus beneficiis careat, & alter in ejus locum conſurgat. Confirmata itaque ſententia, Imperator id adjudicavit fieri. Quartam tamen Curiam adhuc, rogatu Principum, ei indixit, ad quam, cum non veniſſet, *fecit, ut ſuperius ex ſententia Principum inſtructus erat*, & Bernhardum, Comitem de Anhalt / pro eo Ducem conſtituit, &c. & bona ejus publicari præcepit. Vnde, acceptâ occaſione, quidam de ſuis abalienati ſunt ab eo. Dux autem injuſtè de ſe judicatum eſſe, affirmabat, dicens, ſe de Sueviâ oriundum; & nullum proſcriptione damnari poſſe, non convictum in terrâ nativitatis ſuæ.

Cum autem idem Heinricus poſtea Luneburgum ad Imperatorem, impetrato ſalvo conductu, veniens, eidem ſupplex fieret; Imperator Curiam apud Quindelingeburg ei præfixit: *Vt ibi inter Principes, quid de ipſo fieret,*

fieret, juſtitia mediante, decerneretur. Aliam deinde Curiam hanc ob rem Erpisfordiam indixit: Sed utramque incaſſum. *Nec enim abſque conſenſu Principum Imperator reſtituere illum poterat, quem omnium conſenſu ditionibus ſuis privarat.*

Proſcriptus itaque, damnatuſque hic Heinricus eſt *decreto Imperii, unanimi Principum ac procerum Imperii aſſenſu*, ut ex Arnoldi verbis rectè colligit Iohannes Iſaacius Pontanus. (*b*)

De eodem quoque Antonius Epiſcopus Florentinus teſtatur, (*c*) quod Heinricus de crimine læſæ Majeſtatis ab Imperatore Friderico convictus, & *univerſorum Principum Imperii judicio condemnatus*, à Ducatu ipſo rejectus ſit.

Ita Hieronymus Mutius quoque ſcribit. (*d*) Fridericus, ubi in Germaniam venit, *conventu Principum convocato, cauſam ſuam* contra deſertorem ſuum Heinricum *agit*; accuſat eum proditionis, & laſæ Majeſtatis crimine reum facit. Dux ſæpè citatus non venit ad Comitia, defendens ſe ſe quadam lege, quam ipſe confinxerat: Dicebat enim, quod Imperator Ducem condemnare non poſſet, vel eum privare ditione ſua, niſi hoc decerneret, adhibitis etiam Iudicibus ex condemnandi Principis ditione. Contra reſpondebat Imperator: *Poſſe ad tribunal Cæſaris vocari Principem, conventu juſto Principum coacto ritè*, in quemcunque locum, in finibus Imperii. Quâ ex lege, cum non venire

(*a*) *Arnoldus & Grantz. dd. locis.* (b) *lib. 6. rerum Danic.* (c) *3. parte hiſtoriali tit. 19. cap. 2. in princ.* (d) *lib. 18. Chron. German.*

ad eum, ad locum placiti: Quem Dux verbis compoſitis lenire ſtuduit. Imperator autem 5000. marcas ab eo expetiit; hoc ei dans conſilium, ut hunc honorem Imperatoriæ Majeſtati deferret, & *ipſo mediante, gratiam Principum, quos offenderat, inveniret:* Illi autem durum viſum, tantam perſolvere pecuniam; &, non acquieſcens verbis Imperatoris, diſceſſit. Exinde Imperator tertiam ei Curiam Goſlariæ præfixit: Nec minus ipſam ſuperſedendo neglexit. Imperator itaque procedens in concionem, ſententiam adverſus eum propoſuit, quærens, quid ſuper hoc juſtitia decernat; qui, tertio legitimè vocatus, judicium declinaverit, &, per contemtum, ad audientiam ſuam venire noluerit. Cui *ex ſententia Principum*, reſponſum eſt: Quod, juſtitia dictante, omni ſit honore deſtituendus; ita ut, proſcriptione publica dijudicatus, & Ducatu, & omnibus beneficiis careat, & alter in ejus locum conſurgat. Confirmata itaque ſententia, Imperator id adjudicavit fieri. Quartam tamen Curiam adhuc, rogatu Principum, ei indixit, ad quam, cum non veniſſet, *fecit, ut ſuperius ex ſententia Principum inſtructus erat*, & Bernhardum, Comitem de Anhalt/pro eo Ducem conſtituit, &c. & bona ejus publicari præcepit. Unde, acceptâ occaſione, quidam de ſuis abalienati ſunt ab eo. Dux autem injuſtè de ſe judicatum eſſe, affirmabat, dicens, ſe de Sueviâ oriundum; & nullum proſcriptione damnari poſſe, non convictum in terrâ nativitatis ſuæ.

Cum autem idem Heinricus poſtea Luneburgum ad Imperatorem, impetrato ſalvo conductu, veniens, eidem ſupplex fieret; Imperator Curiam apud Quindelingeburg ei præfixit: *Ut ibi inter Principes, quid de ipſo fieret,*

fieret, juſtitia mediante, decerneretur. Aliam deinde Curiam hanc ob rem Erpisfordiam indixit: Sed utramque incaſſum. *Nec enim abſque conſenſu Principum Imperator reſtituere illum poterat, quem omnium conſenſu ditionibus ſuis privarat.*

Proſcriptus itaque, damnatuſque hic Heinricus eſt *decreto Imperii, unanimi Principum ac procerum Imperii aſſenſu*, ut ex Arnoldi verbis rectè colligit Iohannes Iſaacius Pontanus. (*b*)

De eodem quoque Antonius Epiſcopus Florentinus teſtatur, (*c*) quod Heinricus de crimine læſæ Majeſtatis ab Imperatore Friderico convictus, & *univerſorum Principum Imperii judicio condemnatus*, à Ducatu ipſo rejectus ſit.

Ita Hieronymus Mutius quoque ſcribit. (*d*) Fridericus, ubi in Germaniam venit, *conventu Principum convocato, cauſam ſuam* contra deſertorem ſuum Heinricum *agit*; accuſat eum proditionis, & læſæ Majeſtatis crimine reum facit. Dux ſæpè citatus non venit ad Comitia, defendens ſe ſe quadam lege, quam ipſe confinxerat: Dicebat enim, quod Imperator Ducem condemnare non poſſet, vel eum privare ditione ſua, niſi hoc decerneret, adhibitis etiam Iudicibus ex condemnandi Principis ditione. Contra reſpondebat Imperator: *Poſſe ad tribunal Cæſaris vocari Principem, conventu juſto Principum coacto ritè*, in quemcunque locum, in finibus Imperii. Quâ ex lege, cum non venire

(a) *Arnoldus & Grantz. dd. locis.* (b) *lib. 6. rerum Danic.* (c) *3. parte hiſtoriali tit. 19. cap. 2. in princ.* (d) *lib. 18. Chron. German.*

re vellet Heinricus, reſponſurus Imperatoris objectis, *condemnatus eſt unanimi ſententia, omnium Principum, qui ſynodo præſentes aderant.* Quare ejus ditiones & facultates omnes aliis dedit Imperator.

Abbas Vrſpergenſis, (*a*) eundem ab Imperatore frequenter evocatum ad Curiam, ait ad objecta reſponſurum: Curia autem trito antiquorum ſignificatu, ut ſuprà monuimus, (*b*) frequentius Conventum Procerum ſolennem, quàm Imperatoris Aulam denotat.

In eo tamen hic ſingularis eſt, quod exceptionem iſtam fori, non ipſi Heinrico aſſignat, ſed aliis Principibus & Baronibus, Ducis fautoribus: Qui more Teutonicorum, ſine lege & ratione voluntatem ſuam pro jure ſtatuentes, contra Imperatorem hoc jus tenere volebant; ut Imperator Ducem condemnare non poſſet, vel terras ſuas abjudicare, niſi infra terras Ducis placitum ſtatueret. Porrò, quendam Nobilem exſurrexiſſe, in medium, propoſuiſſeque Lege duellionum, ſe hoc velle obtinere, contra quemlibet, ſecum pugnare volentem; quod Imperator quemlibet Principem poſſet evocare, pro juſtitiâ ad locum, quemcunque vellet, intra terminos ſui Imperii exſiſtentem. Cumque nullus iſti ſe offerret ad pugnam, edicto Imperatoris præfatam ſententiam pro jure perpetuo eſſe ſtatutam.

Vrſpergenſem in hac circumſtantiâ ſequùntur Sigonius. (*c*) ac Martinus Cruſius. (*d*)

Miramur verò non ſine cauſsâ, quod ita impudenter, ac ſine fronte, Autor Iuſtitiæ Cæſa-

(a) *in Chron. ſub Anno* 1175. (b) *c* 5. *ſect.* 3. (c) *lib.* 14. *de regno Italiæ.* (d) *parte* 2. *Annal. Suevic. lib.* 1. *c.* 2.

Cæſareæ Imperialis, (a) mentitus ſit; dum Fridericum Imperatorem, ex Italiâ in Burgundiam venientem; Heinricum hunc, in itinere, nullo Ordinum Conſilio indicto, imò diſſentientibus etiam Principibus quibuſdam, qui præſentes erant, damnaſſe, ac ditionibus ſuis exuiſſe, tradit.

Sigonius, certè, quem is citat, male & malitiose ad id, quod Author hic intendit, probandum citatus eſt. Nam Sigonius, non, quod Fridericus, ex Italiâ in Burgundiam veniens, in itinere Heinricum damnârit: ſed, quod ex Italiâ in Burgundiam, multis afflictatus incommodis, tranſierit, inde verò tranſgreſſus in Germaniam, Heinricum, de Majeſtate reum, coram juſſerit adeſſe, ſcribit. Id verò, non in itinere, ſed in Comitiis, ſolenniter aliquoties indictis, factum; ex ſupra allegatis Autoribus, apparet.

Pergit autem ex Vrſpergenſi Sigonius, Quoſdam Principes negaſſe, Heinricum Ducem, niſi in finibus ſuis, judicari ab Rege poſſe: Et nunc ſurrexiſſe Nobilem quendam, qui, quocunque Imperii in loco judicium de eo conſtitui licere, aſſeruerit, idque ſingulari ſe certamine probaturum, denunciarit. Nemine verò ſeſe certamini offerente, Fridericum, ſententia lata damnaſſe Heinricum, ac Ducatum ejus Noricum Otthoni, Saxoniæ Alberto attribuiſſe.

Diſſenſerunt ergò, ſecundum Sigonium & Vrſpergenſem, quidam Principes, non tàm in ipſa ſententia, ſeu pœna, quàm in modo, ſeu forma, & circumſtantiis quibuſdam ſententiæ ferendæ: Vbi tamen, adversùs horum diſſentientium Principum opinionem, Imperatoris ſententia, iſthoc, cujus Sigonius & Vrſper-

(a) *propoſ. 19.*

Vrſpergenſis meminerunt, Nobili manu, eam vetuſto Germanorum more, propugnare parato, prævaluit.

Et hæc, de Heinrico Leone, ideò fuſius explicavimus, ut appareret falſitas & impudentia illius Impoſtoris, qui injuſtam illam Iuſtitiam Cæſaream Imperialem conſarcinavit: Pergamus ad alia exempla.

Ottho IV. Imperator, Auguſtæ Vindelicorum, *Conventum Principum convocans*. Otthonem Comitem Palatinum de Wittelpach/ Philippi Imperatoris ſicarium, & Heinricum Marchionem de Ander-Sehe/ cum complicibus, juxta Legem Bojoariorum de Patriâ *proſcripſit*, eoſque omni beneficio, dignitate, & bonis cunctis, *per imperiale decretum* privavit. (*a*) Arnoldus autem, (*b*) Curiâ in Frankencvorde indictâ, id factum, & *ad voluntatem omnium*, Dominum Regem proſcriptione publicâ damnaſſe homicidam illum, ſcribit.

Fridericus II. filium ſuum, Heinricum, jam Cæſarem deſignatum, parricidii accuſatum, *ſententiâ ſeptuaginta Principum* condemnavit, &, in vincula conjectum, in Siciliam relegavit. (*c*)

Sub eodem, & quidem in Italiâ abſente, *Principes Imperii*, Othonem, Bojariæ Ducem, qui Pontifici contra Imperatorem adhæreſit, contra Rempubl. feciſſe, crimine perfidiæ, proditæ Majeſtatis accerſendum eſſe, *ſtatuerunt*. (*d*)

Sub Rudolpho I. Anno 1275. in Comitiis Augu-

(a) *Naucler. d. vol. 3. gener. 41. Hier. Mutius lib. 19 Chron. German.* (b) *in ſupplemento derelictorum ab Holmoldo lib. 7. c. 16.* (c) *Avent. lib. 7. annal. Bojo Craſius parte 4. annal. Suevic. lib. 1. c. 10.* (d) *Avent. ibid.*

Auguſtanis, *rogati ſententiam Principes*, Otthocarum, Regem Bohemiæ, & Heinricum Ducem Bavariæ, cum aliquoties ad Conventum Imperii citati eſſent, contra Rempubl. facere, videri, Hoſtes Imperii eſſe, bellumque in eos *decreverunt*. (*a*)

Vbi notandum eſt, quod Ludovvicus, Præfectus Prætorio Rheni, Bojorum Regulus primo, deinde cæteri *rogati ſententiam dixerint*.

Anno 1296. Ludovvicus, Ottho, Heinricus, Fratres, Mænardi, Atheſinorum, Charionum, Noricorum Rectoris, filii, crimine læſæ Majeſtatis, *in Conſilio Principum* condemnati, exauctorati, in ordinemque redacti ſunt: Cæſarque Adolphus ad eos literas dedit quibus *ſententiam Principum* renunciavit, nobiles à Tyrolio appellavit, nec Ducis cognomen nominibus eorum, uti mos eſt, adſcripſit. (*b*)

Vbi notare operæ prætium eſt, quod ſententia Banni declaratoria, Principum, non Imperatoris dicatur.

Sigiſmundus quoque Imperator, Ludovvicum Angiloſtadienſem, Bavariæ Ducem, ut hoſtem Reipubl. Carolina Lege judicatum, declaratumque, *Senatus decreto*, movere meditabatur: Sed Ludovvicus veniam ſupplex petiit, & impetravit. (*c*)

Idem Sigiſmundus, cum, Anno 1415. Fridericus, Auſtriæ Dux, & Iohannes Papa è Concilio Conſtantienſi aufugerent, in frequenti Principum conſeſſu, accuſavit ea propter Fridericum, Ducem Auſtriæ. Citatur ergo, ad cauſam ſuam dicendam, Fridericus Dux, publicè edicto edito ab Imperatore: Sed

(a) *Avent. d. loco. Gerhard. de Roo lib. 1. hiſtor. Auſtr.* (b) *Avent. d. lib. 7.* (c) *Avent. ibid.*

Sed non comparente Duce, *publico Principum judicio condemnatus*, privatur omnibus feudis & poſſeſſionibus ſuis, & omnia ejus occupanti conceduntur, ſubditique à debitâ ei obedientiâ abſolvuntur. (*a*)

Fridericus denique III. Imperator, Anno 1463. *in Comitiis Ratisbonæ habitu*, *de Principum ac Statuum Imperii conſilio & conſenſu*, publico edicto, Fratri Alberto aqua & igni interdixit, omniaque commoda, quæ ab Imperio habebat, omneſque tam intrà, quam extra Auſtriam, ditiones ademit: Vnde Albertus *ab imperio proſcriptus*, dicitur. (*b*)

Et hic idem Fridericus, Anno 1474. *in Senatu Principum*, Fridericum Palatinum, Ludovici Cæci filium, quod ab obitu Ludovvici Pii, fratris, pro tutore filii ipſius, Philippi, ſe gerens, Regalia, quæ vocant, à Cæſare accipere neglexiſſet, proſcripſit. (*c*)

Patrum noſtrorum ætate, Maximilianus II. Anteceſſoribus & ſucceſſoribus ſuis longe modeſtior, cum, in turbis Grumbacchianis, Bannitorum receptatorem, Principem Imperii eſſe intelligeret, declarationem Banni, communi Imperii, & Ordinum decreto, renovavit, Iſt die vnterſchiedliche/ erfriſchte/vnd geſchärffte Acht / vnd Executions-mandat, zu gebürender Ihr. Keyſerlichen Mayeſtät vnd gemeiner Reichs-Stände/ einträchtigen beſchlus publicirt / vnd mit rath/ zuthun / der Chur-Fürſten/ vnd Stände ernewert. (*d*)

In controverſiâ Juleacenſi, licet Rudolphus Imperator atrocibus mandatis & commina-tione

(a) *Naucler. d. vol.* 3. *gener.* 48 *& Mutius lib.* 27. *Chron. Germ.* (b) *Gerth. de Roo. lib.* 7. *hiſtor. Auſtr.* (c) *Idem lib.* 8. (d) *Receſſus Imperii de Anno* 1567. wie auch darauff.

tione Banni, in Electorem Brandenburgicum, & Neoburgicum Principem ſubinde fulminaret; ad declarationem nihilominus procedere auſus non fuit: Recteque Heinricus Julius, Dux Brunſvvicenſis, judicavit, *(a)* id fieri non poſſe, niſi conſentientibus, ad minimum, Electoribus. daß/ da die declaration Banni geſchehen ſolte/ſolches auf einen Reichstage/ conſentientibus Electoribus, vollnbracht werden müſte.

Non injuria itaque, in Conventu, Anno 1623. Ratisbonæ habito, Elector Saxoniæ, Ferdinando Anteceſſorum ſuorum exempla objecit, *(b)* Die vorige Römiſche Keyſer/ ſeynd darinnen (in proſcriptione ſcilicet Principum) ſo behütſam gegangen / daß ſie nicht allein die Chur- vnd Fürſten/ſondern auch das gantze Reich hierunter zu Rath gezogen/ vnd darauff die Acht / vnd deroſelben execution angeordnet / Wie ſolches unzählich viel exempel ſonderlich die Magdeburgiſche Acht (welche doch nur eine Stadt betroffen) vnd Gothiſche execution (deren eine Anno 1551. die ander Anno 64. vnd 66. auff denen zu Augſpurg gehaltenen Reichs-tägen bey lebzeiten Caroli V. Ferdinandi I. vnd Maximiliani II. beſchloſſen worden) ausweiſen.

In quo articulo iterùm impensè improbus & mendax eſt, Autor Juſtitiæ Cæſareæ Imperialis, & ab ipſo Electore Saxone refellitur, dum ſcribit: *(c)* Quod ab eo tempore, quo conſtitutum eſt Judicium Cameræ, nimi-

(a) *In literis ad Electorem Saxoniæ de dato* Prag 15 25. *Decembr. Anno* 1610. (b) *In voto ſuo ibid. die Sabbathi* 11. *Febr. apud Lundorp. tomo* 2. *actor. publ. lib.*6. *tract.* 24. *p.*116. (c) *d. propoſ.* 19.

nimirum ab Anno 1495. in nullis Conventibus Ordinum Imperii, nulla Banni fuerit facta declaratio.

Denique, ut exemplorum hanc farraginem, recenti aliquo & notabili, quod ipſimet vidimus, concludamus, contra immaturam ac præcocem, Palatini Electoris, in Bannum declarationem, ipſe Elector Saxoniæ ſerio primum proteſtatus eſt: *(a)* Quum tamen poſteà, tum ipſe, parum ſibi conſtans, Pactis Pragenſibus abſolutè, ac, ſine ullâ conditione, approbavit: *(b)* tum Brandenburgicum vicinum, ut approbaret, compulit.

Qualem vero opinionem, ſeu exiſtimationem, apud omnes, inconſtantiâ ſuâ meruerint, ac ſibi comparaverint, ipſimet, conſcientia ſua & propria confeſſione convincuntur: Ita enim ante hac ad Cæſarem ſcripſerunt. *(c)* Solten wir das jenige alles approbiren / vnd belieben/was vorgangen/ (proſcriptionem ſcilicet Palatini, & Electoratus translationē) würden Wir dadurch alle Vnſere wolgegründete *vota* vnd angezogene *motiven retracti*ren / vnd männiglich zuverſtehen geben / Wir hätten vnſers vorbringens keinen beſtändigen grund gehabt / nur mehr verbitterung vnd weiterung geſucht/ vnd Ewer Keyſerlichen Mayt. vnd andern Chur-Fürſten vnd Fürſten vnnötige mühe vnd vnkoſten zugezogen / oder Vnſere dahin abgefertige Geſandten das jenige nicht in *mandatis* gehabt / was ſie vor vnd anbracht / welches vns nicht allein verweislich vnd ſchimpflich / ſondern auch bey

(a) *in literis ad Moguntinum de dato* 23. *Febr. Anno* 1623. (b) *Pacta Pragenſia.* §. in der Pfältziſchen ſache. (c) *de dato* Anneberg 12. *Mart. Anno* 1623. *apud Lundorp. tomo* I. *act. publ. lib.* 6. *c.* 164. *p.* 1089.

bey andern hohen vnd groſſen Potentaten in- vnd auſſerhalb des Reiches / ſonderlich den jenigen / ſo gleichmäſſiger meynung mit Vns geweſen/ vnd noch / verkleinerlichen ſeyn würde. Wir wüſten auch nicht/ wie Wir es gegen Vnſere poſteritát / oder andern Fürſten vnd Ständen des Reiches verantwordten könten.

Exempla, quæ idem Autor in contrarium affert, (a) nullius noſtro judicio ponderis ſunt.

Nam, circa Heinrici Leonis proſcriptionem, Sigonium Autor Juſtitiæ Cæſareæ Imperialis, aut planè non inſpexit, aut malitioſè allegavit, aut perperam intellexit; ut ſuprà oſtendimus.

Reliqua, è Sigonio adducta, exempla, non de proſcriptione Germanorum Principum, quorum dignitatem & privilegia nos præcipuè hic propugnamus, ſed quarundam Italiæ Communitatum, loquuntur, quæ, eo tempore, fuerunt quaſi proprium Imperatoris patrimonium: Quare nihil ad propoſitum noſtrum faciunt.

II. Imperator in Capitulatione ſuâ jurato promiſit; ſe nihil, quod magni momenti eſſet, abſque Electorum conſilio expediturum, Daß er in wichtigen ſachen / ſo das Reich betreffen/bald anfangs der Chur-Fürſten Rahts vnd bedenckens/ ſich gebrauchen wolle. (b) *II.*

Ad proſcriptionem ergò Principum Imperii, ſi non omnium Ordinum, certè Electorum, conſenſus requiritur: Quin enim

L

(a) *d. propoſ. 19.* (b) *Capitulatio Ferdinandi II.* §. Jhr Mayt. ſollen vnd wollen auch des Heiligen Reichs. *verſ.* in wichtigen ſachen.

enim ea res magni momenti ſit, totumque Imperium, ac ejus tranquillitatem concernat, nemo, credo, dubitaverit.

Sed hunc Capitulationis textum, Cæſar, & Cæſareani, in alium ſenſum detorquere conantur: Quod, nempè, per, Wichtige ſachen/ intelligantur, non, quorum finis modo arduus eſt, ſed &, quorum media dubia, nec expedita ſunt, Welche nicht allein biß zu jhrem zweck wichtig ſondern/welche auch einen wichtigen zweiffelhafftigen modum hätten/ auff welche weiſe ſie expediret / vnd verrichtet werden müſten: Worin des Heiligen Reichs Satzungen vnd Abſchied nicht ſelbſten verordnung thun/ vnd maſſe geben. (*a*)

Hoc verò non obſtante, rectè nos eundem huc applicamus: Ita enim ab ipſis Electoribus, optimis verborum ſuorum ac Capitulationis interpretibus, explicatur, & huc applicatur; tum ſeorſim à Saxone & Brandenburgico, tum junctim à toto Electorum Collegio, qui hoc ariete Electoris Palatini proſcriptionem impugnarunt.

Saxo quidem Elector ita eâ de re ſentit, (*b*) In des Pfaltz-Grafens Achts-proces hätte billig ein ander modus procedendi gehalten/ vnd die Chur-Fürſten des Reichs/ inhalt der Capitulation, als in einer ſchweren/ wichtigen/ weitauſſehenden ſache/ daraus die ruin des heiligen Reichs / wie die erfahrung vnd der augenſchein bezeuget/ erfolget/ hierum befraget werden ſollen.

Aut

(a) *In reſolutione Danicis Legatis datâ Viennæ 7. Iun. Anno* 1621. *apud Lundorp. tomo* 1. *act. publ. lib.*6. *c.* 36. *pag.*546. (b) *In voto ſuo Ratisbonæ Anno* 1623. *die Sabbathi* 11. *Febr. apud Lundorp. tomo* 2. *act. publ. lib.* 6. *tract.* 24. *p.* 1161.

Aut ergo valde lubricus & inconſtans Saxo fuit, aut apertè falſus eſt Ferdinandus Imperator, quando ſcripſit, (a) Er habe / aus ſeines Geſandten/ relation, ſo viel verſtanden/ daß Chur-Sachſen nunmehr / wegen des Achts erklärung/auff keinen Chur-Fürſtlichen Conventum dringen / vnd ſelbſten bekennen / daß man hierzu itzmahls füglich nicht gelangen könne/auch hierzu viel zeit verlieren würde.

Conſimile Brandenburgicus ſuffragium tulit,(b) Man könte nicht befinden/wie von dieſer ſo wichtigen ſache (darauff des gantzen Reichs wolſtand/oder aber endliche zum beruhete) die Chur-Fürſten hätten können außgeſchloſſen werden: vnd da auch keine Capitulation da/wäre es dennoch ein ſolche ſache/da der Chur-Fürſten bedencken vnd gutachten zuvernehmen geweſen / Solches aber vmb ſo viel mehr/ weiln die hochbetheürliche Capitulation, darinnen verſprochen/daß in wichtigen ſachen/ bald anfangs / der Chur-Fürſten bedencken vnd raht eingeholet werden ſolte/ darzu komt.

Iidem duo Electores junctim, (c) Die Capitulation wäre hierin klar / vnd es erforderte diß fundamental Geſetze/ welches ein onbeweglich grundfeſt/ mehrers nicht/dann würckliche obſervanz: dahero alſo hierüber keine mehrere ſtimmen zumachen/noch diß Geſetz in weitere conſultation zuſtellen.

L 2 Nec

(a) *ad Electorem Saxoniæ de dato* Wien 29. *Aug. Anno* 1620. *apud Lundorp. d tomo* 2. *l.* 5. *tract.*20. *n.*7. *p.*896. (b) *d. loco & tempore apud Lundorp.d.tract.*24. *p.*1163. (c) *Relatio Electorum & Principum ſuper quibuſdam articulis Cæſareæ propoſitionis Ratiſbonæ de dato* 17. *Febr. Anno* 1623. *apud Lundorp. tomo* 1. *act. publ. lib.*6. *c.* 154. *p.* 1077.

Nec minus apertè, univerſi Electores ac Principes, Ratisbonæ congregati, textum Capitulationis ad ſenſum hunc accommodarunt, (*a*) Daß in dem Pfältziſchen Acht-proces, vmb der ſachen wichtigkeit willen / als welche ein Chur-Fürſtenthum des Reichs / vnd alſo auch ein mitglied des Chur-Fürſtlichen Collegii betreffe / darauß entweder des Reichs ruhe vnd wolſtand oder wol gäntzliche zerrüttung vnd ruin entſtehen / vnd erfolgen könte / billig mit vorbewuſt des heiligen Reichs Chur-Fürſten / nach inhalt Königlicher Capitulation, welche pro Lege fundamentali Imperii zuhalten / verfahren werden ſollen.

III. III. Eadem Capitulatione expreſſe proviſum eſt, quod Cæſar rixam, bellum, aut turbas, Imperii nomine movere non debeat, abſque Ordinum, aut ad minimum, Electorum conſenſu. Solle kein gezänck / Fähde / noch Krieg inn-oder auſſerhalb des Reichs / von deſſelben wegen anfahen / oder vorneh men ꝛc. ohn Vorwiſſen / Raht vnd Bewilligung der Reichs-Stände / zum wenigſten der ſechs Chur-Fürſten. (*b*)

Jam vero proſcriptionis individuus Comes eſt, bellicus tumultus: Cum is, qui per ſententiam Banni declaratoriam, bonis ac dignitate exuitur, mox armis ac via militari iiſdem exuendus ſit; nec enim ſponte ſuâ quiſquam iis cedet.

Prohibito ergo, ſeu deſtructo conſequenti, in quo ſtat ratio antecedentis, prohibetur, & deſtruitur antecedens; ſi modo conſequens

(a) *Reſponſum Electorum ac Principum ad Cæſaris propoſitionem de dato 20.30. Jan. Anno eod. apud Lundorp. d. lib.6.c.152. pag.1068.* (b) *Capitulatio Ferdinandi II.* §. es ſollen vnd wollen Ihre Mayt.

ſequens illud neceſſariò ſequitur ad antecedens. *(a)*

Quâ ratione ſimiliter Elector Saxoniæ Ratisbonæ uſus eſt, *(b)* Daß ſolche Exſecutiones ohne Kriegs-macht nicht vorgenommen/ vnd dadurch dem Reiche/ vnd den gehorſamen Ständen leichtlich groſſe gefahr zugezogen/ auch zwiespalt oder misshälligkeiten/ vnter den Ständen cauſirt, vnd angerichtet werden könte/ Inmaßen die Pfältziſche Exſecution daſſelbe gnugſam zuerkennen geben.

IV. Si Imperatori ſoli, ubi Principum Imperii, corpus, fama, aut regalia in controverſiam veniunt, cognitio interdicta eſt, multo magis Banni declaratio erit interdicta, in qua de omnibus his tribus ſimul, ac unâ eademque operâ agitur. *IV.*

Atqui prius in ſuperioribus abundè demonſtravimus: Ex quo neceſſario ſequitur, Imperatori, cui ſoli in corpus, famam, ac regalia Principum, nil juris eſt, nec Banno in eos graſſari licere.

V. Principes Imperii noſtri, quos tamen dignitate, libertate, & privilegiis, aliarum Nationum Proceres anteire, vulgo jactitamus, illis longè deterioris evaderent conditionis, ſi Imperatori ſoli, in eorum capita ac fortunas, Banni fulmen vibrandi poteſtas eſſet. *V.*

Nam, in Gallia, olim quidem Parium Curiæ præſentia ad hoc fuit neceſſaria. Veluti, cum Dux Alenzonius, Caroli VII. Regis propinquus, perdullionis reus eſſet, Senatus Regi conſulenti reſpondit: Judicium iſtud, nec conſtitui, nec terminari poſ-

(a) *Everhard. in topicis, loco, à diſtinctione conſequentis ad deſtructionem antecedentis.* (b) *in dicto voto apud Lund orp. d. loco.*

poſſe, niſi à Paribus Franciæ, Rege ipſo præſente. *(a)*

In Poloniâ Rex de Nobilium capite ac famâ, non, niſi in Comitiis, cum Senatu judicare poteſt. *(b)* Quemadmodum, Anno 1585. ſub Stephano Rege, Chriſtophorum Sborovium Regni Senatus læſæ Majeſtatis reum, ac infamem, per Regni Mareſcallum pronunciavit. Iiſdemque Comitiis, terrarum Nuncii, contra Samuelis Sborovii ſupplicium, extra Regni Comitia de illo ſumtum, proteſtati, & privilegia Nobilitatis, ac Libertatem Reipubl. atrociter violatam, queſti ſunt: Quibus cum Rex reſpondere ex voto differret, interpoſitâ proteſtatione, ne legitimis Comitiis hujus Conventus acta aſcriberentur, ac nequicquam, quod hic concluderetur, ratum eſſet, diſceſſerunt. *(c)*

Sigiſmundus quoque, non ita pridem defunctus Rex, Anno 1616. feriâ quartâ poſt feſtum inventionis S. Crucis proximâ, Warſaviæ, in Conventu Regni generali, cum Senatoribus Regni, in Conventu congregatis, & lateri ſuo aſſidentibus, Wilhelmum, Ducem Curlandiæ, titulo Ducali Curlandiæ & Semigalliæ, tum etiam beneficio eorundem Ducatuum privavit.

Et hoc Polonorum exemplum Elector Brandenburgicus, in Conventu Ratisbonenſi, Anno 1623. contra Cæſarem imprimis urſit, *(d)* Es würde / auff dieſe weiſe / ein Chur-Fürſt / vnd andere Stände des Reichs / weit deterioris conditionis, als ein Edelman in

(a) *Bodin. lib 4. de Republ. c. 6.* (b) *Cromerus lib. 2. in Polonia. Neuge Paur. lib. 1. hiſtor. Polon.* (c) *Chytræus lib 27. Chron. Saxon.* (d) *In d. voto ſuo apud. Lundorp. d. loco.*

in Polen ſeyn/ dann der ſelbe nicht / als auff offenem Reichs-tage / proſcribiret werden könne.

His tamen omnibus non attentis, cum defunctus Ferdinandus pro lubitu, ac ſuo quaſi jure, evulſiſſet ac plantaſſet, ligaſſet ac abſolviſſet, Electores Imperii nuperrimè, quaſi piſcatores icti, ſapere cœperunt; & memores illius, quod, quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videantur quaſi neglecta (a) in Capitulatione hodierni Ferdinandi (ut vocant) III. articulum hunc de Banno, ſeu proſcriptione, in ſequentem formam variaſſe, mentemque ſuam apertiſſimè declaraſſe, ſcribuntur, (b) Ihre Mayt. ſolten vnd wolten auch fürkommen/ vnd keines weges geſtatten / daß nun hinfüro jemand hohes oder niedriges Stands / Chur-Fürſt/ Fürſt/ oder anderer/ ohne Vrſach/ auch vnverhört/ vnd ohn vorwiſſen/ Rath/ vnd verwilligung der Chur-Fürſten / welche ſich des werks nicht theilhafftig gemacht / in die Acht vnd Ober-acht gethan / bracht / oder erkläret werde: Sondern in ſolchem ordentlicher proces, vnd des Heiligen Römiſchen Reichs vorauff geſetzte Satzung/ nach ausweiſe des Heiligen Reichs/ im gemelten 55. Jahr/ reformirten Cammer - Gerichts ordnung / vnd dar-auff erfolgter Reichs abſchiede / in dem gehalten vnd vollzogen werde / doch dem beſchädigten ſeine gegenwehr vermög des Land-Fridens vnabbrüchig. Wäre es aber ſache / daß die that an jhm ſelbſten gantz notori vnd offenbar/ der fried brecher auch in ſeinem verbrechen beharrlich vnd thätlich fortführe / ob woll es alsdann nicht eines ſonder-

 bahren

(a) *l. 15. ff. de injur.* (b) *In manifeſto hodierni Electoris Palatini, controverſiam de Palatinatu concernente, ſub finem.*

bahren proceſſes von nöhten; ſo wollen Wir doch auch in dieſem fall / mit zuziehung obgedachter des heiligen Reichs obgemelter maßen vnd intereſſirten Chur-Fürſten/ehe vnd zuvor wir zu der würcklichen Achts erklärung ſchreiten/ communiciren / vnd verfahren.

Ex dictis his luculenter patet, quod, licet in cauſis fractæ Pacis,tam Imperatori , quàm Cameræ , Bannum in delinquentes ſtringere liceat ; id tamen cum grano ſalis, & hac moderatione intelligendum ſit,ut illuſtrium Perſonarum , ſive Principum proſcriptio toti Imperio reſervata maneat.

Vt ergo à potiori fiat denominatio , Bannum, cujus principalior & nobilior, ſive pars, ſive ſpecies,penes Ordines reſidet,merito Ordinum ſeu totius Imperii potius, quàm ſolius Imperatoris eſſe, dicimus.

CAPUT XII.

De jure Collectarum ſeu Tributorum.

SECTIO I.

COllectatio , ſive collectæ generalis impoſitio, Reichs-ſteur/Reichs-anlage/ Reichs-hülffe/eſt de Regalibus; & quidem potioribus, ſeu majoribus. *(a)*

Tributi indictio totius Imperii,non Imperatoris eſt.

Ea vero in Imperio noſtro , non ab Imperatore imponitur , & à reſervata ſuprema, ac ſemper , atque perpetuo apud Imperatorem reſidente poteſtate deſcendit , Ordinibus nudo ſaltem exactionis & collectionis miniſterio , permiſſo & conceſſo ; ut fabulantur iſti, (*b*) quibus Cæſaris favor magis, quàm

(a) *Reink. lib. 1. cl. 5. cap. 4. n. 161.* (b) *quos citat , &, pro more,ſequitur Reink. d. c. n.* 204. *& ſequ. & c.* 6. *n.* 124.

quàm Patriæ Libertas cordi eſt: Sed à toto Imperio, eo, quo Ordinibus placuerit, modo inſtituitur, nec ulla, niſi in Comitiis, eorum conſenſu indici poteſt. (*a*)

Quare cum Matthias, Vngariæ Rex, Anno 1609. ad tuendos ejuſdem Regni fines, ſubſidia ab Electore Saxoniæ peteret, res ab eodem ad Comitia rejecta eſt, (*b*) hac ratione, Es müſſe nicht vor einen Stand des Reichs allein / ſondern auff allgemeiner Reichs Verſamlung / hierin gehandelt werden.

Itaque Rudolphus Imperator, à proprio fratre Regnis ac ditionibus exutus, cum in Electorali Conventu Anno 1611. Noribergæ habito, ſumtus, ad ſuſtinendum Imperatoriam dignitatem, poſtularet, Electores rem ad univerſos Ordines rejecerunt, (*c*) Ihre Mayt. werde ſelbſt Aller-genädigſt ermeſſen können / daß ſolches hohe begehren / bey des Reichs Chur-Fürſten allein nicht zuerheben / ſondern / bey aller Stände reſolution ſtehen werde.

Idem adhuc, Anno 1623. in Conventu Ratisbonenſi, ab illis factum: Vbi, cum Imperator, ad tuendos Vngariæ fines, contributionem poſtularet, (*d*) Sie möchten Ihrer Mayt. mit trewhertzigem raht vnd that zuhanden geben / wie Ihre Mayt. an der Türkiſchen Grentz vnterhaltung / mit einer erkläcklichen hülffe / für dißmahl / ohne eine Reichs Verſam-

L 5

(*a*) *Paurmeiſt. lib.* 1. *de juriſd. cap.* 4. *n.* 40. *edit. poſter.* (b) *in literis ad Regem Matthiam de dato* Mersburg 10. 20. *Febr. Anno* 1609. (c) *Reſponſum Electorum ad Imperatoris propoſitionem de dato* 17. *Sept. Anno* 1611. (d) *Cæſaris propoſitio de dato* 7. *Ian. Anno* 1623. *apud Lundorp. tomo* 1. *action. publ. lib.* 6. *cap.* 101. *pag.* 1066.

ſamlung / vmb der an verzug hangender gefahr willen / ſuccurri et werden möge; ab Electoribus reſponſum eſt, (*a*) Jhre Keyſerliche Mayt. werde ſie/ daß ſie deroſelben wie ſie ſonſten gerne wolten/ in dieſem jhren ſuchen diß mahl nicht entgegen gehen können / Aller-Gnädigſt vor entſchüldiget halten / vnd jhr nicht zu wider ſeyn laſſen/ dieſes an die ſämtliche/ des heiligen Reichs-Stände / durch herkommene beliebige wege/ gelangen zu laſſen.

Et gaudet quidem, hoc in articulo, Imperator pari, cum Rege Poloniæ, privilegio; Nam apud Polonos quoque, non, niſi in Comitiis, tributa ſciſcuntur, ac decernuntur; & quidem conſentientibus Conſiliariis pariter, ac Nunciis terreſtribus. (*b*)

Licet Imperatoris nomine fiat.

Nec movet nos, quod Imperator tributa, ab Ordinibus decreta, ſuo velut nomine indicat.

Hoc enim ideò fit, quia Imperator eſt; hoc eſt, ſummus Imperii Princeps, & ſacri conſilii, ſeu Senatus Imperialis, des Reichs Rahts/ Director.

Nam indictio, per ſe, magni momenti non eſt: Cum indicens operam tantum ſuam adhibeat, quam format ac informat conſenſus Procerum Imperii. (*c*) Idque in tantum, ut, ne digitum quidem transverſum, ab eorum conſenſu Imperator recedere poſſit.

Hinc

(*a*) *Electorum & Principum relatio de quibuſdam articulis Cæſareæ propoſitionis de dato* 17. *Februar. Anno* 1623. *apud Lundorp. d. lib.* 2. *cap.* 154. *p.* 1075. (b) *Cromerus lib.* 2. *in Polonia.* (c) *Limnæus lib.* 1. *de jure publ. c.* 10. *n.* 31.

Hinc ſi Ordines Imperii in Collectam, certis terminis ſolvendam, conſenſerint, Imperator, ſolus, & propria autoritate, ne terminum quidem ſolutionis mutare & coarctare poteſt: Sed, ubi neceſſitas id exigere videtur, adhibendus eſt Ordinum conſenſus. Prout factum Anno 1567. Iſt / der dreyjährigen / zu Augſpurg verabſchiedeten / beharꝛlichen hülffe wegen / ſich dahin verglichen / entſchloſſen / vnd bewilliget / daß dieſelbe ermeldte dreyjährige hülff in eine zweyjährige bracht werden ſolle. (a) *Imperator, ne quidem terminum ſolutionis coarctare poteſt.*

Contributionum ergò præcipuum requiſitum eſt, voluntarius Ordinum conſenſus; hæcque non minima pars Libertatis noſtræ hucuſque fuit: Quam, ut ſartam tectam ſibi conſervarent Ordines, ſæpe etiam, acceptis ab Imperatore reverſalibus, ſibi proſpexerunt, Die contributiones ſeyn jederzeit / von dem Höchſten Haubt für freywillig acceptiret / etwann auch weil es für das einzige Kleynnoth / der freyen Teutſchen Nation geachtet / reverſales darüber erhalten / vnd auſſer einer geſamter Bewilligung / wider einen einzigen Stand / die durchgedrungen worden. (b)

Nec Reinkingii inſtantia negotii nobis quicquam faceſſit; quod conſenſus hic Procerum Majeſtatem Imperatoris non evacuet: Cum nemo Principum jus habeat, vel teruncium unum exigendi à ſuis, præter conſtitutum annuum cenſum, niſi populus aſſentiatur. (c) *Objectio.*

L 6 Quem

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1567. §. vnd demnach zu ſchutz. (b) *Inſtructio Legatorum Reipubl. Noribergenſis ad Ducem Bavariæ de dato* 10. *Octobris Anno* 1621. (c) *Comin. l.* 10. *comment.*

Quem ad finem aliorum Regum exempla ex Bodino ac aliis adducit. (*a*)

Reſponſio. Nam, ut alibi, ita & hic, in generalitate terminorum ludit: Diſtinguere enim primum debebat, inter honeſtatem, utilitatem, & neceſſitatem.

Cùm hæ quæſtiones toto inter ſe cœlo differant: Vtrum Princeps rectè & juſtè faciat, ſeu utrum è re Principis ſit, ſi, in tributis indicendis, Populi, ſeu Subditorum, adhibeat conſenſum? Et; utrum Princeps Subditorum conſenſum neceſſario adhibere teneatur, ita, ut eo deficiente, Subditi impoſitum ſibi onus recuſare poſſint?

Si enim aſſerat, Principem, & rectè, & ordine facere, quod Populi adhibet conſenſum, imò in DEUM ac Juſtitiam peccare, quandò Populum pro lubitu, abſque juſta cauſa, tributis exhaurit; pedibus in ejus ſententiam deſcendimus.

Si item aſſerat; è re & exiſtimatione Principis eſſe, ut faciat: Similiter eidem aſſentimur.

Quod ſi ulterius pergat; in omni Regno, etiam quod reverà monarchicum eſt, &, ut ad ſpeciem deſcendamus, in Galliâ (de quà Cominæus diſſerit) conſenſum Subditorum neceſſariò requiri; ita ut illi, non requiſiti, tributa, ex ſolius Principis placito imperata, renuere poſſint: Jam illi amplius aſſentiri non poſſumus.

Cominæus, in ſequentibus, ſatis ſe mentemque ſuam explicat, quando pergit: Sunt Principes, quibus hoc frequens eſt in ſermone, ut dicant, habere ſe privilegia, ut, quantum

(*a*) *Reink. l.* 1. *cl.* 2. *n.* 143. *& cl.* 5. *c.* 4. *n.* 208. *& ſeq.*

tum velint, exigant à Populo. Certè Galliarum Rex omnium minimè cauſam habet, ut iſtud de ſe jactet: Nec enim vel ipſi, vel cuivis alii id licet. Qui verò comparandæ gratiæ cauſa poteſtatem hanc illi tribuunt, ii certè parùm liberaliter agunt, & providè. Quid enim finitimorum voluntates alienare magis poſſit, quàm ejuſmodi vox atque licentia? Verum, ſi Rex ad hunc modum diceret, habere Populum fideliſſimum, qui libenter imperata faciat, qui nullum onus recuſet, qui patientiſſime quidvis toleret, qui damnum acceptum moderatiſſimè ferat, majorem ſanè laudem ex eo ſit habiturus, quàm ſi prius illud dicat, ſuumque privilegium ſibi diligenter ſervandum eſſe, contendat.

Hucuſque Cominæi verba: Ex quibus, præſertim poſterioribus, ad quem ſcopum is tendat, luculenter videre eſt.

Sed jam, non de boni ac prudentis principis officio, verùm, ſi Princeps debiti ſui ac Prudentiæ fines tranſilire velit, de Subditorum poteſtate, quæſtio nobis eſt: In qua alia Regna, cum Imperio noſtro, Reinkingius nequicquam comparaverit.

Nam, quod ad Galliæ Reges attinet, ſolent quidem Comitia, quando de novo tributo indicendo agitur, in Gallia haberi: Non ideo tamen, ut Populus arbitretur, ex ejus nutu, Monarchicam ac Regiam poteſtatem pendere; nam, & ſine conſenſu Populi, poteſt, jure ſuo, Princeps tributa imponere & exigere: Sed ut paterne Subditos moneat, cauſam neceſſariam eſſe, ex qua cogatur, propter utilitatem publicam, ab illis ſubſidia petere. (a)

Hinc Carolus, Ludovvici IX. Pater, morem

(a) *Petrus Gregor. lib. 24. de Republ. cap. 5.*

Quem ad finem aliorum Regum exempla ex Bodino ac aliis adducit. (a)

Reſponſio. Nam,ut alibi, ita & hic, in generalitate terminorum ludit:Diſtinguere enim primum debebat, inter honeſtatem, utilitatem, & neceſſitatem.

Cùm hæ quæſtiones toto inter ſe cœlo differant:Vtrum Princeps rectè & juſtè faciat,ſeu utrum è re Principis ſit,ſi, in tributis indicendis, Populi, ſeu Subditorum,adhibeat conſenſum? Et; utrum Princeps Subditorum conſenſum neceſſario adhibere teneatur,ita,ut eo deficiente, Subditi impoſitum ſibi onus recuſare poſſint ?

Si enim aſſerat,Principem,& rectè,& ordine facere,quod Populi adhibet conſenſum,imò in DEUM ac Juſtitiam peccare, quandò Populum pro lubitu, abſque juſta cauſa, tributis exhaurit; pedibus in ejus ſententiam deſcendimus.

Si item aſſerat; è re & exiſtimatione Principis eſſe, ut faciat: Similiter eidem aſſentimur.

Quod ſi ulterius pergat; in omni Regno, etiam quod reverà monarchicum eſt, &,ut ad ſpeciem deſcendamus,in Galliâ(de quâ Cominæus diſſerit)conſenſum Subditorum neceſſariò requiri; ita ut illi, non requiſiti, tributa,ex ſolius Principis placito imperata, renuere poſſint: Jam illi amplius aſſentiri non poſſumus.

Cominæus, in ſequentibus, ſatis ſe mentemque ſuam explicat, quando pergit: Sunt Principes, quibus hoc frequens eſt in ſermone, ut dicant, habere ſe privilegia, ut, quantum

(a) *Reink. l. 1. cl. 2. n. 143. & cl. 5. c. 4. n. 208. & ſeq.*

tum velint, exigant à Populo. Certè Galliarum Rex omnium minimè cauſam habet, ut iſtud de ſe jactet: Nec enim vel ipſi, vel cuivis alii id licet. Qui verò comparandæ gratiæ cauſa poteſtatem hanc illi tribuunt, ii certè parùm liberaliter agunt, & providè. Quid enim finitimorum voluntates alienare magis poſſit, quàm ejuſmodi vox atque licentia? Verum, ſi Rex ad hunc modum diceret, habere Populum fideliſſimum, qui libenter imperata faciat, qui nullum onus recuſet, qui patientiſſime quidvis toleret, qui damnum acceptum moderatiſſimè ferat, majorem ſanè laudem ex eo ſit habiturus, quàm ſi prius illud dicat, ſuumque privilegium ſibi diligenter ſervandum eſſe, contendat.

Hucuſque Cominæi verba: Ex quibus, præſertim poſterioribus, ad quem ſcopum is tendat, luculenter videre eſt.

Sed jam, non de boni ac prudentis principis officio, verùm, ſi Princeps debiti ſui ac Prudentiæ fines tranſilire velit, de Subditorum poteſtate, quæſtio nobis eſt: In qua alia Regna, cum Imperio noſtro, Reinkingius nequicquam comparaverit.

Nam, quod ad Galliæ Reges attinet, ſolent quidem Comitia, quando de novo tributo indicendo agitur, in Gallia haberi: Non ideo tamen, ut Populus arbitretur, ex ejus nutu, Monarchicam ac Regiam poteſtatem pendere; nam, & ſine conſenſu Populi, poteſt, jure ſuo, Princeps tributa imponere & exigere: Sed ut paterne Subditos moneat, cauſam neceſſariam eſſe, ex qua cogatur, propter utilitatem publicam, ab illis ſubſidia petere. (a)

Hinc Carolus, Ludovvici IX. Pater, morem

(a) *Petrus Gregor. lib. 24. de Republ. cap. 5.*

rem hunc non ſervavit, ſed primus omnium, ſine conſenſu Populi, pecuniam, pro ſuo arbitratu, imperavit. (*a*) Qui, etſi male hoc ipſo, ac imprudenter fecerit, Populus tamen ei repugnare, imperataque tributa recuſare non potuit.

Carolus quoque VIII. in animo, ſub finem vitæ, habuiſſe fertur, remittere plurimum de tributis, neque amplius, quam Proceres Regni decreviſſent, extra ordinem imperare. (*b*) Quodipſum nullius fuiſſet ponderis neque notatu dignum, niſi Regi Galliarum, abſque Procerum decreto, tributa imperare liceret.

Longè diverſa Imperii noſtri ratio eſt, in quo conſenſus Procerum præciſè neceſſarius, & de ſubſtantia indicendi tributi, imò potiſſimum ejus fundamentum eſt: Adeò ut Proceres, de eo non conſulti, ad id perſolvendum non teneantur.

Hæc autem neceſſitas conſenſus in tributo indicendo, Majeſtatem ingreditur, ejuſque pars eſt, ac poteſtatem illius, qui tributum indicit, penitus infringit, ac enervat.

SECTIO II.

Imperatoru non eſt pecunia collecta diſpoſitio.

SEd, quemadmodum in indictione tributorum Imperator nihil, aut parum juris habet: Ita quoque in diſpoſitione collectarum pecuniarum.

Non enim pecuniæ collectæ in fiſcum Imperatoris coguntur, verùm ab ipſis Ordinibus cuſtodiuntur, werden unter den Ständen ſelbſt verwahret. (*c*)

Et

(a) *Comin. lib. 9. comment.* (b) *Idem lib. 5. de Bello Neapol.* (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1548. §. ferner haben Wir.

Et in initio quidem à ſingulis Ordinum in cujuſque territorio pecuniæ colliguntur: Quorum unuſquiſque ſuos habet Quæſtores, Vnter- vnd Obereinnehmer. (*a*)

Deinde collectas pecunias, aliquando à ſingulis Ordinum, eousque donec ad deſtinatum uſum impenderentur, aſſervatas legimus: Vt Anno 1518. factum, ac decretum eſt, (*b*) Daß das jenige / was jeder Obrigkeit / in guter gewiſſer verwahrung behalten werden ſolle / biß ſo lange der Zug für-genommen / vnd anfang gewinnet. *Aſſervatur enim illa vel à ſingulis Ordinum;*

Eodem modo in Receſſu de An. 1544. (*c*) cavetur, Daß die anlag des gemeinen Pfennings / hinder eines jeden Chur-Fürſten / Fürſten / vnd Stands / verordneten Obereinnehmern / in ihren Truhen verwaret / vnd behalten werden ſoll / biß auff Ihre Keyſerlichen Mayt. vnd gemeiner Reichs Stände ferner vergleichung vnd beſcheid.

Aliquando à ſingulis Circulis: Vt factum Anno 1542. quo Circulorum Quæſtores pecuniam collectam penes ſe retinuerunt, ac militi perſolverunt ſtipendia, Haben die geordnete Creys-einnehmer / von dem zuſammen gebrachten Gelde / der Chur-Fürſten vnd gemeiner Stände / davon ſie geordnet ſind / deſſelben ihres Creyſſes auffgenommen Kriegs-Volck beſoldet vnd unterhalten. (*d*) *Vel à ſingulis Circulis.*

Regi-

(*a*) *Receſſus Imperii de Anno* 1542. §. damit nun dieſer Chriſtlicher. *& ſeqq.* (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1518. § vnd nemlich dieſer meynung. (c) § vnd damit nun dieſer verſ. ferner ſol vnd wil. (d) *d. Receſſus Imperii de Anno* 1542. §. wir ſetzen / ordnen vnd wollen auch.

Olim à Regimento. Regimento in vigore ſuo durante, illi ipſi commiſſa fuit cuſtodia collectarum pecuniarum. Ita Anno 1500. iſt das Geld des Reichs Raht/durch die Fürſten/Grafen/vnd Herren geantwortet worden. (*a*) Et Anno 1526. ad earundem adminiſtrationem, quatuor è Regimento deputati ſunt. (*b*)

Sæpius in publico ærario, Aliquando, & quidem ſæpius, publicum ærarium erectum fuit: Idque, vel in una Imperii Civitate; ut Anno 1495. Francofurti: (*c*) Vel in pluribus; ut deinceps ſemper factum eſt. (*d*)

Sub certis Quæſtoribus. Huic autem ærario unus, vel plures Quæſtorea, Zahl-oder Pfenningmeiſter/de jure præficiendi ſunt: Quales, An. 1495. ſeptem conſtituit; eorumque unus tantum à Cæſare, reliqui ſex ab Ordinibus denominati ſunt. (*e*)

Qui ab Imperio, non ſolo Imperatore dependent. Nec hi Quæſtores ab Imperatore ſolum, ſed & ab Imperio ac Ordinibus, & quidem potiſſimum dependent: Quapropter non Imperatori modo; ſed Ordinibus quoque juramento obſtringuntur.

Sic eodem Anno 1495. Haben die Schatzmeiſter nicht allein König Maximilian / ſondern auch den Chur-Fürſten / Fürſten / vnd Stän-

(a) *Ordinatio Regimenti de Anno* 1500. *tit.* von Soldnern/wie die auffgeſetzt/ꝛc. *& titul* von der Steur der Geiſtlichen/ꝛc. *& tit.* von der Steur Frey: vnd Reichs Städte/ꝛc. (b) *Receſſ. Imp de eod. Anno* § weiters als Königliche Würde. *verſ* vnd fürter dieſen hernach genanten. (c) *Conſtitutio* des Gemeinen Pfennings *de Anno* 1495. *tit.* von den ſieben Schatzmeiſtern. (d) *Receſſus Imperii de Anno* 1512. §. *tit.* haben Wir vnd geſtelte. *Receſſ. Imp. de An.* 1522. § es ſoll auch ein jeder/*& paßim deinde.* (e) *Conſtitutio* vom gemeinen Pfenning. *in eod.*

Stånden / von des Heiligen Reiches wegen/ pflicht vnd eyd/ thun ſollen. (a)

Imo, ſi quis eorum ſpeciali juramento, aut Imperatori, aut uni alicui Ordinum obſtrictus erat, neceſſe fuit, ut illo ſolveretur: Quo ita abſque ullo, ſeu Imperatoris, ſeu alterius cujuſdam particulari reſpectu, ſoli Imperio eſſet obnoxius. Dieſelbe Schatz-meiſter / vnd Commiſſarien/ſeyn in dieſem handel/vnd befehl/alein/aller gelübd vnd eyd/damit ſie dem König Maximilian / oder den Chur-Fürſten / Fürſten/ vnd Stånden / verbunden oder verſtrickt geweſen/ gåntzlich ledig gezåhlet worden. (b)

Similiter An. 1541. Ordines, communi conſenſu Quæſtorem ejuſmodi conſtituerunt. Haben gemeine Stånde einen Pfenningmeiſter vorgenommen vnd geordnet, der in ſeinen einnehmen vnd ausgebẽ/ vnd allen andern ſachen gemeiner Stånde nutzẽ fordern vnd ſuchẽ ſol. (c)

Et iſti Quæſtores rationes ſuas, non Imperatori, ſed Imperio & Ordinibus reddere jubentur, Des Heiligen Reichs Verſamlung/ Chur-Fürſten/ Fürſten vñ Stånden. (d) Olim autem, exiſtente Regimento, eidem Regimento, nomine Imperii, Sellen Stathalter vnd *Imperio quoque rationes reddant.*

(a) *Ibid.* (b) *Ibid. tit.* wie die Schatz-meiſter aller anderer pflicht ledig ſeyn ſollen. (c) *Receſſ. Imp. de an.* 1541. §. vnd damit gemeiner Stånde. (d) *Conſtitutio* vom gemeinen Pfenning *de An.* 1495. *tit.* von den ſieben Schatzmeiſtern. *Receſſ. Imperii de Anno* 1524. § dieweil auch ſolche hülffe. *Receſſus Imperii de An.* 1526 §. weiter als Königliche Würde. *verſ.* die auffgebürliche. *Receſſ. Imperii de An.* 1529. § vnd damit ein ſolche. *in fine. Receſſ. Imp. de Anno* 1541. §. vnd damit gemeine Stånde. *in fine. Receſſus Imperii de Anno* 1542. §. vnd ſolch vorgenommen. & §. hierum vnd damit.

vnd Regiment ehrbare rechnung thun/ welche rechenſchafft fürter den Reichs-Ständen überantwortet werden ſoll. (*a*)

Et ſecundum Imperii decretum pecuniam adminiſtrant.

Non enim ad nutum ſolius Imperatoris, ſed ex Ordinum decreto, concreditam ſibi pecuniam adminiſtrare debent, Sollen ſolch Geld zumahl/oder eines theils/niemand/was Würden/Stands oder Weſens der wäre (& ſic ne quidem Imperatori) geben/oder folgen laßen/ zuſagen / oder verwilligen / daß nichts davon nach gelaſſen / folge gegeben / oder zugeſaget werde/dann allein denen/ oder an die end / dahin ſie auff die jährliche Verſamlung/ klärlich beſcheiden werden. (*b*)

Imperator pecunia collecta pro lubitu uti nequit.

Hinc Imperator pecuniam, in certos uſus collectam, in alios, ac quorſum deſtinata eſt, uſus convertere nequit: Niſi id fiat, accedente Ordinum conſenſu. (*c*)

Si illâ opus non ſit, ordinibus ea reſtituenda: aut ad ſimiles neceſſitates aſſervanda eſt.

Qua pecunia, ſi, deficiente cauſa, quæ contributionem ſuadebat, haud opus ſit, illa lucro Imperatoris minimè cedit; ſed aut Ordinibus, qui eam contribuerunt, reſtituenda, So man der eylenden hülffe nicht nohtdürfftig oder gebrauchen wird ſoll einem jeden Stande eyn ausgelegtes Geld/ widerumb gegeben werden; (*d*) aut ad ſimiles neceſſitates aſ-

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1522. §. vnd ſoll demnach ein geſchickter. (b) *d. Conſtitutio* vom Gemeinen Pfenning *d. tit. Receſſus Imperii de Anno* 1512. §. vnd damit obangezeigter. *in fine Receſſus Imperii de Anno* 1544. §. vnd damit nun dieſer *verſ.* vnd ferner ſol vnd wil ich. (c) *d. Receſſ. Imp. de An.* 1622. *in princ. d. Receſſus Imp. de An.* 1524. §. *item* als auff gegenwertigen. *Receſſ. Imp. Anno* 1570. §. erſtlich dieweil noch. (d) *Receſſ. Imp. de An.* 1524. §. *item* ſo der Turck. *Receſſ. Imp. de An.* 1526. §. es haben ſich auch.

aſſervanda eſt, Da der Feind / von ſeinem hochläſtigen gewaltigen Vorſatz abgetrieben/ oder in was wege abgewendet wird / ſoll die Geldhülffe beyſammen in den Leg-Städten/ biß zu andern / gegen den Türcken / nohtwendigkeiten behalten/ vnd zu andern ſachen nicht gebrauchet werden. (*a*)

Licet autem circa diſpoſitionem collectarum pecuniarum variè, & non uno modo actum, ex dictis appareat, quocunque tamen rem vertas, Imperator penè ſemper ab ea excluſus fuit: Vt ita Venetorum Duci in hoc non abſimilis videatur; qui circa pecuniam publicam diſpenſare non poteſt, ne quidem de obolo, abſque aſſenſu Civium ſuorum. (*b*)

Imperator ſolus non poteſt à collectis immunitatem concedere.

Nec illud ultimò nobis prætereundum eſt, quod Imperator, veluti tributo onerare Ordines in ipſius poteſtate non eſt, nec à tributo, communi Ordinum conſenſu imperato, immunitatem, uni, alterive concedere poſſit, in reliquorum præjudicium. (*c*) Sed, ſi Ordines, quidam in Imperio exſiſtant, quibus, certis de cauſis, immunitas concedenda videtur, communi Ordinum placito id fieri debet Prout, Anno 1542. Civitatibus, Goslar Mülhauſen/ Northauſen/ Wangen/ & Zell im Hammerbach tributum fuit remiſſum. (*d*)

Nam, ut vectigalia ac tributa imponere, ita & immunitatem eorum nemo, niſi is, qui

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1566. §. vnd ſoll ſolche Geldhülff. (b) *Tiberius Decianus reſponſio* 19. *n.* 127. *vol.* 3. (c) *Gail lib.* 2. *obſ.* 59. *n.* 1. *Matth. Steph. lib.* 2. *de juriſdict. parte* 1. *c. un. membro* 1. *n.* 107. *Schonborn. lib.* 5. *Polit. c.* 12. (d) *Receſſus Imperii de Anno* 1542. §. vnd wiewol die Städte.

qui ſummam Reipubl. poteſtatem habet, largiri poteſt. (a)

Caput XIII.

De Iure creandorum Magiſtratuum.

Sectio I.

AD Majeſtatis quoque Iura refertur Ius creandorum Magiſtratuum inferiorum. (b) Nam ad curam Principis Magiſtratuum creatio pertinet, non ad favorem Populi, ut Modeſtinus ait: (c) Hæcque ipſa creatio maxima pars eſt muneris Imperatorii. (d)

Quod ſi verum eſt, Imperator noſter hodiernus maximâ muneris ſui parte privabitur.

Et, ut ad ſpeciem progrediamur, inter Magiſtratus primum, procul omni dubio, locum ſibi vindicat Vicarius Imperii, qui vivente, ſed abſente Imperatore, conſtituitur.

Palatinus Rheni eſt ordinarius Imperii Vicarius, abſente Imperatore.

Is autem, etiam eo caſu, eſt Elector Palatinus Rheni: Quod Rupertus Imperator apertè teſtatur; dum ſcribit. (e) A divis Romanis Imperatoribus, & Regibus, Prædeceſſoribus ſuis, hactenus extitiſſe obſervatum, ac etiam *de jure Comitatus Palatinatus Rheni fuiſſe, & eſſe*, quod cum Romanus Imperator, vel Rex, ultra montes Italiam ingreſſus fuerit, in ipſius abſentiâ, Vicariatus Imperii in Germaniâ, Galliâ, & Regno Arelatenſi, ad Comitem Palatinum Rheni pertinuerit, & pertineat.

Quod

(a) *Bodin. lib* 1. *de Republ. cap.* 10. (b) *Reink. lib.* 1. *cl.* 1. *c.* 2. *n.* 20. (c) *l. un. ad L. Iuliam ambitus.* (d) *Zonaras.* (e) *In Conſtitutione de Vicariatu Imperii Germanici in abſentiâ Imperatoris datâ Auguſta Anno* 1401. *apud Goldaſt. tomo* 1. *conſt. Imper. p.* 381.

Quod domeſticum, è Palatinâ Domo nati Imperatoris, teſtimonium, ſi quis forte rejiciat; certè clara privilegii antiqui, à Carolo V. Wormatiæ confirmati, verba *(a)* non refellet, So ein Römiſcher Keyſer/ oder König/ über Berg zeucht/ oder auß dem Reich iſt/ gebühret/ vnd ſtehet zu/ einen jedem Pfaltz-Grafen/ der Chur-Fürſt iſt/ die verſehung vnd verwaltung deſſelben. Wie Wir dann daſſelbe/ auch ſeine hergebrachte Freyheit/ vnd privilegien, hiervon/ confirmiret/ vnd beſtätiget.

Vnde Electore Palatino invito, alius Vicarius ab Imperatore conſtitui nequit *(b)*

Ita Ludovvicus Bavarus, cum ad iter in Italiam ſe accingeret, Rudolpho, nepote ex fratre, Præfecto Prætorio Rheni, res Germanicas commiſit. *(c)*

Et cum, Anno 1473. inter Fridericum III. ac Carolum Audacem, Burgundiæ Ducem actum fuiſſet, ut hic Vicarius in Imperio conſtitueretur, nihil peractum fuit: Quod Imperator, ſine Aſſenſu Principum Electorum, nihil ſuper his rebus poſſet conſtituere. *(d)* Petitiones Caroli improbæ videbantur, ſcribit Auſtriacus Autor, *(e)* & ad quas, non, niſi de communi Principum Electorum, & omnium Ordinum conſilio, reſponderi deberet.

Exempla, quæ in contrarium adducuntur, aut tunc acciderunt, cum Palatinus privile-

(a) *Quæ ex Frebero refert Limnaus l. 3. de jure publ. c. 12. n. 36.* (b) *Limnaus d. c. 12. n. 35. & alii, quos citat.* (c) *Avent. in lib. 7. annal. Boj.* (d) *Crantz. lib. 13. Saxon. c. 11. Autor Paralipom. ad Abbatem Vrſpergenſem pag. 450.* (e) *Gerhardus de Roo l. 8. hiſtor. Auſtr.*

vilegium hoc Vicariatus nondum obtinuit,aut cum ejus conſenſu.

Poteſt enim, & ſolitus eſt Palatinus, de jure ſuo interdum aliquid remittere; integrum tamen ſibi illud, acceptis reverſalibus, reſervans: Quarum exemplar exſtat apud Goldaſtum. (*a*)

Archi-cancellarii certi & ordinarii ſunt.

Inter Magiſtratus Imperii ſecundum locum obtinent Archi Cancellarii Imperii:Qui, ex antiquis Imperii moribus,tres ſunt; Principes Electores eccleſiaſtici.

Nec verò in horum creatione, Imperator quicquam juris habet: Statim enim, ac ritè à Capitulo electi ſunt, Imperator eos, nolens, volens, de Electoratu, cui Archicancellariatus hoc munus connexus eſt, inveſtire, & quoſcunque Capitulum legerit, pro Imperii Archi-Cancellariis agnoſcere, tenetur.

Idemque, de quatuor ſecularium Electorum officiis, quæ hæreditaria ſunt, judicium eſto.

Quæſtores ab Imperio creantur.

Huc etiam pertinent Quæſtores, ſeu ærarii Præfecti, Reichs-Schatzmeiſter / Reichs-Pfenningmeiſter: Quorum creatio, ut paullò ante oſtendimus, ad Imperium de jure, non Imperatorem ſpectat.

Regimentum ab Imperio conſtitutum eſt.

Regimentum, quod ſuo tempore cum omnia publica ipſius diſpoſitioni ſubjacerent, ſummus in Imperio Magiſtratus appellari meritò potuit,ab Ordinibus Imperii conſtitutum fuit;nec Imperator initio plus, quam Præſidem, tractu temporis, duos Aſſeſſores creandi, jus habuit: De quo latior infra erit diſſerendi campus.

Camera eſt Judicium Imperii.

Si quoque ſupremum Cameræ Judicium huc referre lubet, illud maximam partem ab

(a) *tomo* 1. der Reichs-Satzungen. *p*.243.

ab Ordinibus dependere, adeoque Imperii magis, quam Imperatoris eſſe, ſuprà expoſuimus.

Conſilium vero illud aulico-Imperatorium, der Reichs Hoff-Raht/quod Leguleji Cameræ vulgo æquiparant, & Conſilium Imperatoris ſecretius, der Keyſerliche Geheime Raht/ quod Regimento, cum extrema avitæ Libertatis internecione, ſubſtituitur, nova ſunt, & illegitima, Auſtriacæ Domus, contra Imperii Leges ac jura, in perniciem Ordinum, communiſque Libertatis tendens, machinatio.

Conſilium aulicum & ſecretum Imperatoris non ſunt legitimus magiſtratus.

Tandem integrum Imperii Senatum quod attinet, fatemur ſanè, Imperatorem creare Principes ac Duces: Nec inde tamen infertur, eundem poſſe aliquem cooptare, inconſultis Principibus, in Principum Senatum.

In Senatum Imperii nemo, niſi Ordinum conſenſu, recipi poteſt.

Aliud enim eſt, vocari titulotenus Principem ſeu Ducem: Aliud, in Comitiis inter Principes jus habere ſedendi, ac ſuffragium ferendi. Nec, qui Principes Imperii nominantur, & titulo ac honore Principum gaudent, illicò Ordines Imperii ſunt, ac ſuffragio ſeſſioneque Principum in Comitiis potiuntur: Id quod ipſemet quoque Reinkingius (a) inficiari nequit.

Vt ergo quis, tanquam ſummi Magiſtratus pars, adminiſtrationem Imperii unà cum aliis Ordinibus in Comitiis capeſſat, & ad hunc effectum Imperii Princeps fiat, Imperatoris creatio non ſufficit, ſed requiritur aliorum Principum aſſenſus: Nec enim Cæſari in illis, quæ ſeſſionem, ac ſuffragia Principum concernunt, innovandi quippiam, aut mutandi, & inprimis ſuffragia multiplicandi ulla eſt poteſtas.

Vnde,

(a) *lib. 1. cl. 4. cap. 1. num. 34.*

Vnde tempore tractatuum Paſſavienſium Mauritius inter gravamina Imperii recenſuit, Daß in der Fürſten / vnd gemeiner Stände Rähten / in ſachen die Erb-lande belangende/ allerley practiquen ſollen gemacht werden/ vmb die meiſten ſtimmen zuerlangen/dadurch/ was man begehret/ zuerhalten / auch daß von den Erb-landen/ vnd temporal-Städten/ der angezogenen Biſthummen / leichte vnd vnterſchiedliche Perſonen vntergeſetzt werden/der ſtimmen deſto mehr nach gelegenheit zumachen. (*a*)

Quod ſi, pro lubitu, quoſcunque in ſubſellia Principum adſciſcere, aut admittere, Imperatori largiremur, poſſet is omnes fiduciarios ſuos, Clientes, ac jurata mancipia Principes Imperii facere, Senatui Principum obtrudere, ac, cum in Comitiis vota non ponderentur, ſed numerentur, (*b*) multitudine eorum votorum, reliquos Principes veluti obruere, aut certè eorundem auctoritatem labefactare; adeoque concludendi poteſtatem, per hos, qui ab ipſius ore toti dependent, obliquè ac per indirectum ad ſe trahere, cum directò id ipſi præciſum ſit.

Hinc etiam antiquitus, cum novi homines in Senatum Principum reciperentur, factum id aliorum Principum aſſenſu.

Sic Fridericus II. cum conſilio, aſſenſu & aſſiſtentia Principum, Civitatem Brunſvvicenſem, ac Caſtrum Lunenburgenſe univit, ac creavit inde Ducatum. (*c*)

Et Carolus IV. cum Anno 1363. Burggravium Norimbergenſem Principem Imperii crea-

(a) *Hortled tomo* 2. *de Bello German. lib.* 5. *c.* 13. *num.* 17. (b) *Reink. lib.* 1. *cl.* 5. *c.* 8. *n.* 61.
(c) Hiſtoriſche Braunſchweigiſche händel *parte* 1. *p.* 29.

crearet, fecit id, accedente Principum, Comitum, Baronum, & Procerum Sacri Imperii conſilio. *(a)*

Illud tamen concedimus, ſi quis de novo in Ordinum numerum (legitimè, ſcilicet, & Ordinum conſenſu) cooptatus, nec adhucdum in Comitiis locum, ſeu ſeſſionem conſecutus ſit, Cæſari incumbere, ut eidem de loco opportuno proſpiciat: citra Imperii, alteriuſve præjudicium. *(b)*

SECTIO II.

Dux Belli ab Imperio creatur.

ET hi quidem omnes togâ Patriæ præcipuè inſerviunt: Quod ſi Bellum geri oporteat, Imperatori facultas non eſt declarandi aliquem generalem Belli Ducem; ſed illud ipſum quoque fit, & fieri debet communi Ordinum ſuffragio.

Ita Albertus, Comes Palatinus Rheni, & utriuſque Bavariæ Dux, Anno 1500. generalis ac ſummus Belli Dux creatus eſt, Iſt von der verſamlung zu einem Haubtman des heiligen Reichs/ erwählet. *(c)*

Similiter Anno 1530 Hat ſich N. auff Unſer/auch der Chur-Fürſten/ Fürſten vñ Stände erſuchen / der Haubtmanſchafft vnternommen. *(d)*

Ab eoque dependet.

Iſque Dux ab Imperio, & Regimento (quod tunc temporis Imperium repræſentabat) dependet, ejuſque juſſu ſtare jubetur:

(a) *Goldaſt. tomo 1. conſt. Imp. p.371.* (b) *Receſſus Imp. de An.1570.* nach dem auch noch etliche. *Reink. lib.1. cl.4. c. 1. n.35.* (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1500. *tit.* des Reichs Haubtman betreffend. (d) *Receſſus Imperii de Anno* 1330. §. vnd damit ſolche eilende Hülff.

tur: (*a*) Vnde in juramenti, quod præſtat, formulâ continetur, Daß er ohn des Reichs Regenten beſcheid nichts fürnehmen wolle. (*b*)

Eidem reſignat. Et, quemadmodum communi Ordinum conſenſu conſtituitur; ita etiam, ſi reſignare velit, non Imperatori, ſed Regimento, & omnibus ad Regimentum deputatis Principibus, reſignare debet. Der Haubtman hat macht ſich der Haubtmanſchafft zuentladen: Doch alſo/ daß er ſolches/ wo er innerhalb des Reichs Teutſcher Nation, Uns / oder dem/ ſo an Unſer ſtat ſitzen wird / darzu den Chur-Fürſten/ Fürſten/vnd des Reichs verordneten Regiment/ ſo dann/ zumahl auff des Reichs erforderung / bey einander verſamlet wären/ auffſchreibe. (*c*)

Et ab eodem removetur. Idemque eſt, ſi, certis de cauſis dimittendus, ſit, Wann Wir/vnd die gemeldte Regenten/ ſolch aufſchreiben / oder abkünden / aus redlichen vnd beweglichen vrſachen thun wollen/ ſo ſollen Wir vnd die Regenten/die ſechs Chur-Fürſten / auch die zwölf Geiſtliche vnd Weltliche Fürſten/ des Reichs Regiments zu Uns erfordern / vnd alsdann mit Unſerm raht/ wiſſen vnd willen/ ſolche abkündung vnd aufſchreibung thun. (*d*)

Nihil enim tam naturale, quàm eo unumquodque modo diſſolvi, quo colligatum eſt. (*e*)

Id

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1500. *titul.* der Haubtman ſol ohne befehlich/ *&c.* & *titul.* wo der Haubtman allezeit ſeyn ſoll/ *&c. ibi* nach beſcheid des Reichs Regenten. (b) *ibid. tit.* des Haubtmans Eyd. (c) *Ibid. tit.* Wie der Haubtman vrlaub nehmen ſol. (d) *Ibid. d. tit.* (e) *l. 35. de Reg. Iuris.*

Id ſane diffiteri non poſſumus, conſtitutionem ſummi Ducis militaris, ab Ordinibus libera voluntate, Cæſari, ſub ceteris conditionibus, fuiſſe conceſſam; Vt Anno 1541, *(a)* Anno 1542, *(b)* & pluries deinceps factum. Cæſarem quoque ipſum, pro ſe, ac liberis ſuis, hoc officium, tanquam propriè Imperatorium impetraſſe ab Ordinibus. *(c)*

Sed id Ordinum juri præjudicare minimè poteſt: Nam ex eo forſan, Auſtriacos primam occaſionem, Ordinum jura, hac parte invadendi, ſumſiſſe, quis dixerit.

Vt autem de ſummo Exercitus Duce ſileamus, etiam Conſiliarii Bellici, certo numero ab Ordinibus & Imperatore ſimul, Vom Keyſer vnd der Verſamblung/ *(d)* Duci adjunguntur; quorum conſilio omnia gerat.

Imò, Anno 1542. cum conſtitutio ſummi Ducis, Imperatoris arbitrio committeretur, econtrà decem eidem Conſiliarii à decem Imperii Circulis, & ſolis Ordinibus deſignandi, illi adjuncti ſunt, Seynd dem Obriſten Haubtman zehen Kriegs-Rähte zugeordnet / welche auß den zehen Creyſſen des Reichs erwehlet / vnd geſchickt werden ſollen / alſo daß ein jeder Creys einen geſchickten / vnd der Kriege erfahrnen Mann / nach

 ſeinſ

(a) *Receſſus Imperii de eodem Anno*, § Vnd dieweil vns Chur-Fürſten. (b) *Receſſus Imperii de eodem Anno*, §. als nun aber. (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1557. § alßdann ferner eines. (d) *Receſſus Imperii de Anno* 1500 *tit.* Von ſechs Rähten *Receſſ. Imperii de Anno* 1530.§ denſelben Haubtman. *Receſſus Imperii de Anno* 1541. §. demſelben Obriſten.

ſein/des Creyſſes/gefallen/erkieſen/vnd ſchicken ſol/ vnd mag. (*a*)

& particulares Duces ab Imperio creantur.

Particulares quoque Exercitus Duces, quorum ductu ſingulorum Circulorum auxilia contra Turcam militant, ab iiſdem Circulis, conſtituuntur. (*b*)

Et hæc de illis, qui ſago Patriæ inſerviunt, dicta ſunto.

Duces quoque Circulorum ab Ordinibus eliguntur.

Vtroque, tam ſago, quàm toga militant, ſingulorum Circulorum Directores; qui olim, Vnter-Haubtleute in den Zircken / poſtea, Creys-Fürſten / & Creys-Obriſten appellati ſunt.

Horum conſtitutio & ipſa Ordinibus cujuſque Circuli competit: (*c*) Licet, ubi plures in electione ſunt, nec Ordines de eo inter ſe convenire poſſunt, ad Regimentum, eoque non exſiſtente, ad Cæſarem recurſus ſit. (*d*)

Ex his omnibus, quæ in medium hactenus allata ſunt, conſtat, Imperatorem in conſtitutione eorum Miniſtrorum, ſeu Officialium, qui res Imperii, domi, militiæque adminiſtrant, aut nihil, aut parum certè poſſe: Quo in puncto Rex Poloniæ, licet in aliis pleriſque etiam exiguâ valdè poteſtate polleat, Imperatore noſtro longè regalior eſt.

Etſi

(a) *Receſſus Imperii de eodem Anno* §. vnd dieſen Obriſten. (b) *d. Receſſus de Anno* 1530. §. damit aber dennoch *in fine.* (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1512. §. Vnd als hiebevor. *Declarat. Pacis publ. de An.* 1522. *tit.* Welcher geſtalt durch einen jeglichen Creys. *Receſſus Imperii de Anno* 1555. §. Vnd damit obgeſetzet. (d) *Receſſus de Anno* 1512. *d.* §. *de Declaratio Pacis Publicæ tit.* Wie ein Creys mit erwählung des Haubtmans.

Etſi enim in Poloniâ Magiſtratus Regni non niſi in Comitiis renunciantur; Palatinos tamen & Caſtellanos, & reliquum omnem Senatum Regni, Princeps legit: (a) Sique Rex in aliquo cæteris excellit, id potiſſimùm conſiſtit in conferendis, ſuo arbitrio omnibus his dignitatibus, officiis, ac gubernationibus. (b)

CAPUT XIV.

De jure cudenda & ordinanda moneta, Legatorum quoque mittendorum & audiendorum.

SECTIO I.

INter Majeſtatis Iura ſimiliter cenſetur, Ius cudendæ monetæ nomine proprio, ac cura ſeu inſpectio rei monetariæ. *Ius cudenda Moneta Majeſtatis.*

Quare Perennium Familiarem, à Commodo, pœna capitis affectum legimus, quod nummos publicos ſua imagine ſignaſſet: (c) Quod de Rege Perſarum Herodotus quoque refert; qui hanc ob cauſam Ariandrum, Ægypti Præfectum, ſecuri percuti juſſerit.

Hoc idem jus, à Ludovico XII. Galliæ Rege, tanti habitum eſt, ut, cum cætera Majeſtatis Iura Genuenſibus, à ſe devictis, concederet, unum hoc ſibi reſervârit, ac publicos nummos alterius, quàm ſua imagine, cudi vetuerit; quo, abſolutum in eos ſe Imperium habere, declararet. (d)

M 3 Apud

(a) *Cromerus in Polonia lib. 2. Guagnin. in deſcript. Polonia.* (b) *Horatius Spanochius de Interregno Polonia* (c) *Herodianus in Commodo.* (d) *Guicciard. l. 7. hiſtor. Bodin. l. 1. de Republ. c. 10.*

Apud nos omnium Ordinum eſt.

Apud nos verò Jus iſtud cudendæ monetæ, omnes Imperii Ordines, & multi etiam, Imperio immediatè non ſubjecti (ut, Vrbes quædam provinciales) vel antiquæ conceſſionis, vel longiſſimæ præſcriptionis titulo ſibi arrogant.

Nec dici poteſt, Cæſaris nomine id fieri, à quo jus hoc, tanquam ſpeciale quoddam privilegium, Ordines Imperii, & alii, qui in poſſeſſione ſunt cudendæ monetæ, die Müntz-Herren/ recognoſcant.

Qui id nec ab Imperatore ſolo habent,

Si enim primam hujus juris conceſſionem reſpiciamus, ea non à ſolo Imperatore fit, ſed Electorum conſenſus, ut infrà monebimus, neceſſariò adhibendus eſt: Vt in Poloniâ quoque Rex illud ſubdito concedere nequit.

Cum enim Sigiſmundus id beneficii ſpecie, Prutenorum Duci permiſiſſet, Senatus Populuſque, Jus illud Majeſtatis, à Rege ſubdito ac beneficiario tribui non potuiſſe, publico decreto ſanxit. (a)

Nec Imperatoris nomine exercent.

Quod ſi ipſum juris exercitium ſpectemus, in illo, ex Salvatoris noſtri præcepto, (b) icones & inſcriptiones præcipuè conſiderandæ veniunt: Vt ejus, cujus nomen & imaginem præ ſe fert, moneta, ac Regale hoc monetæ cudendæ, eſſe intelligatur.

Atqui olim, ſub Imperatore Sigiſmundo, proviſum eſt, (c) Daß die Müntz in allen Städten / an einem theil/ des Reichs zeichen haben ſol; an dem andern/ des Herrn/ oder der Stadt Zeichen. Regale ergo illud, ex præfata re-

(a) *Bodin. ibid* (b) *Matth. cap. 22. vers. 20.* (c) *in ſeculari reformatione de Anno 1436. c. 2?. apud Goldaſt.* der Reichs *conſtitution reformation,* ordnungen / vnd außſchreiben. *p. 199.*

regula, non Imperatoris, ſed Imperii, eo tempore judicatum fuit.

Hodie quoque (exceptis Civitatibus Imperialibus, quæ, cum immortales ſint, ac nunquam mutentur, ad circumſtantiam, ut opinor, temporis denotandam, Cæſaris nomen nummis ſuis præfigunt) reliqui Ordines Principaliores, ſeu Principes Imperii, nulla Imperatoris facta mentione, ſua imagine monetam ſignare ſolent: Vt experientia probat, ad quam hic meritò provocamus.

Hinc dicitur, Regale hoc Electorum ac Ordinum eſſe, der Chur-Fürſten / vnd anderer Stände. Gerechtigkeit / vnd Regalien der Müntz. (a)

Quinimo, cum Carolus V. ſua, non Principum effigie, monetam ſignari à Principibus, vellet, pro inſigni publicæ Libertatis gravamine id habitum ab Ordinibus fuit. (b)

Porro, tametſi, contrà Leges, nummi percutiendi poteſtatem Princeps cuiquam dederit; nummorum tamen, quos ipſi cuderint, vis ac poteſtas à Principe pendet. (c)

Cura quoque & ordinatio monetæ, Majeſtatis eſt; quæ olim Regimenti fuit.

Sed nec hæc Imperatori relicta eſt. Nam cura & inſpectio rei monetariæ, ſine controverſia, olim Regimenti erat: De quo inſignitè cautum, (d) Des Reichs Regiment hat vollnkommene macht / vnd gewalt / ordnung vnd ſatzung einer beſtändigen güldnen

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1524. § dergleichen hat. (b) *Alberti Marchionis reſcriptum apud Hortled. tomo* 2. *de Bello Germ. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 12. (c) *Bodin. d. lib.* 1. *cap.* 10. (d) *Receſſus Imperii de Anno* 1500. *tit.* von der Müntz wegen. *vers.* darauff dann Wir/ *& ſeq.*

vnd ſilbern müntz/ von feinem gold vnd ſilber/ ohn allen Zuſatz / durch das gantze Römiſche Reich fürzunehmen / zumachen / vnd zuſchlieſſen.

Hodie totius Imperii eſt.

Eadem poteſtas pluries illi tributa eſt. *(a)* Poſt Regimentum ſublatum, cura rei monetariæ ad Ordines revoluta eſt; quod tot Imperii Receſſus, in quibus de emendatione monetæ, irrito plerumque conatu actum, teſtantur: Ex quibus apparet, Imperatorem, vel circa munitiſſimam monetam, gantze vnd halbe batzen/ pfenning vnd heller / ſola Imperatoria autoritate, ſtatuendi, nullam habere poteſtatem. *(b)*

SECTIO II.

Ius Legatorum in particulari negotio habent Ordines perinde, ac Imperator.

Legatos mittere, ac miſſos audire, ultimo loco ad Jura Majeſtatis pertinet: *(c)* in quo ipſo nulla autoritate, præ Ordinibus Imperii, pollet Imperator.

Nam in particulari negotio, non Imperatori modo, ſed etiam cuilibet Ordinum Jura Legatorum competere, in propatulo eſt: Qui etiam in Comitiis, ubi de publica re agitur, Legatorum nomine indigitantur.

Hinc in Receſſibus Imperii mentio ſæpius fit,

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1524. §. dergleichen hat der Müntz & *Receſſ. de An.* 1526. §. als auch hiebevor. (b) *Receſſus Imperii de An.* 1524. §. *item* nach dem die Batzen. *Receſſus Imperii de An.* 1551. § nemlich als ſich bißhero *verſ.* daß auch neben. *Receſſ. Deputatorum de Anno* 1571. § vnd dieweil viel Lande. *Receſſus Imperii de Anno* 1576. §. derhalben auch beſchehen. *Receſſus Imperii de Anno* 1582. § nach dem auch albereit. (c) *Clapmar. lib.* 1. *c.* 18.

ſit, der abweſende Rähte / Botſchafften / vnd Geſandten. (a)

In re verò communi, & totum Imperium concernente, Legati, non niſi omnium Ordinum, & totius Imperii autoritate, mitti poſſunt, aut debent: Adeoque inſtructio, & fines mandati, intra quos continere ſe debent, à toto illis Imperio præſcribendi ſunt.

In publicare non ſolus Imperator, ſed Imperium id habet & olim Regimentum.

Olim, ſtante Regimento, eidem hæc poteſtas communicata quoque legitur. Ita, An. 1500. Legatis, ad Papam deſtinatis, injunctum eſt, zu handlen alles / nach laut einer inſtruction, ſo Vnſer verordnet Regiment / in vollkömlicher form / wol wird wiſſen nohtdürfftiglich zuſtellen (b).

Sublato ergo Regimento, eadem ad Ordines omnes reverſa, meritò cenſetur.

Licet autem Imperator ſolus ſibi aliquando arrogaverit hoc: Velut, Anno 1570. Legato, in Moſcoviam deſtinato, mandatum fuit, Die Legation, laut einer ſondern inſtruction, bey der Reichs Hof-Cantzley zuverfaſſen / zuverrichten. (c) Attamen hoc, eo tempore, Ordinum forſan permiſſu, in re non adeò arduâ, factum fuerit.

Nam, ſequentibus annis, cum Legatio, ad componendas in Belgio turbas, decerneretur, inſtructio, non à ſolo Imperatore, ſed ſimul à Deputatis ad id, ex Ordinum numero, vi mandati, à toto Imperio ſuſcepti,

M 5 con-

(a) *Receſſ. Imperii de Anno* 1500. *titul.* wie man mit etlichen Ständen des Reichs / *&c.* *Receſſus Imperii de Anno* 1555 §. damit aber. & § wiewol Wir nun. & §. in ſolcher. *Reinking. lib. 1. cl. 5 cap. 6. n. 50.* (b) *d. Receſſ de Anno* 1500 *titul.* wie man mit dem Pabſt handlen ſol (c) *Receſſ Imper. de eodem Anno* §. vnd dieweil *in fine.*

concipi debuit: Ita enim ſcribitur, *(a)* Wir ſeynd urbietig / mit den zugezogenen Chur-Fürſten/ Fürſten vñ Ständen/ krafft gemeiner Reichs-verſamlung aufgetragenen gewalts/ fürderlich zur berahtſchlagung zu greiffen/ wie vnd warauf die inſtructiones der Pacification, vnd Friedens-tractation zurichten.

Ius audiendi Legatos totius Imperii eſt.

Eademque inſtructio cum de novo corrigenda, & ſub limam revocanda eſſet, non ex ſolius Imperatoris, ſed Deputatorum quoque arbitrio, id faciendum fuit,. Die verglichene inſtructionen/ wie auch credentialen/ vnd andere hiebevor/ dieſer Legation halben gemachte præparatoria, ſtehen/ wiederumb zuerſehen/ vnd/ mit gutachten der Deputirten / gäntzlich abzureden / vnd ſchlieslich zuvergleichen. *(b)*

Velut autem nullos, de re communi, Legatos Imperator ſolus mittere poteſt: Ita nec miſſos, privatim ſolus audire debet; ſed in publicis Imperii Conventibus. Quâ in re Regimenti quoque inſignis fuit autoritas.; de quo legitur, *(c)* Daß die Könige von Hungern vnd Poland / durch das Regiment beſchrieben/ vnd erfordert werden ſollen/ Ihre Botſchaft gegen Nürnberg zu gemeldtem Reichs-regiment zuſchicken: Die alßdann jhre Botſchaft/ bericht / vnd anſchläge hören / vnd mit jhnen weiter handlen/ rahtſchlagen/ vnd beſchlieſſen ſollen.

Concluſio.

Atque hæc, quæ hucuſque recenſuimus, potiſſima Majeſtatis Iura eſſe, nemo ſanæ mentis diffitebitur: Quæ, omnia, ac ſingula, Imperium.

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1595. §. dieweil dann vorangezeigt. (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1603. §. nicht deſto weniger doch. (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1500. *titul* wie man mit den Königen zu Hungern vnd Poland/ 2c.

rium, ſeu Ordines Imperii tanquam unum aliquod corpus conſiderati, ſibi adminiſtranda reſervârunt.

Utut autem in his omnibus Imperator cum Ordinibus concurrat, imo pleraque Imperatoris, tanquam Directoris, & præcipui Principis, nomine peragantur; non tamen idcirco illa Imperatori, ſed Ordinibus potius aſſignanda ſunt. Propter jus ac vim Comitiorum, quæ ſuperius latè deduximus.

Imperator enim Princeps Comitiorum, ac velut Caput eſt Optimatum, quod eos in unum corpus & Rempubl. colligit eandem: Non tamen in eo Imperii Majeſtas, ſed in Optimatum conſenſu ineſt. (a)

Quinimò Ordinum potiores, in his omnibus, partes eſſe eorumque potius conſenſum, quàm Cæſaris voluntatem attendi, ex eo manifeſtò conſtat: Quod ipſorum conſenſus ſemper ac præcisè neceſſarius ſit; Cæſaris non item.

Cæſar enim, abſentibus & diſſentientibus Ordinibus, nihil effectum dare poteſt: Ordines vero, ſi evidens Reipubl. utilitas id ſuadeat, etiam abſque Cæſaris conſenſu, imo contra Cæſaris voluntatem, decernere poſſunt.

CAPUT XV.

De his, quæ, excluſo reliquorum Ordinum Senatu, à Cæſare & Electoribus ſimul, aut a ſolis Electoribus expediuntur.

SECTIO I.

SEquitur nunc, ut de iis agamus, quæ aut Electoribus peculiaria ſunt, aut Electoribus

(a) *Bodin. lib. 2. de Republ. cap. 6.*

bus & Imperatori communia: Hoc eſt, quorum expeditio, aut ſolis Electoribus competit, aut in quibus Imperator, tanquam Director, & ſummus Princeps, cum ſolis Electoribus concurrit; excluſo reliquorum Ordinum Senatu.

I. Electio Imperatoris, Septemvirorum eſt.

Inter priora iſta primum merito locum obtinet Imperatoris electio: Ea enim, cum omnium olim Principum eſſet, hodie ad ſolos Septemviros fine dubio pertinet.

De origine autem Electorum variæ variorum ſententiæ ſunt: Quas hic jam percernere, noſtri inſtituti non eſt. Credimus tamen firmiter, eorum initium nulli certæ Legi, aut expreſſæ Conſtitutioni, ſed tacitæ conſuetudini adſcribendum: Quæ, conniventibus aliis Imperii Principibus, ſenſim introducta, & deinde, boni publici cauſa, ſub Carolo IV. omnium Procerum conſenſu accedente, expreſſa ſanctione confirmata ſit. (a)

Sed Imperii totius, ratione & reſpectu.

Electio ergo iſta licet à ſolis Septemviris peragatur, à toto tamen Imperio, & omnibus Ordinibus, ut Elector Moguntinus oratione, in renunciatione Caroli V. habita, teſtatur, (b) qui illis tantæ rei curam ſolis commiſerunt, originem trahit; nomine Imperii fit; iſtique Electores, in hoc electionis actu totum Imperium repræſentant. Nec aliter habenda eſt, ac ſi à tota univerſitate Principum, & Populi, à quibus in ipſos ea poteſtas tranſlata eſt, facta eſſet: (c) Adeoque, ut rectè riteque fiat, totius Impe-

(a) *Aurea Bulla. per tot. Limneus lib. 3. de Iure Puplico cap. 1. n 7.* (b) *cujus verba ex Philippo Melanchthone refert Paurmeiſt. lib. 2. de Iuriſdictione cap. 2. n. 102. edit. poſter.* (c) *arg. lib. 6. §. 1. Quod cujuſque univerſ. nom. Paurmeiſt. d. lib. num. 103.*

Imperii, omniumque Ordinum non parum intereſt.

Rectè namque Fridericus, Elector Palatinus, ad Electorem Saxoniæ ſcripſit, *(a)* Ob wol die election, an- und vor ſich ſelbſt / bey den Chur-Fürſten allein ſtehe / ſeynd dennoch die übrigen Stände des Reichs darbey / wann die freye wahl gleichſam coarctiret / oder wol gar / zum höchſten præjudiz des Reichs / und derſelben Stände libertet, vernichtet werden ſolte / nicht weniger intereſſiret.

Et ad Archi-Epiſcopatus Magdeburgenſis adminiſtratorem, *(b)* Die wahl ſtehe zwar allein des Reichs Chur-Fürſten zu: es erfordere aber ihr Amt / bey der wahl auch des Reiches / und aller derſelben Stände libertet, Wolfahrt / und gedeylıches aufnehmen in gebürende obacht zu nehmen.

Pertinet huc II. Capitulationis Imperatori præſcribendæ facultas: Quam Electores ſub Electionis prætextu, tractu temporis ſibi arrogârunt. *II. Capitulationis præſcribendæ facultatem Electores ſibi arrogarunt, contra Imperii jura.*

Sed cum Capitulatio hæc inter Leges Imperii fundamentales merito recenſeatur, imo cæteras Leges fundamentales omnes, & ipſum Imperii ſtatum, ambitu ſuo complectatur; hoc ipſo, Legis, & quidem fundamentalis, condendæ poteſtatem, Electores ſibi ſolis ſumſiſſent, ac Comitiorum, Imperiique Iura penitùs infringere, quis non videt? Et, cum hac Capitulatione, Imperatoris poteſtas, & arctiùs conſtringi, & laxius ampliari poſſit, ut vel ampliſſima, vel modica, vel nulla ſit; totius Imperii ſummam, per con-

(a) *de dato* Heilbrun 10. *Iul. Anno* 1619. *apud Lundorp. tomo 2. actor. publ. lib. 2. tract. 5. p.* 607. (b) *de dato* Heilbrun 16. *Iul. An. eod.*

conſequens, ad Electores rediiſſe apparet.

Capitulationes ergo iſtæ, in quibus totius Reipubl. ſalus, & omnium Legum integritas vertitur, non, niſi in Comitiis, concipi debuerunt: Nec Electoribus ſolis, formandi & reformandi illas facultas, ullo modo concedenda fuit.

Quod autem id factum eſt, reliquorum Ordinum inertiâ & negligentiâ factum, meritò conquerimur.

Non tamen latet nos, Principes quoſdam prudentiores, poſt mortem Rudolphi hoc olfeciſſe: Quando quæſtio iſta à quibuſdam mota ſcribitur, (a) Ob die Chur-Fürſten bemächtiget/ inconſultis reliquis Imperii Statibus Cæſari eine newe Capitulation vorzuſchreiben/ weil die alte compactata, cum conſilio Statuum, aufgerichtet? Und hat man apud iſtos davor gehalten/ daß *Electores, in tractandis Imperii negotiis*, etwas zu weit lauffen/ und ihre *facultet*, die allein auff die *election reſtringiret*/ viel zu weit *extendiren* wollen.

Et hic quidem cupidè iſtum amplectimur, quod Cæſariani, contra Electorum, ipſas Imperii conſtitutiones, pro lubitu, per Capitulationem ſuam reformantium, conatus alicubi, ſed alio longè fine, adſtruunt ac inſerunt. (b) Conſtitutiones Imperii de Pace publica, & alia jura, in iis approbata, per talem Capitulationem mutari non poſſe. Pax enim publica, ſecundum hodiernam Imperii Rempubl. conſtitui & mutari debet in Comitiis, ſeu Conventibus Imperii Generalibus: de placito & conſenſu Imperatoris inprimis, & poſteà omnium quoque Imperii Statuum. Et ſic non ſufficit,

(a) *apud Lundorp. tomo 2. actor. publ. lib. 3. tract. 2. pag. 639.* (b) *Autor juſtitiæ Cæſareæ Imperialis propoſ. 11.*

ficit, ex parte Statuum, Conventus Electorum: Sed reliquorum etiam æquè principaliter intereſt; & omnes, quoad hoc, æquale jus habent. *Fieret* igitur *præjudicium aliorum abſentium juri, & tantopere decantatæ Libertati Germanicæ*, quæ in hac Reipubl. formâ potiſſimum conſiſtit: Atque illi merito hac de re proteſtarentur.

III. Nonnulli huc referre videntur Imperatoris exauctorationem: Ut eorundem, quorum eſt conſtituere ſeu eligere, etiam removere ſit Imperatorem. *III. Exauctoratio Imperatoris omnium Ordinum, non Electorum tantum eſt.*

Sed veriùs eſt, eam ad totius Imperii, & reliquorum quoque Ordinum pertinere notionem: Nec adeo abſurdè Baldus ſcripſit; (a) Electoribus tantum eligendi, non deponendi poteſtatem eſſe datam.

Ius enim eligendi, à toto Imperio, ac omnibus Ordinibus, juri ſuo renunciantibus, ſeu cedentibus, ad tumultus evitandos, in Electores collatum, ideoq; ſtrictiſſimè interpretandum; nec ad exauctorationem, ex uno caſu ad alium, extendendum eſt: Cum omnis renunciatio odioſa ſit, & ſtrictam, non extenſivam, recipiat interpretationem; ſecundum ea, quæ vulgo Legiſtæ tradunt.

Hinc Imperatoris Wenceſlai exauctoratio, nomine quidem Electorum, non à ſolis tamen Electoribus, ſed poſt multos varioſque tractatus, conſultationeſque, tum inter Electores, tum etiam cum aliis Principibus, & Optimatibus Sacri Imperii, ſerio habitas, præſentibus multis Principibus ac Dominis, & ad ſupraſcripta vocatis atque rogatis, facta eſſe legitur. (b)

SE-

(a) *in l. Barbarius de Offic. Præf.* (b) *In ſententia exauctorationis* §. 7. *apud Goldaſt. tomo* I. *conſtit. Imper.* p. 380.

SECTIO II.

Ius Fœderum & belli Electores ſibi ſolu arrogârunt.

INter poſteriora Iura, quæ Electoribus cum Imperatore ſeorſim, excluſis reliquis Ordinibus, aut commiſſa ſunt, aut illi ſibimetipſi, per Capitulationis medium arrogârunt, I. recenſemus, Fœderum faciendorum, & Belli decernendi jus.

Nam in Capitulatione Cæſaris articulos, qui hoc Majeſtatis Ius ſpecialiter concernunt, ad ſuæ poteſtatis incrementum, ſequenti modo formârunt Electores, (a) Jhre Keyſerl. Mayt. ſolle vnd wolle / für ſich ſelbſt / als erwählter Römiſcher König / in des Reichs händlen keine Bündnüs oder Einigung machen / ſie hätte dann zuvor die ſechs Chur-Fürſten deshalben / an gelegene Mahlſtat zu ziemlicher zeit / erfordert / vnd jhren willen ſämtlich / oder des mehrentheils aus jhnen erlangt. Solle vnd wolle auch kein gezänck / fehde / noch Krieg / inn oder auſſerhalb des Reiches / von deſſelben wegen anfahen / oder vnternehmen noch einig frembdes Kriegsvolck ins Reich führen / ohne vorwiſſen / rath vnd bewilligung der Reichs-ſtände / zum wenigſten der ſechs Chur-Fürſten.

Et in hoc paſſu Electores, cum ſibi uſurparent poteſtatem, formandi ac reformandi Capitulationes Cæſareas, reliquis Ordinibus, per inſcitiam, ſeu ſocordiam, non advertentibus, Ius hoc Majeſtatis, quod maximi momenti eſt, derogare, ſibique arrogare voluiſſe videntur. Id quod verba iſta, ohne vorwiſſen / rath vñ bewilligung der Reichs-Stände / zum wenigſten / der ſechs Chur-Fürſten / non ob-

(a) *Ferdinandi II. Capitulatio* § Jhr. Mayt. ſolten vnd wolten auch für ſich ſelbſt. & §. es ſolten vnd wolten Jhre Majeſtät-

obſcurè innuunt: Quibus Electores confitentur quidem, ad Bellum indicendum, de jure antiquo omnem Ordinum conſenſum eſſe neceſſarium; & nihilominus, dummodo ſoli Electores de eo conſulti fuerint, ſatis eſſe contendunt.

Vt ita ipſimet Electores, cum falcem ſuam in communem Imperii meſſem miſerint, non injuriâ, nec minus, quàm Imperator, malè adminiſtratæ rei, & ſuppreſſæ publicæ Libertatis, à reliquis Ordinibus inſimulari ac incurſari poſſint.

Idemque juris, II. in magnum aliorum Ordinum, & totius Imperii præjudicium, circa Collectarum, ſeu Tributorum indictionem, Imperio Electores præceptum, ſibique aſſertum iſſe, videntur. *& tributorum, ut videtur, indictionem.*

Cautum enim eſt eâdem Capitulatione, (a) Ihr. Mayt. ſolle / vnd wolle auch in zugelaſſenen fällen / Die Steur / Auflage / &c. ohne wiſſen vnd willen der ſechs Chur-Fürſten nicht anſetzen / noch ausſchreiben.

Si ergo à contrario ſenſu argumentemur, cum eorundem Electorum, conſenſu Collectam rectè imponet Imperator: Et iſta, quæ, de univerſorum Ordinum decreto ad id requiſito, ſuperius diſſeruimus, ad Electorale Collegium, hac Capitulationis diſpoſitione, reſtricta, videri alicui poſſent.

III. Quod Electores cum Imperatore peculiariter ſibi vindicant, eſt conceſſio monetæ cudendæ. *conceſſionem quoque monetæ cudendæ.*

Quamvis enim Regale monetæ cudendæ aliis Ordinibus non minus, ac Electoribus, cum Imperatore, commune ſit, & diſpoſitio circa rem monetariam, non niſi in Conventu totius Imperiii, inſtitui debeat; ex quo ſequi,

(a) Desgleichen ſie die Chur-Fürſten.

qui videtur, cum omnium Ordinum interſit, etiam omnium conſenſum, in facultate cudendæ monetæ concedenda, explorandum eſſe. Quamvis item in veteribus Imperii conſtitutionibus, toti Imperio hoc Regale adſcribatur; ut in Reformatione Friderici II. Imperatoris, de Anno 1226. (a) cujus verba ſunt, Alle die Müntz / die ſeit unſers Vaters todt / Keyſer Hainrichs gemacht ſind / die ſollen gare abe ſyn / er bezeüge dan von dem Riche / der ſy da hatt / daß er ſie zu recht haben ſolle: Attamen Electores hoc quoque jus ſibi quaſi appropriârunt, ac in Cæſarea Capitulatione, reliquis Ordinibus excluſis, caverunt (b) Keyſerliche Majeſtät ſolle / ohn vorwiſſen der ſechs Chur-Fürſten / niemands / wes Stands / oder Weſens er ſey / mit Müntzfreyheiten begaben / oder begnädigen / ſondern die jenige / welche daſſelbe regal, nicht mit der Chur-Fürſten bewilligung erhalten / deſſen gantz priviren / und / ohne vorwiſſen der Chur-Fürſten / dartzu nicht reſtituiren.

Vtcunque autem erga Imperium hic Electores ſeſe geſſerint, reſpectu Imperatoris, nihilominus certo conſtat, quàm falſo hic Regale iſtud ſibi ſoli adſcribat, & tanquam de beneficio aliquo, quod à ſe ſolo proficiſcitur, glorietur; quando ait, (c) Unſer Keyſerlich Regal, ſo die Müntz-Stände / aus Unſerm ſondern vertrawen / ꝛc. brauchen ſollen. Nam Imperator, in beneficio hoc conferendo nihil amplius ad ſummum poteſt, quàm ſinguli Electorum.

IV. Ha-

(a) *c.14. apud Goldaſt.* der Reichs *conſtitution. reformation*, ordnungen und ausſchreiben *p.* 82. (b) Ihre Mayt. ſollen und wollen auch hinfüro. (c) *Receſſus Imperii de Anno* 1570. §. alſdan auch die Müntzgerechtigkeit.

IV. Hujus ordinis, eſt vectigalium conceſſio, vel inſtitutio, quæ, licet non omnium Ordinum, certè Electorum conſenſum, & ipſa hodiè neceſſario poſtulat, Jhre Mayt. kan vnd mag keinen Zoll von newen aufrichten/ oder erhöhen/ ohn beſondern raht/wiſſen/ willen/ vnd zulaſſen der ſechs Chur-Fürſten / (a) auch können ſolche Zoll-Regalia, vnd privilegia, allein von Römiſchen Keyſern/vnd Königen/ mit bewilligung der ſechs Chur-Fürſten / im Reich ertheilet/ vnd gegeben werden. (b)

Vectigalium tandem inſtitutionem.

Quare incaſſum ii laborant, qui ſolum Imperatorem nova vectigalia erigere, vel aliis per modum privilegii, erigendi vectigalia licentiam concedere, noſtroque adhuc tempore, vectigalia ad jura Imperatoris pertinere, ſtatuunt. (c)

Certè vetuſtiores Imperii Conſtitutiones Imperio hoc aſſignabant: Ita enim indictâ Friderici II. reformatione ſcribitur. (d) Wir ſetzen vnd gebieten / daß alle die Zolle / die ſieder vnſers Vaters todt/ Keyſer Hainrich aufgeſetzt/ auff Waſſer/ vnd auff Land/ von Weme ſie geſetzt ſind / daß ſie gare abſyn: Es ſy dan / der yne beweren möge von dem Riche/ als er von recht ſolle.

Et quicquid recentiores Imperii Receſſus alicubi jactitent, (e) conceſſio hæc de Imperatoris reſervatis, in rei veritate, non eſt: quia Electores in illâ cum Imperatore concurrunt. Quare eodem ipſo loco, (f) non Cæſaris tantum, ſed Electorum quo-

(a) *d. Capit.* §. J. Mayt. ſollen vnd wollen auch inſonderheit. (b) §. Vnd wäre es ſache/ daß in ſolchem. (c) *inter alios Reink. l. 1. cl. 5. c. 6. n. 125.* (d) *c. 10. ap. Goldaſt. d. loco.* (e) *Receſſus Imperii de Anno* 1576. §. dardurch dan nicht. (f) *d.* §. & §. *ſeq.*

quoque reputatio in vectigalium erectione, verſari dicitur.

Tantum autem abeſt, ut liberam hac in re, diſpoſitionem Imperator habeat, ut nuda potiùs propoſitio ipſi relicta ſit, &, ne quidem unius, ſeu poſtremi voti jus competat: Per quod, ſciſsâ in æquales partes Electorum voluntate, alteri parti, ſuâ acceſſione, aliquod poſſit addere momentum, ac rem per majora decidere.

Imperator in hiſce ne unum quidem Suffragium habet.

Tenetur enim Imperator (id quod apprimè notandum eſt) hæc, quæ ipſi, & Electoribus communia ſunt, cum plurium Electorum conſenſu peragere, muß der Chur-Fürſten willen ſämtlich/ oder des mehrentheils aus jhnen erlangen. (*a*) Non itaque ſufficit, ſi trium Electorum ſuffragiis, ipſe, tanquam quartus, adſtipuletur.

Idque, propter verba iſta, wie vor vnd oft gemeldt/ (*b*) quæ ad ſuperiorem paragraphum ſe referunt, etiam in præſenti noſtro caſu, ubi de vectigalium conceſſione agitur, indubiè obtinet.

V. Quod hodiè huc pertinet, eſt Comitiorum indictio, ausſchreiben der Reichstage.

Comitia olim ordinaria & annua erant.

Quam rem ut paulò altius repetamus, ſciendum eſt: Comitia olim fuiſſe ordinaria & annua, ſemperque in antecedentibus, certum locum ac tempus, proximè celebrandis Comitiis, communi Ordinum conſenſu, præſtitutum, haben ſich betragen / Tag vnd Mahlſtad/des nechſt zukünfftigen jährlichen zuſammenkommens. (*c*)

Quod

(a) *d. Capitul.* §. Jhre Majeſtät ſollen vnd wollen auch für ſich ſelbſt. (b) *d.* §. Jhre Majeſtät ſollen vnd wollen auch inſonderheit. (c) *Confirmatio Pacis publicæ de Anno* 1495. *in fine princ.*

Quod ſi, extra ordinem, Ordinum Conventu opus erat, non modò Imperatori, ſed etiam Iudici Cameræ Imperialis, facultas convocandi Ordines, data eſt, So der handel mit überzug/oder ſonſt dermaßen geſtalt ſeyn würde / daß der jährlichen Verſamblung / aus nohtdurfft / nicht zu erwarten wäre / iſt dem Cammer-Richter macht gegeben geweſen/ den Keyſer/ vnd die Chur-Fürſten/ Fürſten / vnd Stände des Reichs/ fürderlichen/an gelegene Mahlſtadt/ zubeſchreiben (*a*) *Extraordinaria indicebantur etiam à Iudice Camerali,*

Quæ poteſtas ad Regimentum, illo paulò poſt inſtituto, tranſiiſſe videtur, (*b*) *& poſt regimento, hodie ab Imperatore atque Electoribus.*

Ordinariis deinde iſtis Comitiis ſublatis, & Regimento quoque exſpirante, jus indicendorum Comitiorum, ad Cæſarem & Electores devolutum apparet: Et Cæſar quidem, ſuo nomine ea indicit; ſed ea indictio Electorum conſenſu fieri debet, mit zeitigem vorgehenden Raht/ wiſſen/ gutachten/ bewilligung der Chur-Fürſten/ Geiſtlicher vnd Weltlicher.(*c*)

Quare cum, Anno 1555. Electorum quorundam Legati defectum mandati obtenderent, Wie etliche der Chur-Fürſten verordnete Rähte/in einen künfftigen Reichs-tag/mit beſtimung gewiſſer zeit vñ mahlſtat/ nicht abge-

fer-

(a) *Pax publica de An.* 1495. *tit.* Von der überfahrer des Friedens enthaltung. (b) *Ordinatio Regiminis de An.* 1500. *tit.* Das Regiment mag die ſechs Chur-Fürſten/. *&c.* (c) *Receſſus de An.* 1541. § darzu haben wir. *Receſſus An.* 1575. §. weil wir aber Chur-Fürſten. *Receſſus de An.* 1576. § als haben wir mit rath. *Receſſus de An.* 1582. §. derhalben zu nohtwendiger. *Receſſus de Anno* 1598. §. als aber darzwiſſchen. *Ferdinandi II. Capitulatio.* §. dergleichen ſie die Chur-Fürſten.

fertiget / vnd derohalben / auß mangel jhres gewalts/ darin nicht willigen können: Imperator, per Legatos, ſpecialiter ad hoc miſſos, abſentium Electorum voluntatem ſe exploraſſe, teſtatus eſt, Habe / von wegen haltung eines Reichstags zu dem Chur-Fürſten ſeine eigne Geſandten abgefertiget/ vnd auff derſelben beſchehene werbung / von demſelbigen ſo viel vermerckt/ vnd in antwort empfangen/ daß er ſich nicht verſehen / daß jhrer einer jhme / die beſtimmung vnd anſetzung gewiſſer zeit vnd mahlſtat/ zu ſolchem Reichstage/ zu wider ſeyn laſſen werde. (a)

Et ſtylus Curiæ hic eſt, ut antequam diem futurorum Comitiorum edicat Imperator, Electores ſingulos, per literas, de eo conſulat, (b) hique ſub autographo ſuo, ac ſigillo conſenſum ſuum præbeant.

Vnde Epiſtolæ Cæſareæ, quibus ordines ad Comitia vocantur, in hunc tenorem conceptæ leguntur, (c) Haben zu anſtellung ſolches allgemeinen Reichstags / dem Herkommen nach/ des heiligen Reichs Chur-Fürſten conſen vnd einwilligung begehret/ ſo Vns Jhre L L L. L. L. L. L. ſamentlich vnd einhelliglich überſchicket.

Ita noviſſima Comitia, Anno 1613. adhuc prævio Electorum conſenſu, eſſe indicta, Imperator ipſemet teſtatur, (d) Er habe ſich/ wegen haltung einer allgemeinen Reichs-verſamlung / noch zu Franckfurt / alßbald nach fürgegangener Wahl vnd Crönung/ mit den daſelbſt angeweſenen Chur-Fürſten/ wie auch dem

(a) d. *Receſſ. de Anno* 1555. §. vnd wiewol etlicher. (b) *Taurmeiſt l.* 2. *de juriſd. c.* 2. *n.* 19. (c) *Indictio Comitiorum Anno* 1597. *de dato* Prag. 23. *Aug. Anno eod.* (d) *in propoſitione* 3. 13. *Aug. An. eod. habitâ.*

dem Adminiſtratore der Chur-Pfaltz / vnd dem Chur-Fürſtlichen Brandenburgiſchen Abgeſandten/verglichen/vnd dieſelbe hernach/ auff vorgangene abſend-vnd erſuchung / auch darüber allerſeits erfolgte beliebung in der Stadt Regenſpurg/ ꝛc. außſchreiben laſen.

Electores ergo in hac indictione Comitiorum, cum Imperatore concurrunt: Imo Electores in illâ longè plus autoritatis ſibi vindicant, quàm Imperator.

Huic enim aliud nihil relictum eſt, quam ut cauſas, quare Comitia indicenda putet, Electoribus intimet, eos conſulat, eorum ſententiam exquirat, ac placitum ſequatur.

Imperator contra voluntatem Electorum Comitia indicere nequit.

Itaque, ſi Electores, univerſalem Ordinum Conventum haberi, è neceſſitate aut utilitate Imperii haud eſſe putaverint, Cæſar, contra eorum voluntatem, nihil attentare; nec Conventibus, non neceſſariis, Electores a Ordines onerare poteſt, Soll die Chur-Fürſten / vnd andere Reichs-Stände mit den Reichs-tägen vnnohtdürftiglich / vnd ohne redliche tapffere Vrſachen nicht beladen noch beſchweren. (*a*)

Sed, ſi Electores velint, ea indicere tenetur.

E contrario, ſi Electores certis de cauſis Comitia indici, è re Imperii eſſe judicent, etiamſi Imperatoris voluntas ſit in contrarium; is tamen Electorum judicium ſequi, eaque indicere, ratione officii ſui, tenebitur.

Ad quod induci poteſt textus è Receſſibus Imperii de Anno 1555. (*b*) ubi ſcribitur, Daß Keyſerliche Maieſtät / da es auff anzeig vnd gutachten der Chur-Fürſten/ die nohtdurft erfordern ſolt/ ohn allen Verzug / eine gemeine Reichs-Verſamlung habe fürzunehmen vnd auszuſchreiben.

Ubi,

(a) *Ferdinandi Capitulatio* §. desgleichen ſie die Chur-Fürſten. (b) § vnd ſo abermals *in fine*.

Ubi, primùm, poſtrema iſta verba obſervanda, **habe fürzunähmen vnd auszuſchreiben/** quæ, vi Germanici idiomatis, imperativa ſunt, & liberum arbitrium faciendi, vel non faciendi, Imperatori adimunt.

Deinde notanda iſta verba, **ohn allen Verzug/** quæ id important, quod Imperator, ad Electorum beneplacitum, ſtatim indicere Comitia debeat, nec moras nectere, aut tergiverſari illi liceat.

Aut ipſi Electores, ex officio, convocare poſſunt.

Imo, ſi Imperator refragetur Electoribus, aut officio ſuo deſit, & negligens ſit, ipſorum Electorum eſſe credimus, providere; ne quid Reſpublica detrimenti capiat, ac univerſalem indicere Ordinum Conventum.

Idque, exemplo Regimenti, quod olim poteſtatem habuit, in rebus majoris momenti, non omnes modo Electores, & duodecim ad Regimentum deputatos Principes, ſed alios quoquo Imperii Ordines, quotquot neceſſitas requireret, convocandi, **nicht allein die ſechs Chur-Fürſten/auch die zwölf geiſtliche vnd weltliche Fürſten / ſondern / ob es die gröſſe der ſache erfordert / auch andere / des Reichs-Fürſten vnd Stände / zu jhnen zu beruffen;** (*a*) & ita, per conſequens, univerſalia Comitia indicendi.

Sive autem veniſſet Imperator vocatus, ſive non veniſſet, Regimentum & convocati Principes, concludere ac decernere potuerunt, (*b*) **Wir komen/ oder nicht/ ſol nicht deſto minder fortgangen werden/ vnd dem / ſo durch den mehrentheil beſchloſſen wird / folge beſchehen.**

V I. Ali-

(a) *Ordinatio Regimenti de Anno* 1500. *tit.* **das Regiment mag die ſechs Chur-Fürſten.**&c. *in fine.* (b) *d. Ordinatio Regimenti d. tit. verſ.* **vnd wir kommen.**

VI. Alienationem Redituum Imperii, modo cum conſenſu Electorum factæ ſint, & fiant, in Capitulatione approbari, non ſine ſtupore, ac dolore animadvertimus, Nach dem das Heilige Römiſche Reich faſt vnd höchlich in abnehmen vnd ringerung komen/ ſo ſolten vnd wolten Ihre Majeſteyt neben andern die Reichs ſteur vnd gefäll / ſo in ſonderer Perſonen handen gewachſen / vnd verſchrieben/ widerum zum Reich zihen/ &c. vnd nicht geſtatten/ daß ſolches dem Reich vnd gemeinen Nutz / wider alle recht vnd billigkeit entzogen werde / Es wäre dann/ daß ſolches mit rechtmäſſiger bewilligung der ſechs Chur-Fürſten beſchehen wäre. (*a*)

Alienationem redituum Imperii Electores ſibi arrogarunt,

Et, aut fallor, aut proprio ſuo commodo hic indulſerunt Electores, ac, ne profuſiſſimæ iſtæ, à Carolo IV. quo filio ſuo Wenceſlao ſuffragia Electorum nundinatus eſt, factæ largitiones, revocari poſſent, ſibi, ſuiſque Succeſſoribus proſpexerunt.

Denique VII. & ultimo, generalis iſta clauſula, Keyſerliche Majeſtät ſölle/ vnd wolle/ in wichtigen ſachen/ ſo das Reich betreffen / bald anfangs/ der Chur-Fürſten rahts vnd bedenkens ſich gebrauchen / (*b*) quicquid alicujus momenti eſt, ad Electorum Collegium trahit. Quâ, noſtro tempore, iidem Electores frequentiſſimè, & ad nauſeam uſque uſi ſunt: Cum de univerſorum Ordinum, ſeu totius Imperii jure ac Libertate, altum, ſemper & ubivis, apud illos fuerit ſilentium.

& omnia, quæ alicujus momenti ſunt.

N CAPUT

(*a*) *Capitulatio Ferdinandi II.* §. vnd nach dem das heilige Römiſche Reich. (*b*) *d. Capitulatio.* §. Ihr Majeſt. ſolten vnd wolten auch des heiligen Reichs, *vers.* in wichtigen.

Ubi, primùm, poſtrema iſta verba obſervanda, **habe fürzunähmen vnd auszuſchreiben/** quæ, vi Germanici idiomatis, imperativa ſunt, & liberum arbitrium faciendi, vel non faciendi, Imperatori adimunt.

Deinde notanda iſta verba, **ohn allen Verzug/** quæ id important, quod Imperator, ad Electorum beneplacitum, ſtatim indicere Comitia debeat, nec moras nectere, aut tergiverſari illi liceat.

Aut ipſi Electores, ex officio, convocare poſſunt.

Imo, ſi Imperator refragetur Electoribus, aut officio ſuo deſit, & negligens ſit, ipſorum Electorum eſſe credimus, providere; ne quid Reſpublica detrimenti capiat, ac univerſalem indicere Ordinum Conventum.

Idque, exemplo Regimenti, quod olim poteſtatem habuit, in rebus majoris momenti, non omnes modo Electores, & duodecim ad Regimentum deputatos Principes, ſed alios quoquo Imperii Ordines, quotquot neceſſitas requireret, convocandi, **nicht allein die ſechs Chur-Fürſten/auch die zwölf geiſtliche vnd weltliche Fürſten / ſondern / ob es die gröſſe der ſache erfordert / auch andere / des Reichs-Fürſten vnd Stände / zu jhnen zu beruffen;** (a) & ita, per conſequens, univerſalia Comitia indicendi.

Sive autem veniſſet Imperator vocatus, ſive non veniſſet, Regimentum & convocati Principes, concludere ac decernere potuerunt, (b) **Wir komen/ oder nicht/ſol nicht deſto minder fortgangen werden/vnd dem / ſo durch den mehrentheil beſchloſſen wird / folge beſchehen.**

VI. Ali-

(a) *Ordinatio Regimenti de Anno* 1500. *tit.* **das Regiment mag die ſechs Chur-Fürſten.** *&c. in fine.* (b) *d. Ordinatio Regimenti d. tit. verſ.* **vnd wir kommen.**

VI. Alienationem Redituum Imperii, modo cum conſenſu Electorum factæ ſint, & fiant, in Capitulatione approbari, non ſine ſtupore, ac dolore animadvertimus, Nach dem das Heilige Römiſche Reich faſt vnd höchlich in abnehmen vnd ringerung komen/ ſo ſolten vnd wolten Ihre Majeſteyt neben andern die Reichs ſteur vnd gefäll/ ſo in ſonderer Perſonen handen gewachſen/ vnd verſchrieben/ widerum zum Reich ziehen/ &c. vnd nicht geſtatten/ daß ſolches dem Reich vnd gemeinen Nutz/ wider alle recht vnd billigkeit entzogen werde/ Es wäre dann/ daß ſolches mit rechtmäſſiger bewilligung der ſechs Chur-Fürſten beſchehen wäre. (*a*) *Alienationem redituum Imperii Electores ſibi arrogarunt,*

Et, aut fallor, aut proprio ſuo commodo hic indulſerunt Electores, ac, ne profuſiſſimæ iſtæ, à Carolo IV. quo filio ſuo Wenceſlao ſuffragia Electorum nundinatus eſt, factæ largitiones, revocari poſſent, ſibi, ſuiſque Succeſſoribus proſpexerunt.

Denique VII. & ultimo, generalis iſta clauſula, Keyſerliche Majeſtät ſolle/ vnd wolle/ in wichtigen ſachen/ ſo das Reich betreffen/ bald anfangs/ der Chur-Fürſten rahts vnd bedenkens ſich gebrauchen/ (*b*) quicquid alicujus momenti eſt, ad Electorum Collegium trahit. Quâ, noſtro tempore, iidem Electores frequentiſſimè, & ad nauſeam uſque uſi ſunt: Cum de univerſorum Ordinum, ſeu totius Imperii jure ac Libertate, altum, ſemper & ubivis, apud illos fuerit ſilentium. *& omnia, quæ alicujus momenti ſunt.*

N Caput

(*a*) *Capitulatio Ferdinandi II.* §. vnd nach dem das heilige Römiſche Reich. (*b*) *d. Capitulatio.* §. Ihr Majeſt. ſolten vnd wolten auch des heiligen Reichs. *verſ.* in wichtigen.

Caput XVI.

De his, quæ ſoli Imperatori, in adminiſtratione Imperii relicta ſunt.

Jam, quod reſtat, contemplari lubido eſt, inſignia illa (ſi Diis placet) Majeſtatis Iura, in quibus tota Cæſarea Majeſtas, & Plenitudo Poteſtatis, quam Legiſtæ noſtri tantoperè crepant, conſiſtat, neceſſum eſt.

Hæc autem illa ſunt, quæ ſolus Imperator, per ſe, liberâ ſuâ voluntate, abſque Ordinum & Electorum neceſſario conſenſu, expedire poteſt.

Plenitudo enim Poteſtatis eſt, liberrimum arbitrium, ſive omnimoda poteſtas, nulli neceſſitati ſubjecta, nulliſque regulis limitata. (*a*)

In his ergo, in quibus Imperator cum Ordinibus ac Electoribus concurrit, Plenitudini Poteſtatis nullus planè locus eſt. Imperatoris enim poteſtas non omnimoda eſt, nec liberum, nedum liberrimum ejus arbitrium, ſed conſenſui Ordinum ac Electorum præciſè alligatum: Quorum voluntati Imperator in tantum obnoxius eſt, eamque ita ſtrictè ſervare tenetur, ut nec latum ab eâ unguem diſcedere poſſit. Adeoque nihil ferè habet, niſi, quod inane nomen ejus, & titulus, omnibus Imperii decretis præfigatur.

Reſervata Imperatoris an, & quomodo dici poſſint.

Hæc ipſa, quæ Imperatori ſoli competunt, & liberæ ejus diſpoſitioni relicta ſunt, *Reſervata* vulgò Imperatoris vocant.

Malè,

(a) *Secundum Baldum in l. 2. C. de Servit. & aqua. Thom. Smith. l. 1. de Republ. Anglor. c. 8. Beſoldus 1. Polit. 2. §. 36. n. 2.*

Malè, ſi ita explices, quod Imperator illa ſibi reſervaverit: Imperator enim, cum tantam, quanta pro lubitu Procerum in electione illi defertur, poteſtatem ſuſcipiat, nihil, ſibi reſervare dici poteſt.

Eo tamen reſpectu, vocem iſtam tolerare licet, ſi ab Ordinibus Imperatori ad majorem ſplendorem conciliandum, reſervari, & in eum conferri dixeris: Vnde relinqui melius, quàm reſervari, & Relicta potius, quàm Reſervata, inde appelles.

Inveſtitura de Feudis Regalibus, ſolius Imperatoris eſt.

Inter hæc vero, principem & præcipuum, ſine controverſiâ, locum obtinet, Inveſtitura de Feudis majoris dignitatis, quæ Fahnen Lehen vulgo appellantur: Hæc enim inveſtitura, die Belehnung der Lehn vnd Regalien der jenigen / die ſie vnter den Fahnen öffentlich / mit ſolennitetẽn / pflegen zu empfahen / zu verleihen / Imperatori, vel Regi Romanorum ſpecialiter reſervata eſt. Nec illa Feuda à Proviſoribus Imperii, tempore interregni conferri poſſunt: (a) Nec à Regimento olim conferri potuerunt. (b)

Et ſane, res non exigui momenti hæc eſſet inveſtitura, ſi Plenitudo Poteſtatis, ſaltem aliquatenus, in illa ſeſe exſereret, ac Imperatori aliquantillum liberi arbitrii, aut voluntatis, in deneganda, vel conferenda inveſtitura eſſet relictum.

Sed eam Imperator petentibus conferre cogitur.

Sed, nec Imperator petentibus, legitimo tempore ac modo, Principibus, inveſtituram denegare; imo nec, adjecto pacto, illam quovis modo alterare, aut onerare poteſt, Ihre Majeſtät ſollen vnd wollen des heiligen Reichs Chur-Fürſten / Fürſten vnd

(a) *Aurea Bulla tit. 5.* (b) *Ordinatione Regimenti de Anno 1621.* §. vnd behalten vns.

Stånden/ihren Lehen-brief/nach dem vorigen tenor, unweigerlich widerfahren laßen. (a)

Aperto verò Feudo, alii concedere nequit.

Nec deficiente Succeſſore feudali, Feudum Imperio apertum, pro arbitrio ſuo, alteri conferre, Imperatori licet; ſed, vigore Capitulationis Cæſareæ, (b) ad publicum patrimonium id referre tenetur.

Textum hunc quidem Capitulationis Bocerus, (c) non de apertis Imperii Feudis, ſed de bonis vacantibus accipit: Sed, quod ſalvo ipſius honore dixerim, bonus iſte hic dormitavit Homerus, &, Legiſtarum more Capitulationes Cæſareas perfunctoriè tantum penſiculavit.

Nam verba earundem de apertis Imperii Feudis regalibus, ſine ullâ diſtinctione, expreſſiſſimè loquuntur, Wann Lehen dem Reich heimfallen / ſo etwas merklichs ertragen/als Fürſtenthümb/ Graaffſchafften/ &c. die ſollen und wollen Ihre Majeſtät ferner niemand lehen / auch niemand einige exſpectantz oder anwartung darauff geben/ſondern zu unterhaltung des Reichs/Ihrer und Ihrer nachkomender Könige und Keyſer behalten/ einziehen/ und incorporiren.

Ex eodem Capitulationis articulo, circa tranſlationem Electoratus ac Palatinarum ditionum in Bavarum, contra Cæſaream Elector Brandenburgicus rectè concluſit, (d) Ihr Keyſerliche Majeſtät vergebe kein Lehen/ auch keine Städt/ ſo ſich erledigt/ ohne vorbewuſt der Chur-Fürſten/ und Stände des Reichs:

(a) *Ferdinandi II. Capitulatio.* §. Ihr Majeſtät ſollen und wollen auch des heiligen Reichs. *vers* denſelben. (b) §. wan auch Lehen im Reich. (c) *c. 2. de Regalibus n. 61.* (d) *In voto ſuo Ratisbonæ Anno 1623. 11. Febr. apud Lundorp. tomo 2. act publ. l. 6. tract. 24. p. 1164.*

Reichs: Vnd wie viel mehr / da eine Chur-Fürſtliche Würde/Vnd ſo vornehme Reichs-Lehen / ſolten conferiret werden / wolte von nöhten ſeyn / daß es mit vorbewuſt vnd conſens zuginge.

Licet autem dubium ſit, utrum Elector Brandenburgicus antiquam Friderici III. conceſſionem, Domui Saxonicæ, de Ducatu Juliacenſi, Anno 1483. factam, jure impugnet ex hoc capite, *(a)* Daß bey allen dieſen conceſſionen, kein Chur-Fürſtlicher conſens, der aber in allwege hierzu erheiſcht vnd erfordert wird/ zu befinden ſey; nam quod articulus hic, ante Caroli V. tempora, Capitulationi jam inſertus fuerit, nobis liquido non conſtat, Chriſtianus tamen II. Elector Saxoniæ, ex affectu, prætenſionis ſuæ firmandæ cauſâ, non attento Capitulationis textu, nimium Imperatori indulſit, & falſiſſimè, ſi noſtra reſpicias tempora, ſcripſit, *(b)* Daß ein Römiſcher Keyſer oder König/jure creationis & electionis, ſummam & pleniſſimam in temporalibus poteſtatem überkomme / alſo daß er nicht allein die jenigen Lehen vnd Regalien / ſo jhm vnd dem Reiche heimgefallen / ſondern auch den anfall an Fürſtenthümen / Graff-vnd Herrſchafften/in caſum mortis poſſeſſoris ultimi, abſque hæredibus maſculis, ſeinen eigenen/ oder des letztverſtorbenen Bluts-freunden/oder andern Fürſten vnd Herren / &c. in Lehen zu reichen/vnd zu Lehen zuverſchreiben/gantz wol befüget/ vnd berechtet ſey.

Cum ergo nec in deneganda, nec in con-

N 3 feren-

(a) in literis ad ducem Pomeraniæ de dato 12. Martii de Anno 1610. (b) *In deductione Iurium, quæ Domus Saxoniæ in Ducatum Iuliacenſem, &c. prætendit.*

ferendâ hac inveſtiturâ Imperator quicquam poſſit, ſed nudâ tantum conferendi ſolennitate fungatur, videtur hoc, ſimulacrum potius, quàm Jus eſſe Majeſtatis: Quod externâ quidem ſpecie magnificum, re tamen ipſa parum poteſtatis in ſe continet.

Ius primariarum precum Imperatoris eſt.

Alterum, quod Imperatori ſoli competit, eſt jus primariarum precum. Nam Imperator jure, & approbata conſuetudine, ex coronationis ſuæ ſolennis ad Romanorum Regem impletione, habet poteſtatem, in quolibet monaſterio & Collegio, in Imperio conſtituto, unam tantum, virtute primariarum precum, ad beneficium eccleſiaſticum promovendi perſonam. (*a*)

Privilegiorum conceſſio Imperatoris eſt;

Tertiò ſuccedit privilegiorum univerſalium conceſſio: Quæ antiquitus indubitatò Imperatori competiit, (*b*) &, ſecundum communem opinionem, adhuc hodiè relicta eſt: Soluſque Imperator dat ac confirmat privilegia. (*c*)

Non tamen abſolute.

Limitant tamen & conſtringunt alii hanc poteſtatis plenitudinem, ut non procedat, aut locum habeat, ſi privilegia iſta tendant in magnum Reipubl. detrimentum, (*d*) aut in tertii præjudicium. (*e*)

Privilegia magni momenti Imperator ſolus concedere nequit.

Imò etiam tunc, quandò de magni momenti re quæſtio eſt, Ordinum conſenſum adhibitum fuiſſe, legimus.

Sic Ottho I. in conſtitutione, de locatione & privilegio Cameræ Imperialis Magdeburgenſis, ſe iſta privilegia, cum ſcitu & conſilio

(a) *Caroli IV. Reſcriptum de primariis precibus ap. Goldaſt. tomo* 1. *Conſt. Imp. p.* 43. (b) *l.* 1. §. 2. *de conſt. Princ.* (c) *Reink. l.* 1. *cl.* 3. *cap.* 12. *n.* 47. (d) *VVachmann. in diſcurſu de Triv. concluſ.* 13. (e) *Lud. v. Carbo de Leg. l.* 9. *diſp.* 6. *&* *diſp.* 7. *n.* 5. *Vultej. lib.* 1. *juriſprud. c.* 12.

ſilio Principum Imperii, dediſſe, affirmat (a)

Fridericus I. cum Marchiam Auſtriam in Ducatum commutaret, & eidem certa quædam privilegia largiretur, fecit id de conſilio & judicio Principum, Waldiſlao, illuſtri Duce Bohemiæ, ſententiam promulgante, omnibus Principibus approbantibus. (b)

Rudolphus I. in confirmatione privilegiorum, quæ Auſtriaco Ducatui antiquitus conceſſa erant, Electorum conſenſum adhibuit: Ita enim in illa legitur, (c) Seynd für Uns kommen die Hochgeborne Fürſten / vnd Unſere getrewe liebe Söhne / Albrecht vnd Rudolph / Herzogen von Oeſterreich / &c. vnd mit jhnen die beſten jhrer Lands-leute / die erſcheinen vor Unſer Königliche Höfe / als Liecht vnd Wolken / in lautern trewen / vnd baten Uns demütiglich / daß Wir zubeſtatten geruheten / die Briefe / die den vorgenanten Landen / günſtiglich geben wären / vnd daß Wir jhnen auch darüber gewonnen / beſtätung der Chur-Fürſten. Et paullo poſt. Das haben Wir gethan / vnd haben beſtätigt / vnd Veſten auch alle die Briefe / vnd Freyheiten / vnd Gnad in denſelben Briefen / mit willen vnd gunſt der Chur-Fürſten / deren namen ſeynd dieſe: Weintzeslaus / König zu Bohaim / &c.

Carolus IV. cum Anno 1535. conſtitutionem feciſſet, de incorporatione Ducatuum, Poloniæ & Sileſiæ, quod Regno Bohemiæ perpetuo & indiviſibiliter deberent eſſe couniti, paulo poſt, in Conventu Norim-

(a) *apud Goldaſt. tomo 1. conſtit. Imper. p. 216.*
(b) *apud Lundorp. tomo 2. actor. publ. lib. 1. tract. 2. p. 14.* (c) *de dato* Reinfeld durch hand Meiſter Heinrichs des obriſten Schreibers 11. *Iun. Anno* 1283.

rimbergenſi, ſuper eâ re Electorum obtinuit confirmationem: Quæ à Gerlaco, Archi-Epiſcopo Moguntino, Germaniæ Archi-Cancellario, concepta eſt. (*a*)

Idem, licet Regni Bohemiæ privilegium (quod nulla perſona ejuſdem Regni extra Regnum citari debeat) autoritate Imperiali, & de Imperialis Poteſtatis plenitudine, ex certâ ſcientiâ ſe innovaſſe, & etiam confirmaſſe, pro more Imperatorum, ac ſtylo ipſis conſueto, jactitet: (*b*) Attamen, Ordinum Imperii conſenſum acceſſiſſe, ex ejuſdem Archi-Epiſcopi confirmatione apparet; cujus verba ſunt. (*c*) Judicata recognoſcimus de noſtro conſilio, & pleno proceſſiſſe conſenſu: Ratificantes, ac ſingula ea omnia rata habentes, & grata, benevolum ei adhibemus conſenſum, ex certâ ſcientia, pariter, & aſſenſum.

Quod ſi conſenſum hunc ex eo, quem in aliis, Rempubl. concernentibus negotiis, adhibere Imperator tenetur, metiri volueris: Imperator etiam privilegiorum conceſſione, & hoc reſervato, magnam, & inſigniorem quidem, partem excidet.

Nec tamen opus eſt, ut in antiquitatem procul, hanc ob rem, inquiramus: Nam, tenore Capitulationis Cæſareæ, & textus, in eâdem ſuprà adducti, in omnibus, magni momenti, negotiis, atque adeo etiam in privilegiis magni momenti concedendis, Electorum, ad minimum, requiri conſenſum, in propatulo eſt.

Reliqua Imperatoris jura. Et huc reliqua omnia pertinent, quæ Imperatori paſſim tribuuntur, quæque, ut in ſpeciem Majeſtatica, ita re inania pleraque ſunt; nec

(*a*) *apud Goldaſt. d. tomo* 1. *p.* 350. (*b*) *Aureâ Bullâ tit.* 8. (*c*) *apud Goldaſt. ibid. p.* 351.

nec ad ſummam Imperii vim quicquam faciunt aut Reip. ſtatuſque eſſentiam ingrediuntur.

Talis eſt, Academiarum fundatio. (a) Nundinarum inſtitutio, (b) conceſſio veniæ ætatis, (c) Legitimatio, (d) Natalium reſtitutio, (e) Nobilitatio, (f) Conceſſio juris ſtapularum, die Staffel-gerechtigkeit/ (g) & cætera hujus farinæ.

Horum quædam, non poſtrema, Principibus hodiè ac Ordinibus Imperii, perinde ac Imperatori, licent.

Quorum quædam etiam Ordinibus competunt.

Sic remiſſio pœnæ capitalis, olim ſolius ſummi Principis erat: (h) Hodie etiam Ordinibus Imperii competit. (i) Jus quoque reſtituendæ famæ, Ordinibus hodiè communicatum exiſtimatur. (k)

quædam ab ipſo Cæſare aliis delegantur.

Alia ab ipſo Cæſare tam exigui momenti judicantur ut ea paſſim aliis, nempè, Comitibus Palatinis, den Reichs Hoff Grafen/ ut vocant (inter quos aliquando perſonæ vilioris notæ occurrunt) mandet ac indulgeat: Vt eſt, creatio Doctorum bullatorum, notariorum, legitimatio, &c.

Poſtarum inſtitutio an ſolius Cæſaris ſit?

Poſtarum quoque inſtitutio inter hæc numeratur. (l) Poſtas tamen intellige generales, quæ Reichs Poſten dicuntur: Nam Ordini-

(a) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1555. *parte* 1. *tit.* 3. § deſgleichen ſollen. *verſ. in Univerſitäten.* (b) *l. un C. de nundin.* (c) *toto tit. C. de his qui ven. ætat.* (d) *Nov.* 74. *c.* 2. *Nov.* 89. 9. (e) *l.* 1. 2. *& ult. C. de natal. reſtit.* (f) *Reink. lib.* 1. *cl.* 5. *c.* 10. *n.* 13. (g) *Limnæus lib.* 9. *de jure publ. c.* 9. *n.* 129. (h) *lib.* 4. *in fine lib.* 9. §. 11. *in fine lib.* 27. *& l.* 31. *de pœnis lib.* 10. *& toto tit. C. de ſentent. paſſu & reſtit.* (i) *Receſſus Imperii de Anno* 1526. § es ſoll ſich auch *Reink. l.* 1. *cl.* 5. *c.* 6. *n.* 27. (k) *Schonborn. lib.* 5. *Polit. c.* 24. (l) *Schonb. d. l. c.* 17. *Reink. l.* 5. *cl.* 5. *c.* 6. *n.* 134.

dinibus Imperii, in ſuiscuique ditionibus, Poſtas, quas Land-poſten vocant, habere permiſſum eſt. (*a*)

Regale tamen hoc, quantulumcunque eſt, quidni Ordinum quoque Imperii eſſe aſſeramus? Ex eo, quod alicubi ſcribitur, (*b*) Gemeine Stände ſollen ordnung geben/ daß eine Poſt an gelegene Mahlſtat gelegt/ unterhalten werde.

Referunt huc etiam, creationem Regum, Ducum, Principum, Marchionum, Comitum & ſimilium.

Imperator quomodò Principes creare poſſit.

Et ſanè, quod ad Principes Imperii, totâ die videmus, titulum hunc multis muſteis ſuis creaturis ab Imperatore tribui. Vt pleno tamen jure Princeps Imperii quis fiat, &c, in Principum Senatu, ſeſſione ac voto potiatur, nudum Imperatoris diploma non ſufficere, ſuprà monuimus.

De Regum creatione quid ſtatuendum ſit.

Regum vero creationem quod attinet, vulgaris quidem traditio eſt, Imperatorem habere jus inaugurandi Reges omnes; (*c*) plura quoque ejus rei exempla, antiquos Annales ſcrutanti, obviam fieri non negamus.

Sed imprudenter eos feciſſe, qui ſummam poteſtatem habentes, ab Imperatore, vel Pontifice Reges ſalutari voluerunt, nec juris, ſed facti hæc eſſe, atque ex vanâ perſuaſione fluxiſſe, nonnemo reſpondet. (*d*)

Nam, ſi de nudo Regis nomine quæſtio ſit, palam eſt, iſtud ab Imperatore etiam illis, qui ſummam Majeſtatem non habent, aliquando tributum: Ad exemplum veterum Romanorum;

(*a*) *Reink. d. cap. num.* 128. (*b*) *Receſſus Imperii de Anno* 1542. §. vnd damit man auch. (*c*) *gl. in cap. venerabilem de elect.* (*d*) *apud Goldaſtum parte* 3. *Polit. Imper. diſc.* 3. *pag.* 631.

rum; qui vetere ac jampridem receptâ conſuetudine, habuerunt inſtrumenta ſervitutis & Reges. *(a)*

Ita regiis ornamentis Auſtriæ Dux à Friderico II. Imperarore auctus eſt: Eâ lege tamen, ut in perpetua Germanici Imperii fiduciâ, in quâ tunc erat, ac ſemper fuerat, perſtaret. *(b)* Sed cum ab Imperio, violatâ fide, defeciſſet, duodecimo poſt anno, regiâ appellatione & dignitate ſpoliatus eſt. *(c)*

Genuenſes quoque Fredericum Imperatorem rogârunt, ut quatuor millibus marcarum acceptis, novum Regni Sardiniæ titulum inſtitueret, & Bariſonem, Arboreæ, quæ pars erat Sardiniæ, Iudicem, appellaret Regem. Qui Bariſo, Rex in Sardiniam vectus, cum pecuniam ſolvere non poſſet, quam à Genuenſibus, ad regium faſtigium emendum, mutuo acceperat, ab iiſdem Genuam eſt revectus, atque in cuſtodiam, donec penderet, traditus. *(d)*

Miſer vero Rex, qui, propter hunc titulum, ad carcerem redactus eſt! Et is tamen Rex, nomine tenùs fuit.

Quod ſi ejuſmodi verborum ludibria attendimus, Imperator ſolus, de Regibus à ſe creatis, ne glorietur, Galliæ Rex obſtat, qui & ipſe Regem ſub ſe habet; illum nempe, qui *Roy d'Ivetot*, dicis cauſa, appellatur: Quod Regnum Anno 536. à Rege Childeberto, ad ſatisfaciendum hæredibus cujuſdem nobilis Viri, quem immerito Rex occiderat, inſtitutum eſt. *(e)*

N 6 Sed,

(a) *Tacit. in vita Agric.* (b) *Hieron. Mutius l. 20. Chron. German. Cruſius parte 3. annalium Suevic. lib. 2. cap. 2.* (c) *Bodin. lib. 2. de Republic. cap. 3.* (d) *Sigon. libro 13. de Regno Italia.* (e) *Beuth. lib. 27. Chron.*

Sed, velut Quintilianum Rhetorem Auſonius(*a*) ſcribit, conſularia ornamenta ſortitum, honeſtamenta nominis potius, quàm inſignia poteſtatis habuiſſe: Ita & de Regibus judicandum, qui, cum poteſtati alterius ſubjecti ſint, regium titulum uſurpant. (*b*)

Quod ſi de re ipsâ quæſtio eſt, is tantùm Rex dici meretur, qui ſummam poteſtatem habet, nullius Principis imperio inferiorem, Et, ut Martialis alicubi ſcribit.

Qui Rex eſt, Regem, Maxime, non habeat.

Noſtroque ſane is ſtultus judicio fuerit, qui regali potentiâ præditus, ſublimique Regum axiomate gaudens, nec Imperio ullatenus obnoxius, titulum Regis, cujus dignitatem jam ante, per ſe, poſſidet, ab Imperatore priùs emendicare velit.

Quaſi verò illi ſoli, qui ab Imperatore id impetrârunt, & non omnes potiùs, qui regiâ poteſtate præditi ſunt, hoc nomine inſigniri, & poſſint, & debeant.

Quapropter Boleſlaus(*c*) dux Poloniæ, rectam inſtitit viam, qui, abſque Cunradi Imperatoris requiſitione, nomen ſibi regium impoſuit. (*c*)

Idem de Premiſlao Cromerus refert: (*d*) Eum ſcilicet, cum ad ſummam poteſtatem Regni Poloniæ veniſſet, Pontificis, aut Imperatoris ſcriptum non expectaſſe, ſed ſuâ autoritate diadema ſumſiſſe.

Nec malè Dux Lithuaniæ, regiam poteſtatem, quam ipſe ſibi pepererat, ac titulum, Sigiſmundo Imperatore offerente, coronamque ac ſceptrum mittente, repudiavit: Ne iſtâ ratione poteſtatem, ac Imperium, Germanis acceptum ferre, videretur. (*e*)

Econ-

(a) *in grat. act. ad Gratian.* (b) *Arniſæus in Polit. l. 1. c. 8.* (c) *Nauclerus vol. 3. chronog. gen. 35.* (d) *l. 11. hiſt. Polon.* (e) *Bodin. l. 1. de Rep. c. 9.*

Econtra, à Petro Daniæ Principe, quem Fridericus Imperator eâ lege, ut fiduciarium ſe Imperii Germanici profiteretur, fidelitateque & hominio Imperatori obligaretur, regio nomine ornavit, *(a)* enormiter peccatum eſt: quod & talium ornamentorum illecebris, quæ ab Imperatore acceperat, ſua Majeſtati detraxit, & ſempiternâ ſervitute, non modò ſeipſum, ſed etiam poſteros conſtrinxit: Qui tamen, detectis fraudibus, ab Imperio defecerunt. *(b)*

Denique Jus Civitatis concedendæ catalogo Reſervatorum (ut vocant) Imperatoris, communiter inſerunt. *(c)*

Ius Civitatis concedendæ, non eſt Imperatoris, ad omnem effectum.

Circa quod, illum nos meritò nodum tangimus. Num Imperatori Jus Civitatis extraneo concedere liceat, ad omnem juris effectum, ut in omnibus, ac per omnia, Germano, in Germaniâ nato, par habeatur: Et quia cautum eſt, ne ad certa officia alius, niſi Germanus, promoveatur, Ihr Mayt. ſollen vnd wollen / Ihre Königliche / vnd des Reichs Aemter / vnd ſonſt am Reich / mit keiner andern Nation, dann gebornen Teutſchen beſtellen / *(d)* num talis quiſpiam etiam horum officiorum capax ſit?

Id quod omitti certè nequit: Cæſar enim aliàs Legem hanc pro lubitu eludere, ac, ſalvis verbis Legis, ſententiam circumvenire, & quoſlibet extraneos, in Civitatem primum receptos, muneribus his admovere, iſto modo poſſet. Id quod in fraudem

(a) *Otho Friſing. l. 2. de geſtis Friderici I. c. 5.* (b) *Bodin. lib. 2. de Republ. c. 3.* (c) *arg. lib. 1. C. de metrop. Beryt. Schonborn. lib. 5. Polit. c. 24.* (d) *Capitulatio Ferdinandi II.* § ſie ſollen vnd wollen auch ihre Königliche.

dem fieret Legis, ac contra ejus voluntatem. *(a)*

CAPUT XVII.

In quo noſtra ſententia breviter proponitur.

HActenus Iura Majeſtatis, quæ toti Imperio competunt, deinde ea quoque, quæ Electorum tantum, aut Imperatoris ac Electorum diſpoſitioni ſimul ſubjecta ſunt, tum denique iſta, quæ Imperatori, in ſignum præeminentiæ, relicta, prolixè ſatis deduximus.

Prior, de Imperii noſtri Statu, opinio. Ex quibus manifeſtum apparet, quàm valdè, aut ipſi imponant aliis, aut ſibi imponi patiantur multi, dum Imperatori noſtro Majeſtatem, ac Ius Imperii aſſignant, eumque merum Monarcham, ſtatumque Imperii noſtri merè Monarchicum, qui tamen, quoad adminiſtrationis formam ac modum, ſpeciem quandam referat ariſtocraticam, faciunt. *(b)*

Poſterior opinio. Modeſtiores ſanè ſunt, & propius ad ſcopum feriunt, qui mixtum ex Monarchia & Ariſtocratia Statum ejus eſſe, ſcribunt; *(c)* eâ ducti ratione: Quia Imperator ſolus Iura Majeſtatis non habeat, ſed illa ad Ordines Imperii, ut univerſos, non ſingulos, unà cum Imperatore, pertineant; iiſque univerſi, quaſi Collegium aliquod, ſeu Univerſitas, verè fruantur.

Ex horum ergo mente, Majeſtas Imperii penes Imperatores, Electores, & omnes Imperii

(a) *l. 29. & 30. Legib.* (b) *Reink. lib. 1. cl. cap. 2. n. 242.* (c) *Syring. de Pace religionis, concluſion. 14.*

perii Ordines ſimul reſidet: Pro rata, ſcilicet, & ſecundum proportionem, qua Iura Majeſtatis, aut ab Imperatore, aut Electoribus, aut univerſis Ordinibus exercentur.

Cumque pleraque, imo omnia Iura Majeſtatis, univerſis Ordinibus communia ſint, nuda Comitiorum directione, & unico forſan voto (quale quilibet Ordinum habet) Imperatori relicto: Majeſtatem Imperii etiam penes univerſos Ordines eſſe potiſſimum, adeoque ariſtocratiam multis modis in Imperio noſtro præcellere, ſecundum hos Autores, dicendum eſt.

Noſtra ſententia. Nos vero, ut paullò accuratius mentem noſtram, aperiamus, primum, adminiſtrationem Reipubl. ut ſupra quoque à nobis factum, duplicem facimus: Aliam eſſentialem; aliam accidentalem.

Adminiſtratio Reipubl. duplex eſt. Eſſentialis adminiſtratio, quam proprio jure ac nomine quis uſurpat, inſeparabiliter cum ipſa Majeſtate ac Republic. Statu cohæret: Accidentalis autem, quam alieno beneficio quis habet, & ab alio ſibi commiſſam agnoſcit, infinities, pro lubitu ejus, penes quem rerum ſumma reſidet, variare poteſt.

Adminiſtratio Imperii noſtri varia. Iam, ſi adminiſtratio in Imperio noſtro attendatur, illa varia & diverſa eſſe apparet: Et partim quidem monarchica, reſpectu ſcilicet Imperatoris; partim quoque ariſtocratica. Ariſtocratica autem duplici ratione. Primo, reſpectu Electorum, qui ſeorſim ab aliis Ordinibus in ea ſibi quid vindecant: Deinde, reſpectu univerſorum Ordinum, in Comitiis congregatorum, quibus reliquarum rerum omnium cura, præter ea, quæ Imperatori & Electoribus, ſpecialiter relicta ſunt, incumbit.

Illud

Verus Status quæſtionis. Illud autem hic in quæſtione eſt. Vtrumne adminiſtrationis pars, quæ aut Imperatori aut Electoribus, aut toti Imperio, ſeu univerſis Ordinibus compe:it, ſingulis his proprio jure competat: Ita, ut nec Imperator illam Imperio, Electoribuſve, nec Imperium & Electores Imperatori, eam acceptam ferant? Vel, utrum penes Imperatorem eſſentialis ſit Imperii adminiſtratio; qui, Electores, & alios Imperii Ordines, ſpontaneo motu in partem curarum admiſerit? Vel denique, utrum penes Electores omneſve Ordines ea ſit; qui Imperatori adminiſtrationis partem commiſerint?

Nam, priori caſu, mixta erit Reipubl. forma: Cum adminiſtratio eſſentialis, adeoque ipſa Imperii Majeſtas, in Imperatorem, ceu Monarcham, ac Electores, Ordineſve, ceu Optimates, diſperſa ſit.

Poſterioribus caſibus, ſiquidem Majeſtas Imperii penes Imperatorem eſſe, ab eoque adminiſtratio accidentalis in Proceres, collata dicetur, Monarchia erit ariſtocratica: Hoc eſt, quoad modum adminiſtrationis, rationibus ariſtocraticis temperata.

Quod ſi, econverſo, Majeſtatem Imperii penes Proceres reſidere, ſtatuamus, qui Imperatori adminiſtrationem Imperii ex parte conceſſerint, evadet Ariſtocratia Monarchica, ſeu monarchicè adminiſtrata.

Adminiſtratio eſſentialis totius Imperii eſt. Nos totum Imperium (in quo tamen cum aliis Ordinibus, tam Electores, ut primaria ejus membra, quàm Imperator, ut Caput ac Director, includuntur) proprio jure ac nomine, Electores vero & Imperatorem, quicquid illis, ex Legibus ac moribus Imperii, ſeparatim ab aliis Ordinibus competit, Imperii beneficio adminiſtrare; adeoque

ergò ipſa quoque Majeſtas.

que Majeſtatem Imperii, non Imperatori, aut Electoribus; ſed toti Imperio, & univerſis Ordinibus, quando illi, in Comitiis, ſeu univerſali Conventu congregati, unum corpus conſtituunt, adjudicandum eſſe, confidenter aſſerimus.

Adminiſtrationem verò accidentalem habet Imperator.

Imperator quidem, quicquid habet, ab Imperio habet; & inprimis ac evidenter, ab Electorum (qui hoc in paſſu totum Imperium repræſentant) Collegio, jure liberrimæ electionis; Habet autem adminiſtrationem tantum; ut ipſemet non ſemel confeſſus eſt.

Ita enim Fridericus Barbaroſſa, jam ſuo tempore, ad Proceres apertè inquit. (*a*) Imperium, cujus apud nos adminiſtratio, apud vos verò, qui Optimates Regni eſtis, autoritas reſidet.

Ita Ferdinandus quoque (propriè, & ad noſtrum ſenſum alicubi ſcripſit, (*b*) Haben Uns mit der bürde der adminiſtration, und verwaltung des heiligen Reichs anhangender dignitet, Hochheit/ Regirung/ Titul/ Scepter und Cron/ des Römiſchen Keyſerthums beladen laſſen.

Hinc Imperator dicitur Miniſter Imperii, qui Imperii partibus fungitur: (*c*) Qui autem alterius partibus fungitur, proprio jure ac nomine quid facere, haud dicendus eſt.

Et Electores.

Electorum verò poteſtas ipſa quoque à toto Imperio dependet; Adeoque velut moribus

(a) *apud Radevicum in continuat. Othonis Friſing. de geſtu Friderici I. lib. 3. c. 27. & Sigon. lib. 12. de Regno Italiæ.* (b) *Receſſus Imperii de Anno 1559. in princ.* (c) *in ſententiâ exauctorationis VVenceſlai apud Goldaſt. tomo 1. conſtit. Imper. p. 379.*

ribus primum, & tacito aliorum Ordinum aſſenſu invecta, deinde expreſſa ſanctione roborata eſt; ita contraria omnium Ordinum voluntate antiquari rurſus, aut alterari poteſt.

Ad Imperium itaque totum, ſeu univerſos Ordines, in Comitiis congregatos, tota rerum ſumma redit: A quibus & ille, & hi dependent, omnemque ſuam poteſtatem ac autoritatem mutuantur.

Imperium in poſſeſſione eſſentialium Iurium Majeſtatis eſt. Denique, quod Imperator & Electores Imperio potiùs, ſeu univerſis Ordinibus, quàm hi, aut Imperatori, aut Electoribus, aut his & illi junctim, poteſtatem ac adminiſtrationem ſuam acceptam ferant, ex eo adſtruimus: Quod nobiliorum ac eſſentialium Majeſtatis jurium poſſeſſio, ſeu exercitium, penes totum Imperium ſit; leviuſcula verò quædam, & quæ ad ſpeciem magis faciunt, quàm rem ipſam concernunt, Imperatori ſoli: denique pauca Electoribus ſolis, aut Electoribus cum Imperatore competant.

Nam (ut hoc argumento, in anterioribus, de ſuprema juriſdictione, uſi quoque ſumus) quicunque certa quædam jura in ſua manu ac poteſtate habet, quorum partem ſibi retinere, partem alteri concedere, ſeu demandare vult; is non ea, quæ nobiliora ſunt, ac Statui ſuo magis utilia, ſed ea, quæ viliora, minuſque ſibi noxia, proculdubio alteri concedet ac committit. Dignus enim judicaretur, qui Anticyram navigaret, ac helleboro cerebrum purgaret, ſi quis ſecùs faceret.

Ergo Majeſtas propria Imperii eſt. Quia ergò nobiliſſima, imò omnia Majeſtatis Iura, quæ eſſentiam Majeſtatis conſtituunt, eorumque poſſeſſio, ac exercitium,

penes

penes totum Imperium, hoc eſt, penes omnes Ordines in Comitiis, Imperatore (ſi aliquis exſiſtat) præſidente, congregatos, hucuſque fuerunt: Hinc à poſteriori colligimus, quod Imperium, ſeu univerſi Ordines, Imperatori ac Electoribus, eorum, quæ ipſius conſtitutionibus & uſu Imperii relicta intelliguntur, adminiſtrationem potius conceſſerint; quàm ut Imperator, ſeu Electores, univerſis Ordinibus, de poteſtate ſua quicquam communicaverint.

Cumque totum Imperium, ſive univerſi Ordines adminiſtrationem, quam habent, proprio jure habeant; Electores verò & Imperator, quidquid habent, toti Imperio debeant, & ab eodem meritò recognoſcant: Majeſtas quoque totius Imperii propria erit; cujus tamen adminiſtratio, ex parte Imperatori, & ex parte Electoribus, ab eodem demandata eſt.

Quod ſi jam ipſum Imperium, & Imperii Comitia, quæ unica baſis noſtra ſunt, exactè contemplemur, mixtionem aliquam in Republica noſtra inveniri, nemo ſanè negaverit: Sed mixtionem, non tam ex Monarchiâ & Ariſtocratiâ, ut alii putant, quàm ex diverſis diverſarum Ariſtocratiarum formis.

Ad Imperatorem quidem, dimidiam Comitiorum partem, & integrum poteſtatis ſemiſſem vulgò trahunt: Sed quàm erroneum hoc ſit, pluribus ſuprà docuimus. Ex quibus apparet, quod Imperatori perpuſilla in Comitiis poteſtas competat; adeo ut, etjamſi mixtionem aliquam ex Monarchiâ & Ariſtocratiâ admittamus, illa attendi vix debeat.

Ipſorum verò Ordinum non eſt æqualis in

in Imperio poteſtas: Vnde mixtiones plures ex diverſis, diverſarum Ariſtocratiarum, formis, oriuntur.

Status Imperii ariſtocraticus eſt, ſed mixtus.

Soli enim & pauci Electores, integram claſſem conſtituunt; quæ claſſis toti Principum claſſi æqualis eſt: Vt ita ſinguli Electores ſingulos Principes poteſtate nobiliter excellant.

Rurſus,in ſecunda claſſe. Principes hi, Prælatos, Comites, ac Barones, autoritate longè ſuperant: illi enim viritim, hi curiatim ſuffragia ferunt; inque magno numero tria tantum habent ſuffragia.

Denique Civitates Imperiales (quamvis iſtas à jure ferendorum ſuffragiorum priorum duarum claſſium conſpiratione, hodiè excluſas, probare nitatur Paurmeiſterus) *(a)* tertiam claſſem, ab aliis diſtinctam, conſtituunt; quæ claſſis reliquis claſſibus inferior eſt: Et Civitates hæ, Pralatos quidem, Comites, ac Barones, poteſtate anteire, Principibus autem cedere videntur. Quam ob inæqualitatem in tertiam hanc claſſem conjectæ ſunt.

Hinc vulgo quoque, licet non per omnia exactè ſcribunt, *(b)* Electorum ad ſingulos Principes ferè triplam; ad Prælatos, Comites, & Barones, non adeo magnam; ad Civitates, plus paullò, quàm triplam eſſe proportionem.

Abſtruſa quidem & ſic intricata hæc res eſt, ut in ea Delio natatore opus ſit,nec,quod ſciamus, ab ullo ſatis animadverſa aut explicata: Sed tamen, ſi verum Imperii Statum exeuere velimus,nullatenus prætereunda.

Qua-

(a) Lib.2.de Iuriſd.c.2.n.46. & ſeq edit. poſter.
(b) ex Theodoro Reink. lib.1. cl.5.c.8.n 51.

Quadruplex enim inde mixtio colligitur: Nimirum, ex Ariſtocratiâ Principum; Ariſtocratiâ Prælatorum, Comitum, ac Baronum; & denique Ariſtocratia Civitatum.

Utut autem, quoad Ordines, inter ſeſe mutuo reſpectu conſideratos, obſcuriſſimi ſint Imperii mores, quoad Imperatorem tamen res ſatis luculenta eſt: Quippe, qui non minus, quàm ſinguli Ordinum, pars hujus corporis, & quidem, ſi totum corpus reſpicias, perpuſilla exſiſtit.

Vnde rectè Thuanus ſcribit: (a) Quamvis Imperator primum, deinde reliqui Principes, ac poſtremo Civitates liberæ, ſuas quæque ditiones, jura, conſuetudines, ſubditos, in quos ipſis jus vitæ & necis eſt, habeant: Tamen, *quia ſimul omnes Imperio ſubditi, & ipſe Cæſar, Imperii Caput, Imperii Legibus eſt obnoxius, univerſi Reip. unius ſpeciem exhibent.*

Et, ſi ex Jure Comitiorum, ut illud ſupra explicavimus, rem totam metiamur, Ariſtocratiam in Imperio noſtro eminere, ac validè præponderare, Monarchiæ autem tenuiſſima tantum ſupereſſe veſtigia, ſole meridiano clarius apparet.

CAPUT XVIII. & ultimum.

In quo Reinkingii, pro Monarchiâ pugnantis, argumentis reſpondetur.

Jam ut Reinkingii argumentis, ſuperius ab initio ſtatim adductis, paucis occurramus; prius illud, de quatuor Monarchiis ſeu ſummis imperiis, ridiculum eſt, & tanto Viro, qualis hic ſibi videtur, indignum.

Nam,

(a) *lib. 2. hiſtor.*

Præludium de quatuor Monarchiis.

Nam, ſi vulgatam iſtam viſionis propheticæ interpretationem, quam nihilominus in controverſiam vocant alii, nos, hoc non obſtante, tanquam authenticam, ſeu apodicticam admittamus; non ex illa tamen ſequitur. Quatuor iſta ſumma Imperia vulgo, omnium ferè conſenſu, dicuntur quatuor Monarchiæ: Ergo, non alius, quàm Monarchicus & Regius, eſt in illis Status.

Monarchia vox tripliciter ſumitur.

Monarchiæ quippe vocabulum, non uno modo ſumi, notant acutiores hujus rei Cenſores, (a) Aliquando propriè ac Politicè, pro illa Politiæ, ſeu Reipubl. ſpecie, in qua unus aliquis abſolutè imperat. Aliquando theologicè & vulgariter, ut hic; pro iſto Imperio, cujus non modo, inter reliqua mundi Regna, ſingulis temporibus, inſignis eſt autoritas, ſed &, cui Populi Dei, Eccleſiæque Status magis, quàm aliis, obnoxius eſt. Denique, aliquando etiam abuſivè à multis, pro univerſali totius Orbis Imperio.

Vt autem objectionem hanc, de quatuor, ſeu Monarchiis, ut vocant, ſeu ſummis Imperiis, ſolide, & ex fundamento refutemus, duo præcipue attendenda nobis veniunt: I. Notæ, ſeu κριτήρια horum quatuor Imperiorum, ex quibus dignoſcuntur, ac dijudicari debent. II. Tempus, quo Græcorum Monarchia ſeu Imperium finem, & Romanorum accepit initium.

Quatuor ſummorum Imperiorum notæ.

Notæ horum Imperiorum duæ ſunt. Quarum prior eſt, quod dignitate, & ſplendore, alia ſui temporis Imperia præcellere debeat: Altera, quod vera Dei Eccleſia ſub illo domicilium habeat, ſeu ſtationem ſuam.

Nam

(a) *Arniſaus lib. 2. relect. Polit c. 2. ſect. 3. d. 2. Goldaſt. parte 13. per. diſcurſu 3. p. 631.*

Nam Spiritus Sanctus, in hoc Danielis vaticinio, non abſolutè mundana, & merè Politicum futuri mundi regimen reſpicit, ſed ad Eccleſiam imprimis collimat: Idque unicè agit, ut oſtendat, quis Status, & quæ futura ſint flagella, militantis in his terris Eccleſiæ; cujus hiſtoriam ita perſequitur, quatenus illa hiſtoriæ, & fatis, præcipuorum mundi Regnorum, implicatur. *(a)*

Et inde colligimus, quod unumquodque horum Imperiorum tum incipere & deſinere dicendum ſit, quando Eccleſiæ fata, aut illi conjuncta, aut ab illa ſeparata fuerunt.

Initium Monarchiæ Romanæ quodnam alii faciant.

Quod ad finem Græcæ Monarchiæ, & initium Romanæ attinet; illud quidam à Julio Cæſare faciunt, quando is, civili Bello victor, perpetuam dictaturam ſibi ſumſit. *(b)*

Sed, hoc ipſo, Monarchicus iſte Status, in quarta Monarchiâ deſtruitur. Poſt mortem enim Iulii, res ad plures rediit: Et tempore celebris iſtius triumviratus, Oligarchia, non Monarchia fuit; donec Auguſtus ſolus rerum potiretur.

Alii Græcorum Monarchiam uſque ad mortem Cleopatræ extendunt: Quaſi Romani exſtinxiſſe, & ad ſe tranſtuliſſe ſummum Imperium, propriè dici non poſſint; antequam ultimam ejus partem, Ægyptum ſubegerint. *(c)*

Sed huic opinioni repugnat, tum dignitas, requiſita in his quatuor Imperiis. Iam enim, tempore Cleopatræ, ſub poteſtate Ro-

(a) *Goldaſt. d. loco.* (b) *Bucholzerus in indice Chronol. pag. 98.* (c) *Helvicus de quatuor ſummis Imperii th. 72. & 73. apud Goldaſt. parte 8. Polit. Imper. diſ. 3.*

Vltimo, ne iſta quidem inſtantia, quam ipſemet Reinkingk (*a*) nobis ſuggerit, de nihilo eſt, quod poſt Auguſtum, Imperio Romano plures, ſimul & ſemel aliquoties præfuerint: Nam ex eo neceſſario concludimus, Monarchiam aliquando ceſſaſſe, Duarchia in ejus locum ſubſtituta.

Imperii Status etiam poſt Auguſtum aliquando fuit, non monarchicus.

Nec illud, quod ſub communi Imperio nomine publicarum rerum adminiſtratio manſerit, ita ut unum magis Imperium, quam duo eſſe viderentur, (*b*) nodum hunc ſolvit; quin Monarchiam planiſſimè potius deſtruit.

In Monarchia enim penes unam perſonam, ſummam Reipubl. poteſtatem eſſe debere, ipſo vocabulo ſatis ſignificatur: Nec ad eſſentiam ejus ſufficit unitas regiminis, ſed requiritur unitas perſonæ imperantis. Alioquin quævis Reipubl. ſpecies Monarchia dici poſſet, cum in quavis Republ. unum tantùm ſit regimen ſeu Imperium, licet per plures, & plurium nomine res gerantur: Et ita confunderentur ea, quæ, ex omnium ſententia, diſtingui debent.

Quod ſi duobus Regibus Civitatis ejuſdem Imperium ſummum detur, neuter Rex eſt, neuter ſine alterius conſenſione imperare poteſt; ſed utriuſque eſt ſumma poteſtas, quæ Duumviratus, ſive Duarchia, Ariſtocratiæ quædam forma, dici poſſit: Idque multo magis, ſi trium, vel plurium ſit ſumma poteſtas. (*c*)

Cum ergò in Imperio Romano, non rarò plures perſonæ æqualiter, & pro indiviſo regimine potiti ſint, ſibi iſtis Monarchiam, à natura ſua, in Ariſtocratiæ ſpeciem de

O ge-

(a) *lib. 1. cl. 2. n. 17.* (b) *Ibid. n. 15.* (c) *Bodin. lib. 2. de Republ. cap. 2.*

generaſſe, dicendum eſt: Ad quam tamen paulò poſt, Duarchiâ iterum ſublatâ, reverſa ſit.

Et ita tela iſta monarchica, quam in Imperio noſtro Reinkingius texere laborat, etiam in medio curſu, abrupta, & interrupta, apparet.

Reſponſio ad alia Reinkingii argumenta. His ita, de quatuor ſummis Imperiis, ad Reinkingii exemplum, præambuli loco præmiſſis, nunc ad alia ejus argumenta ordine, ſed breviter, & tribus verbis reſpondebimus.

Ad I. Jura I. Majeſtatis, & ſummæ Poteſtatis penes Imperatorem noſtrum eſſe, falſiſſimum, ſuperius oſtendimus.

Quod autem Legem Regiam, ad fidem aſſertioni ſuæ faciendam, adducit; ſiquidem de antiqua illa, qua Populus in Imperatorem omnem poteſtatem contuliſſe, ſcribitur, (*a*) ſentit, certè ſcholaſticum id pulverem magis, quàm juris publici palæſtram ſapit: Cum eâ enim nihil amplius nobis eſt commercii.

Nam quicunque in æde Johannis Lateranenſis, vel Capitolio antiquorum Romanorum, Legis Regiæ formulam ſollicitè adhuc perquirunt, aut Cæſaris noſtri poteſtatem, ad tenorem obſoletæ Legis, perpendunt, & æſtimant: Næ illi, non modo operam, oleumque ſuum inutiliter conſumunt, ſed etiam perinde faciunt, atque

Cervino capiti cervicem pictor equinam
Iungere ſi velit. (*b*)

Planè ſi, ut alibi ſentire videtur, (*c*) hodiernæ

(a) §. 3. *Inſtit. de jure nat. gent.* (b) *Hortl. in excerptis ex Sleidano quaſtion. pro fœderatorum bello th. 6. apud Goldaſtum parte 31. pol. Imper. diſc. 1.* (c) *lib. 1. cl. 3. c. 9. n. 2.*

diernæ Conſtitutiones ſeu Receſſus Imperii, & Cæſarea Capitulatio: vice Legis Regiæ ipſi ſunt, facile cum illo tranſigemus: Ex his enim, quantulum poteſtatis Imperatori relictum, quantum vero detractum ſit, per ſe, abſque ullo mutuaticio lumine apparet.

Illa vero communis opinio, quod Lex Regia, nec mutata ſit, nec mutari potuerit, falſa & abſurda planè eſt: Quod enim mutationibus, poſt antiquorum Imperatorum tempora, Imperium noſtrum, cujus Statum Lex iſta Regia formaſſe dicitur, obnoxium fuerit, res ipſa oſtendit.

Nec videmus, quare Populus liber dominio & regimini alicujus ſeſe ſubmittere poſſit, prout Populus Romanus, per Legem Regiam, feciſſe arguitur; Vacante vero, & ad ſe iterùm delato regimine, illud penes ſe retinere, vel, cui voluerit, conferre, atque ita Statum Reipubl. ac Leges ejus fundamentales mutare non poſſit.

Præſumtio iſta, de præterito in præſens; quod talis quiſque hodiè videatur, qualis fuit tempore præterito, & quod rem, quam quis ante habuit, eam non amiſerit, in dubio caſu locum ſanè reperiet: Vbi vero de contrario certo conſtat, præſumptionibus ejuſmodi ac conjecturis nullus locus eſt. (a)

Jam vero Imperii noſtri Statum, poſt latam antiquam Legem regiam, ſæpius & in multis mutatum eſſe, nemo ambigit: Vt ita ridicula ſit, & vana, ab antiquâ Lege Regiâ ducta, argumentatio.

II. Communem opinionem contra nos ſtare, libenter quidem fatemur: Sed, non ex multitudine Autorum, quod melius & æquius, judicandum eſt; cum poſſit unius forſitan *Ad. II.*

O 2

(a) *l. 137. §. 11. de verb. oblig.*

forſitan & deterioris ſententia, & multas & majores in aliqua parte ſuperare. (*a*)

Itaque communis opinio attendenda non eſt, quando eſt evidenter falſa, vel convinci poteſt evidentibus rationibus. (*b*) Nec multitudo errantium errori parit patrocinium; quia, communem errorem jus facere, communis error eſt. (*c*).

Si quis autem futili, nudæ communis opinionis,vinculo ſe alligari patiatur; non injuria aſſimilabitur ſtultis illis, quos cuſtos, aut Magiſter alligabat ſtraminis, vel exigui fili nodo: Atque illi ſtabant quaſi ferro aut vero compede devincti, immobiles. (*d*)

De eo verò, quod omnes Populi,tam fideles,quam infideles, Imperatorem Monarcham ſalutent, & pro Monarcha, ſtrictè, propriéque loquendo,agnoſcant, dubitare, non ſine cauſa licet. (*e*)

Illud quidem concedimus, Imperatorem noſtrum ſummum dignitate, etiam à Turca, æſtimari,inter Chriſtianos Principes:Sed hoc, & huic ſimilia omnia dignitate ſolùm, ſeu primo gradu, quem in Chriſtiano orbe Imperator,ratione Imperii,obtinere fertur, non verò de Imperii Statu accipienda eſſe, verba ipſa ſatis evincunt.

Nam ſceptra quidem, regale ſolium, pretioſiſſimæ veſtes, Coronæ, anteceſſio ſubſequentibus Chriſtianis Regibus, imaginem Regiæ Majeſtatis habent; rem non habent. (*f*)

III. Quod

(a) *l.*1. §.6.*de vet.jure enucl.* (b) *Ex Ioh. Andreâ, & aliis. Everhard. in topic. loco ab Autoritate.* (c) *Hillig. ad Donell. enucl.lib.* 1. *comment. cap.*6.*lit. A.* (d) *Lipſius lib.* 1. *de conſtant. cap.* 9. (e) *Limnæus lib.* 1. *de jure publ. cap.*10. *n.*46. (f) *Bodin. lib.* 2. *de Republ.cap.* 6.

III. Quod Imperator nullius Imperio teneatur, nec alium niſi Deum, & enſem ſuperiores recognoſcat, verbis magis aſſeritur, quàm re ipsâ probari poteſt: Imperium enim Imperatore ſuperius eſſe, ex eo, quod Imperium ab Imperatore rationes actorum exigat, eumque indignum, de ſolio deturbare poſſit, jam antè docuimus. *Ad III.*

Decreti Septemviralis, Anno 1338. facti, verba, ne huic obſtent, eo reſpectu, & ad eum finem intelligenda ſunt, ad quem proferuntur; ad eamque rem reſtringenda, ſuper quâ proferuntur. *(a)* Intentio autem Electorum alia non fuit, quàm excludere injuſtam Pontificis prætenſionem; qui ſuperioritatem in Imperium & Imperatorem ſimul, ſibi arrogabat.

Cum ergo limitata, ex certâ causâ, confeſſio, non niſi limitatum producat effectum; *(b)* etiam hoc Decretum, ultra cauſam & finem ſuum, extendi non debet. Nec enim verba captare oportet, ſed, quâ mente quid dicatur, animadvertere convenit. *(c)*

Caput quoque Imperii rectè dicitur Imperator; non ejuſmodi verò Caput, cujus cerebrum, pro arbitrio ſuo, reliqua corporis membra gubernare queat: Sed quia primus ac præcipuus in Imperio Princeps eſt.

Nec magis Imperatorem inde, quia Caput Imperii dicitur, Monarcham eſſe aſtrues, quam Ducem Venetorum; quia is conſimiliter Caput ejus Reipubl. à nonnullis vocatur.

Dux enim Venetus, ut Joſephus Matthea-

O 3 cius

(a) Ex Cravettâ & Surdo Reink. lib. 1. *cl.* 2. *c.* 2. *n.* 192. (b) *l.* 16. *de acqu. rer. dom. Reink. d. loco. n.* 195. (c) *l. penult. ad exhib.*

eius ſcribit, *(a)* numerari poteſt ſummos inter Reges, non ſolum, cum *Caput* exſiſtat *ejus Reipubl.* quæ Domina eſt Provinciarum & Regnorum, atque Sinus Adriatici, liberæ originis, armis, prudentiaque ſui conſervatrix; verum etiam cum charactere ſit inſignitus, ornatus ſplendore & ornamentis regiis poſitus in actu reſidentiæ ſuæ inter Conſiliarios purpuratos, & cohoneſtatus, publicis in ceremoniis, aſſiſtentia Nuncii Apoſtolici, & Legatis Imperatoris, Regiis, aliorumque Principum. Alia, inter Reges, & ipſum, differentia non eſt, quàm quod, non hæreditaria ſucceſſione, ſed propria virtute legatur: Nec ſi tantum ſubditis ſuperior, verum *&* *Caput* *&* *Princeps parium*; non voluntatem, ſed Legem pro norma habens.

Quod tandem omnes Imperatori teneantur reddere rationem, quamvis de omnibus, & ſingulis, particulariter ſeu ſeparatim conſideratis, concedamus, Monarchiam inde tamen exſtruere non licet: Nam omnes collectivè, ut Vniverſitas, ſeu corpus quoddam ſumti, tantum abeſt, ut rationem Imperatori reddant, aut rationem geſtorum ab eodem potius exigant.

Ad IV. Et hinc ſequitur erroneum eſſe, quod IV. loco Reinkingius inferre vult: Imperatorem, de Plenitudine Poteſtatis, non ſingulis modò Ordinum, ſed etiam univerſis, collectivè conſideratis, ſub pœna amiſſionis privilegiorum, Banni, & vitæ imperare, ejuſque mandatis, non ſingulos modò, ſed & univerſos parere debere.

Nam contrarium ſuperius abundè probavimus, ac ad textus, quos Reinkingius huc inducit, reſpondimus.

V. &

(a) *Ragiomento Polit.* I.

V. & VI. Reinkingii argumentum, talia ſunt, ut ex iis, quæ longâ ſerie, in ſuperioribus deduximus, per ſe refutari poſſint: Ea enim in ſolis verbis, ac ſcribendi formulis conſiſtunt. *Ad V. & VI.*

Ex titulorum verò ſplendore, de Majeſtate judicandum non eſt: (*a*) Nam quo plus alieni ſervatur honoris, eò plus ſæpè adimitur poteſtatis. (*b*)

Imo, ea eſt Ariſtocratiæ benè conſtitutæ ratio, ut quo plus honoris, eo minus Imperii tribuatur: Et, qui plus Imperio poſſunt, minus honoris adipiſcantur. (*c*) Quo quidem arcano nullum ferè majus eſt, nec ad tuenda Optimatum, & popularia Imperia, utilius. (*d*)

Dominum Imperatorem vocari, non negamus quidem: Quemadmodum quoque, apud Florentinos, Magiſtratus iſti, qui ab initio priorum nomine inſigniebantur, non magno poſt intervallo, etiam Domini, Majeſtatis cauſa audire cœperunt. (*e*)

Nominetenus igitur Imperator Dominus eſto; ſed reverà eundem eſſe Dominum, ne Reinkingk quidem aſſeverat: Quippè, qui vix ullum Dominatum, præter Turcicum, & Moſcovicum, in Europâ reperiri, rectè putat. (*f*)

Auguſtus quondam, cum reverà, plurium regimine exploſo, Monarchiam ſibi vindicaſſet, Domini tamen appellationem,

O 4 ut

(a) *Scipio Ammir. lib. 1. diſſert. in Tac. diſc. 1.* (b) *Arniſ. lib. 2. relect. Polit. c. 6. ſect. ult n. 9.* (c) *Bodinus lib. 2. de Republic. c. 6.* (d) *Idem lib. 5. de Republ. c. 6.* (e) *Machiavellus libro 2. hiſtor. Florent.* (f) *lib. 1. cl. 2. n. 94.*

Digitized by Google

ut opprobrium & maledictum,ſemper exhorruit. Cumque ſpectante eo ludos, pronunciatum eſſet à Mimo, ô Dominum æquum & bonum! ac univerſi,quaſi de ipſo dictum, exſultantes comprobaſſent: Statim manu, vultuque indecoras adulationes repreſſit,&,inſequenti die,graviſſimè corripuit edicto; Dominumque ſe poſthac appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus, vel ſerio vel joco paſſus eſt, atque hujuſmodi blanditias etiam inter ipſos prohibuit. *(a)*

Tiberius quoque, à quodam Dominus indigitatus,rogavit,ne ſe,contumeliæ cauſa,ulterius ita appellaret. *(b)*

Manſit autem Populo Romano hoc veſtigium, & quaſi umbra quædam antiquæ Libertatis.

Noſtro tempore, vice planè in contrarium verſa, & Monarchia in Ariſtocratiam iterum mutata, Domini nomen adhuc Imperatori tribuitur;cum tamen re ipſa, nihil minus, quam Dominus ſit; Manſitque Imperatori hoc veſtigium, & quaſi umbra quædam antiquæ poteſtatis.

Nam, ut rectè Paſchalius ſcribit, *(c)* ipſa Imperatoris ditio, autoritas, ac poteſtas, hodiè eſt umbra,nomenque Imperii, non Imperium.

Nobis vero res ipſa magis, quod inter laudes Aloyſii XI. Caroli XII. Patris, Guicciardinus ponit, *(d)* quam rerum umbras ſectari lubet: Et de re ipſa, non quid ſimulatione fiat, exquirendum eſt. *(e)*

Sunt

(a) *Suetonius in Auguſto.* (b) *Idem in Tiberio.* (c) *in opere coronario lib. 9. cap. 20. in fine.* (d) *lib. 1. hiſtor.* (e) *Bodin. lib. 2. de Repub. cap. 1.*

Sunt enim hæc mera Imperii ſimulacra, quorum, ut pulchrè Clapmarius ſcribit, (*a*) magna quidem ſpecies; cæterum, non adeo magna, ut Reipubl. Statum, vel conſtituant, vel immutent: Non enim ex ſimulacris Reſpublica definienda eſt; ſed penes quos ſunt ſumma illa Imperii capita, ſecundum illos de forma Reipublic. ſtatuendum eſt. Rationem tamen gubernandi nonnihil variant; ut hæc Reſpublica, propter varia ſimulacra, magis videatur popularis, quàm illa; & illa magis regia, quam hæc: Ratio enim gubernandi nonnunquam in his ſimulacris conſiſtit; at forma Reipubl. in ipſa vi Imperii.

VII. & VIII. quæ Reinkingius in medium affert, manifeſto falſa ſunt: Fidelitas enim non præſtatur Imperatori ſolum, ſed Imperatori ac Imperio. Et quidem, ut ſuprà, docuimus, Imperio principaliter ac abſolutè: Imperatori verò minus principaliter ac reſpectivè, quatenus Imperator eſt. *Ad VII. & VIII.*

Quare Imperio præſtita fidelitas, potentior eſt & prævalet. Huic enim ſemper & ubique fidelitas ſervanda eſt; Imperatori vero non aliter, quam ſi ita erga Imperium ſe gerat, uti bonum Imperatorem decet.

CONCLUSIO PRIMÆ PARTIS.

Cum itaque, concuſſis columnis, corruat ædificium, (*b*) & Reinkingii argumenta, partim falſa, partim heteroge-

(a) *lib. 6. cap. 15.* (b) *c. qualiter & quando de accuſat.*

in Imperio poteſtas: Vnde mixtiones plures ex diverſis, diverſarum Ariſtocratiarum, formis, oriuntur.

Status Imperii ariſtocraticus eſt, ſed mixtus.

Soli enim & pauci Electores, integram claſſem conſtituunt; quæ claſſis toti Principum claſſi æqualis eſt: Vt ita ſinguli Electores ſingulos Principes poteſtate nobiliter excellant.

Rurſus, in ſecunda claſſe. Principes hi, Prælatos, Comites, ac Barones, autoritate longè ſuperant: illi enim viritim, hi curiatim ſuffragia ferunt; inque magno numero tria tantum habent ſuffragia.

Denique Civitates Imperiales (quamvis iſtas à jure ferendorum ſuffragiorum priorum duarum claſſium conſpiratione, hodiè excluſas, probare nitatur Paurmeiſterus) *(a)* tertiam claſſem, ab aliis diſtinctam, conſtituunt; quæ claſſis reliquis claſſibus inferior eſt: Et Civitates hæ, Pralatos quidem, Comites, ac Barones, poteſtate anteire, Principibus autem cedere videntur. Quam ob inæqualitatem in tertiam hanc claſſem conjectæ ſunt.

Hinc vulgo quoque, licet non per omnia exactè ſcribunt, *(b)* Electorum ad ſingulos Principes ferè triplam; ad Prælatos, Comites, & Barones, non adeo magnam; ad Civitates, plus paullò, quàm triplam eſſe proportionem.

Abſtruſa quidem & ſic intricata hæc res eſt, ut in ea Delio natatore opus ſit, nec, quod ſciamus, ab ullo ſatis animadverſa aut explicata: Sed tamen, ſi verum Imperii Statum exeuere velimus, nullatenus prætereunda.

Qua-

(a) Lib. 2. de Iuriſd. c. 2. n. 46. & ſeq edit. poſter.
(b) ex Theodoro Reink. lib. 1. cl. 5. c. 8. n. 51.

Quadruplex enim inde mixtio colligitur: Nimirum, ex Ariſtocratiâ Principum; Ariſtocratiâ Prælatorum, Comitum, ac Baronum; & denique Ariſtocratia Civitatum.

Utut autem, quoad Ordines, inter ſeſe mutuo reſpectu conſideratos, obſcuriſſimi ſint Imperii mores, quoad Imperatorem tamen res ſatis luculenta eſt: Quippè, qui non minus, quàm ſinguli Ordinum, pars hujus corporis, & quidem, ſi totum corpus reſpicias, perpuſilla exſiſtit.

Vnde rectè Thuanus ſcribit: (*a*) Quamvis Imperator primum, deinde reliqui Principes, ac poſtremo Civitates liberæ, ſuas quæque ditiones, jura, conſuetudines, ſubditos, in quos ipſis jus vitæ & necis eſt, habeant: Tamen, *quia ſimul omnes Imperio ſubditi, & ipſe Cæſar, Imperii Caput, Imperii Legibus eſt obnoxius, univerſi Reip. unius ſpeciem exhibent.*

Et, ſi ex Jure Comitiorum, ut illud ſupra explicavimus, rem totam metiamur, Ariſtocratiam in Imperio noſtro eminere, ac validè præponderare, Monarchiæ autem tenuiſſima tantum ſupereſſe veſtigia, ſole meridiano clarius apparet.

CAPUT XVIII. & ultimum.

In quo Reinkingii, pro Monarchiâ pugnantis, argumentis reſpondetur.

JAm ut Reinkingii argumentis, ſuperius ab initio ſtatim adductis, paucis occurramus; prius illud, de quatuor Monarchiis ſeu ſummis imperiis, ridiculum eſt, & tanto Viro, qualis hic ſibi videtur, indignum.

Nam,

(*a*) *lib. 2. hiſtor.*

Præludium de quatuor Monarchiis.

Nam, ſi vulgatam iſtam viſionis propheticæ interpretationem, quam nihilominus in controverſiam vocant alii, nos, hoc non obſtante, tanquam authenticam, ſeu apodicticam admittamus; non ex illa tamen ſequitur. Quatuor iſta ſumma Imperia vulgo, omnium ferè conſenſu, dicuntur quatuor Monarchiæ: Ergo, non alius, quàm Monarchicus & Regius, eſt in illis Status.

Monarchia vox tripliciter ſumitur.

Monarchiæ quippe vocabulum, non uno modo ſumi, notant acutiores hujus rei Cenſores, (a) Aliquando propriè ac Politicè, pro illa Politiæ, ſeu Reipubl. ſpecie, in qua unus aliquis abſolutè imperat. Aliquando theologicè & vulgariter, ut hic; pro iſto Imperio, cujus non modo, inter reliqua mundi Regna, ſingulis temporibus, inſignis eſt autoritas, ſed &, cui Populi DEI, Eccleſiæque Status magis, quàm aliis, obnoxius eſt. Denique, aliquando etiam abuſivè à multis, pro univerſali totius Orbis Imperio.

Vt autem objectionem hanc, de quatuor, ſeu Monarchiis, ut vocant, ſeu ſummis Imperiis, ſolide, & ex fundamento refutemus, duo præcipue attendenda nobis veniunt: I. Notæ, ſeu κριτήρια horum quatuor Imperiorum, ex quibus dignoſcuntur, ac dijudicari debent. II. Tempus, quo Græcorum Monarchia ſeu Imperium finem, & Romanorum accepit initium.

Quatuor ſummorum Imperiorum notæ.

Notæ horum Imperiorum duæ ſunt. Quarum prior eſt, quod dignitate, & ſplendore, alia ſui temporis Imperia præcellere debeat: Altera, quod vera DEI Eccleſia ſub illo domicilium habeat, ſeu ſtationem ſuam.

Nam

(a) *Arniſaus lib. 2. relect. Polit. c. 2. ſect. 3. d. 2. Goldaſt. parte 13. per. diſcurſu 3. p. 631.*

Nam Spiritus Sanctus, in hoc Danielis vaticinio, non abſolutè mundana, & merè Politicum futuri mundi regimen reſpicit, ſed ad Eccleſiam imprimis collimat: Idque unicè agit, ut oſtendat, quis Status, & quæ futura ſint flagella, militantis in his terris Eccleſiæ; cujus hiſtoriam ita perſequitur, quatenus illa hiſtoriæ, & fatis, præcipuorum mundi Regnorum, implicatur. *(a)*

Et inde colligimus, quod unumquodque horum Imperiorum tum incipere & deſinere dicendum ſit, quando Eccleſiæ fata, aut illi conjuncta, aut ab illa ſeparata fuerunt.

Initium Monarchia Romana quodnam alii faciant.

Quod ad finem Græcæ Monarchiæ, & initium Romanæ attinet; illud quidam à Julio Cæſare faciunt, quando is, civili Bello victor, perpetuam dictaturam ſibi ſumſit. *(b)*

Sed, hoc ipſo, Monarchicus iſte Status, in quarta Monarchiâ deſtruitur. Poſt mortem enim Iulii, res ad plures rediit: Et tempore celebris iſtius triumviratus, Oligarchia, non Monarchia fuit; donec Auguſtus ſolus rerum potiretur.

Alii Græcorum Monarchiam uſque ad mortem Cleopatræ extendunt: Quaſi Romani exſtinxiſſe, & ad ſe tranſtuliſſe ſummum Imperium, propriè dici non poſſint; antequam ultimam ejus partem, Ægyptum ſubegerint. *(c)*

Sed huic opinioni repugnat, tum dignitas, requiſita in his quatuor Imperiis. Iam enim, tempore Cleopatræ, ſub poteſtate Ro-

(a) Goldaſt. d. loco. (b) *Bucholzerus in indice Chronol. pag. 98.* (c) *Helvicus de quatuor ſummis Imperii th. 72. & 73. apud Goldaſt. parte 8. Polit. Imper. diſ. 3.*

Vltimo, ne iſta quidem inſtantia, quam ipſemet Reinkingk (*a*) nobis ſuggerit, de nihilo eſt, quod poſt Auguſtum, Imperio Romano plures, ſimul & ſemel aliquoties præfuerint: Nam ex eo neceſſario concludimus, Monarchiam aliquando ceſſaſſe, Duarchia in ejus locum ſubſtituta.

Nec illud, quod ſub communi Imperio nomine publicarum rerum adminiſtratio manſerit, ita ut unum magis Imperium, quam duo eſſe viderentur, (*b*) nodum hunc ſolvit; quin Monarchiam planiſſimè potius deſtruit. *Imperii Status etiam poſt Auguſtum aliquando fuit, non monarchicus.*

In Monarchia enim penes unam perſonam, ſummam Reipubl. poteſtatem eſſe debere, ipſo vocabulo ſatis ſignificatur: Nec ad eſſentiam ejus ſufficit unitas regiminis, ſed requiritur unitas perſonæ imperantis. Alioquin quævis Reipubl. ſpecies Monarchia dici poſſet, cum in quavis Republ. unum tantùm ſit regimen ſeu Imperium, licet per plures, & plurium nomine res gerantur: Et ita confunderentur ea, quæ, ex omnium ſententia, diſtingui debent.

Quod ſi duobus Regibus Civitatis ejuſdem Imperium ſummum detur, neuter Rex eſt, neuter ſine alterius conſenſione imperare poteſt; ſed utriuſque eſt ſumma poteſtas, quæ Duumviratus, ſive Duarchia, Ariſtocratiæ quædam forma, dici poſſit: Idque multo magis, ſi trium, vel plurium ſit ſumma poteſtas. (*c*)

Cum ergò in Imperio Romano, non rarò plures perſonæ æqualiter, & pro indiviſo regimine potiti ſint, ſibi iſtis Monarchiam, à natura ſua, in Ariſtocratiæ ſpeciem de

O ge-

(a) *lib. 1. cl. 2. n. 17.* (b) *Ibid. n. 15.* (c) *Bodin. lib. 2. de Republ. cap. 2.*

generaſſe, dicendum eſt: Ad quam tamen paulò poſt, Duarchiâ iterum ſublatâ, reverſa ſit.

Et ita tela iſta monarchica, quam in Imperio noſtro Reinkingius texere laborat, etjam in medio curſu, abrupta, & interrupta, apparet.

Reſponſio ad alia Reinkingii argumenta.

His ita, de quatuor ſummis Imperiis, ad Reinkingii exemplum, præambuli loco præmiſſis, nunc ad alia ejus argumenta ordine, ſed breviter, & tribus verbis reſpondebimus.

Ad I.

Jura I. Majeſtatis, & ſummæ Poteſtatis penes Imperatorem noſtrum eſſe, falſiſſimum, ſuperius oſtendimus.

Quod autem Legem Regiam, ad fidem aſſertioni ſuæ faciendam, adducit; ſiquidem de antiqua illa, qua Populus in Imperatorem omnem poteſtatem contuliſſe, ſcribitur, (*a*) ſentit, certè ſcholaſticum id pulverem magis, quàm juris publici palæſtram ſapit: Cum eâ enim nihil amplius nobis eſt commercii.

Nam quicunque in æde Johannis Lateranenſis, vel Capitolio antiquorum Romanorum, Legis Regiæ formulam ſollicitè adhuc perquirunt, aut Cæſaris noſtri poteſtatem, ad tenorem obſoletæ Legis, perpendunt, & æſtimant: Næ illi, non modo operam, oleumque ſuum inutiliter conſumunt, ſed etiam perinde faciunt, atque

Cervino capiti cervicem pictor equinam
Jungere ſi velit. (*b*)

Planè ſi, ut alibi ſentire videtur, (*c*) hodiernæ

(a) §. 3. *Inſtit. de jure nat. gent.* (b) *Hortl. in excerptis ex Sleidano quæſtion. pro fœderatorum bello th. 6. apud Goldaſtum parte 31. pol. Imper. diſc. 1.* (c) *lib. 1. cl. 3. c. 9. n. 2.*

dictæ Conſtitutiones ſeu Receſſus Imperii, & Cæſarea Capitulatio: vice Legis Regiæ ipſi ſunt, facile cum illo tranſigemus: Ex his enim, quantulum poteſtatis Imperatori relictum, quantum vero detractum ſit, per ſe, abſque ullo mutuaticio lumine apparet.

Illa vero communis opinio, quod Lex Regia, nec mutata ſit, nec mutari potuerit, falſa & abſurda planè eſt: Quod enim mutationibus, poſt antiquorum Imperatorum tempora, Imperium noſtrum, cujus Statum Lex iſta Regia formaſſe dicitur, obnoxium fuerit, res ipſa oſtendit.

Nec videmus, quare Populus liber dominio & regimini alicujus ſeſe ſubmittere poſſit, prout Populus Romanus, per Legem Regiam, feciſſe arguitur; Vacante vero, & ad ſe iterùm delato regimine, illud penes ſe retinere, vel, cui voluerit, conferre, atque ita Statum Reipubl. ac Leges ejus fundamentales mutare non poſſit.

Præſumtio iſta, de præterito in præſens; quod talis quiſque hodiè videatur, qualis fuit tempore præterito, & quod rem, quam quis ante habuit, eam non amiſerit, in dubio caſu locum ſanè reperiet: Vbi vero de contrario certo conſtat, præſumptionibus ejuſmodi ac conjecturis nullus locus eſt. (a)

Jam vero Imperii noſtri Statum, poſt latam antiquam Legem regiam, ſæpius & in multis mutatum eſſe, nemo ambigit: Vt ita ridicula ſit, & vana, ab antiquâ Lege Regiâ ducta, argumentatio.

II. Communem opinionem contra nos ſtare, libenter quidem fatemur: Sed, non ex multitudine Autorum, quod melius & æquius, judicandum eſt; cum poſſit unius *Ad. II.*

O 2 forſitan

(a) *l. 137. §. 11. de verb. oblig.*

forſitan & deterioris ſententia, & multas & majores in aliqua parte ſuperare. (*a*)

Itaque communis opinio attendenda non eſt, quando eſt evidenter falſa, vel convinci poteſt evidentibus rationibus. (*b*) Nec multitudo errantium errori parit patrocinium; quia, communem errorem jus facere, communis error eſt. (*c*).

Si quis autem futili, nudæ communis opinionis, vinculo ſe alligari patiatur; non injuria aſſimilabitur ſtultis illis, quos cuſtos, aut Magiſter alligabat ſtraminis, vel exigui fili nodo: Atque illi ſtabant quaſi ferro aut vero compede devincti, immobiles. (*d*)

De eo verò, quod omnes Populi, tam fideles, quam infideles, Imperatorem Monarcham ſalutent, & pro Monarcha, ſtrictè, propriéque loquendo, agnoſcant, dubitare, non ſine cauſa licet. (*e*)

Illud quidem concedimus, Imperatorem noſtrum ſummum dignitate, etiam à Turca, æſtimari, inter Chriſtianos Principes: Sed hoc, & huic ſimilia omnia dignitate ſolùm, ſeu primo gradu, quem in Chriſtiano orbe Imperator, ratione Imperii, obtinere fertur, non verò de Imperii Statu accipienda eſſe, verba ipſa ſatis evincunt.

Nam ſceptra quidem, regale ſolium, pretioſiſſimæ veſtes, Coronæ, anteceſſio ſubſequentibus Chriſtianis Regibus, imaginem Regiæ Majeſtatis habent; rem non habent. (*f*)

III. Quod

(a) *l.* 1. §. 6. *de vet. jure enucl.* (b) *Ex Ioh. Andreâ, & alii Everhard. in topic. loco ab Autoritate.* (c) *Hillig. ad Donell. enucl. lib.* 1. *comment. cap.* 6. *lit. A.* (d) *Lipſius lib.* 1. *de conſtant. cap.* 9. (e) *Limnaus lib.* 1. *de jure publ. cap.* 10. *n.* 46. (f) *Bodin. lib.* 2. *de Republ. cap.* 6.

III. Quod Imperator nullius Imperio teneatur, nec alium niſi Deum, & enſem ſuperiores recognoſcat, verbis magis aſſeritur, quàm re ipsâ probari poteſt: Imperium enim Imperatore ſuperius eſſe, ex eo, quod Imperium ab Imperatore rationes actorum exigat, eumque indignum, de ſolio deturbare poſſit, jam antè docuimus. *Ad III.*

Decreti Septemviralis, Anno 1338. facti, verba, ne huic obſtent, eo reſpectu, & ad eum finem intelligenda ſunt, ad quem proferuntur; ad eamque rem reſtringenda, ſuper quâ proferuntur. (*a*) Intentio autem Electorum alia non fuit, quàm excludere injuſtam Pontificis prætenſionem; qui ſuperioritatem in Imperium & Imperatorem ſimul, ſibi arrogabat.

Cum ergo limitata, ex certâ causâ, confeſſio, non niſi limitatum producat effectum; (*b*) etiam hoc Decretum, ultra cauſam & finem ſuum, extendi non debet: Nec enim verba captare oportet, ſed, quâ mente quid dicatur, animadvertere convenit. (*c*)

Caput quoque Imperii rectè dicitur Imperator; non ejuſmodi verò Caput, cujus cerebrum, pro arbitrio ſuo, reliqua corporis membra gubernare queat: Sed quia primus ac præcipuus in Imperio Princeps eſt.

Nec magis Imperatorem inde, quia Caput Imperii dicitur, Monarcham eſſe aſtrues, quam Ducem Venetorum; quia is conſimiliter Caput ejus Reipubl. à nonnullis vocatur.

Dux enim Venetus, ut Joſephus Mattheacius

(*a*) *Ex Cravettâ & Surdo Reink. lib.* 1. *cl.* 2. *c.* 2. *n.* 192. (b) *l.* 16. *de acqu. rer. dom. Reink. d. loco. n.* 195. (c) *l. penult. ad exhib.*

eius ſcribit, *(a)* numerari poteſt ſummos inter Reges, non ſolum, cum *Caput* exſiſtat *ejus Reipubl.* quæ Domina eſt Provinciarum & Regnorum, atque Sinus Adriatici, liberæ originis, armis, prudentiaque ſui conſervatrix; verum etiam cum charactere ſit inſignitus, ornatus ſplendore & ornamentis regiis poſitus in actu reſidentiæ ſuæ inter Conſiliarios purpuratos, & cohoneſtatus, publicis in cerimoniis, aſſiſtentia Nuncii Apoſtolici, & Legatis Imperatoris, Regiis, aliorumque Principum. Alia, inter Reges, & ipſum, differentia non eſt, quàm quod, non hæreditaria ſucceſſione, ſed propria virtute legatur: Nec ſi tantum ſubditis ſuperior, verum *& Caput & Princeps parium*; non voluntatem, ſed Legem pro norma habens.

Quod tandem omnes Imperatori teneantur reddere rationem, quamvis de omnibus, & ſingulis, particulariter ſeu ſeparatim conſideratis, concedamus, Monarchiam inde tamen exſtruere non licet: Nam omnes collectivè, ut Vniverſitas, ſeu corpus quoddam ſumti, tantum abeſt, ut rationem Imperatori reddant, aut rationem geſtorum ab eodem potius exigant.

Ad IV. Et hinc ſequitur erroneum eſſe, quod IV. loco Reinkingius inferre vult: Imperatorem, de Plenitudine Poteſtatis, non ſingulis modò Ordinum, ſed etiam univerſis, collectivè conſideratis, ſub pœna amiſſionis privilegiorum, Banni, & vitæ imperare; ejuſque mandatis, non ſingulos modò, ſed & univerſos parere debere.

Nam contrarium ſuperius abundè probavimus, ac ad textus, quos Reinkingius huc inducit, reſpondimus.

V. I

(a) *Ragiomento Polit.* I.

V. & VI. Reinkingii argumentum, talia ſunt, ut ex iis, quæ longâ ſerie, in ſuperioribus deduximus, per ſe refutari poſſint: Ea enim in ſolis verbis, ac ſcribendi formulis conſiſtunt. *Ad V. & VI.*

Ex titulorum verò ſplendore, de Majeſtate judicandum non eſt: (*a*) Nam quo plus alieni ſervatur honoris,eò plus ſæpè adimitur poteſtatis. (*b*)

Imo, ea eſt Ariſtocratiæ benè conſtitutæ ratio, ut quo plus honoris, eo minus Imperii tribuatur: Et, qui plus Imperio poſſunt, minus honoris adipiſcantur. (*c*) Quo quidem arcano nullum ferè majus eſt, nec ad tuenda Optimatum, & popularia Imperia, utilius. (*d*)

Dominum Imperatorem vocari, non negamus quidem: Quemadmodum quoque, apud Florentinos, Magiſtratus iſti, qui ab initio priorum nomine inſigniebantur, non magno poſt intervallo,etiam Domini,Majeſtatis cauſâ audire cœperunt. (*e*)

Nominetenus igitur Imperator Dominus eſto; ſed reverà eundem eſſe Dominum, ne Reinkingk quidem aſſeverat: Quippè, qui vix ullum Dominatum, præter Turcicum, & Moſcovicum, in Europâ reperiri, rectè putat. (*f*)

Auguſtus quondam, cum reverà, plurium regimine exploſo, Monarchiam ſibi vindicaſſet, Domini tamen appellationem,

(a) *Scipio Ammir. lib.* 1. *differt. in Tac. diſc.* 1. (b) *Arniſ. lib.* 2. *relect. Polit. c.* 6. *ſect. ult n.*9. (c) *Bodinus lib.* 2. *de Republic. c.* 6. (d) *Idem lib.* 5. *de Republ. c.* 6. (e) *Machiavellus libro* 2. *hiſtor. Florent.* (f) *lib.* 1. *cl.* 2. *n.* 94.

Sunt enim hæc mera Imperii ſimulacra, quorum, ut pulchrè Clapmarius ſcribit, (*a*) magna quidem ſpecies; cæterum, non adeo magna, ut Reipubl. Statum, vel conſtituant, vel immutent: Non enim ex ſimulacris Reſpublica definienda eſt; ſed penes quos ſunt ſumma illa Imperii capita, ſecundum illos de forma Reipublic. ſtatuendum eſt. Rationem tamen gubernandi nonnihil variant; ut hæc Reſpublica, propter varia ſimulacra, magis videatur popularis, quàm illa; & illa magis regia, quam hæc: Ratio enim gubernandi nonnunquam in his ſimulacris conſiſtit; at forma Reipubl. in ipſa vi Imperii.

VII. & VIII. quæ Reinkingius in medium affert, manifeſto falſa ſunt: Fidelitas enim non præſtatur Imperatori ſolum, ſed Imperatori ac Imperio. Et quidem, ut ſuprà, docuimus, Imperio principaliter ac abſolutè: Imperatori verò minus principaliter ac reſpectivè, quatenus Imperator eſt. *Ad VII. & VIII.*

Quare Imperio præſtita fidelitas, potentior eſt & prævalet. Huic enim ſemper & ubique fidelitas ſervanda eſt; Imperatori vero non aliter, quam ſi ita erga Imperium ſe gerat, uti bonum Imperatorem decet.

CONCLUSIO PRIMÆ PARTIS.

Cum itaque, concuſſis columnis, corruat ædificium, (*b*) & Reinkingii argumenta, partim falſa, partim heteroge-

(a) *lib. 6. cap. 15.* (b) *c. qualiter & quando de accuſat.*

nea, partim ambigua & imbecilla appareant, merito contra eundem concludimus; Statum in Imperio noſtro Romano-Germanico ariſtocraticum eſſe, ex diverſis Ariſtocratiis mixtum: Adminiſtrationem verò ariſtocratico-monarchicam; in quâ tamen ipſa quoque adminiſtratione, Monarchiæ veſtigia valdè exigua ſint, quæque, cum Ariſtocratia collata, attendi vix debeant.

Quædam enim, & pauca, illaque non jura, ſed ſimulacra Majeſtatis, Imperatori relicta ſunt: Quædam Electoribus ſolis, aut Electoribus ac Imperatori ſimul competunt: Plurima autem, & potiſſima Majeſtatis Iura, omnium Ordinum interventu ac autoritate, expediuntur.

Hinc Imperii noſtri adminiſtratio, duplici ratione, reſpectu ſcilicet omnium Ordinum, & reſpectu ſolorum Electorum, qui aliquantò plus, quàm alii Ordines, ſibi vindicant, Ariſtocratica, reſpectu verò Imperatoris, Monarchica dici, ac, exemplo Reipubl. Venetæ, *(a)* cum Pyramide componi poteſt; baſi quidem latiori prædita, ſed, ubi aſſurgit, in arctum ſemper coëunt, quoad, in punctum quoddam terminata deſinat.

Baſis quidem hujus Pyramidis Comitia ſunt, ſeu Ordines Imperii omnes, qui ſeſſionem & ſuffragium in Comitiis habent: In hoc enim fundamento & Baſi, tota Reipubl. moles, & reliquæ omnes ejus partes conquieſcunt.

Mox Pyramis arctari incipit, & faſtigiatur in Electionibus; qui, in quibuſdam cæteros Imperii Ordines ſupereminent. Vnde dicuntur,

Die

(a) *Donatus Iannottus de Republ. Venetâ.*

Die förderſten vnd fürnehmſten glieder deß heiligen Römiſchen Reichs/ *(a)* Ihre Mayt. innerſte glieder/ vnd Haubtſeulen des Reichs/ *(b)* palmites imperiales, & membra ejus propinquiora. *(c)*

Tandem faſtigium Pyramidis abſolvitur in Imperatore, cujuſdam turbinis inſtar acuminati: Is enim primus ac præcipuus in Imperio Princeps, per liberam electionem ad hanc dignitatem evectus, & in ſummo ac omnium conſpectu poſitus.

Quid autem in hoc fundamento omnes hodierni Politico-Legiſtæ, qui pro Monarchia Imperatoris, tanquam pro aris ac focis pugnant, toto cœlo errarunt, & Principes ſuos, quibus conſilio adſtitere, ut eandem erroneam viam ſecum ingrederentur, induxerunt: Quid mirum, quod etiam in Ratione Status, formanda ac firmanda, utrique enormiter à vero deflexerint; &, non attenta Imperii ac Ordinum libertate, Patriam noſtram, in iſtam, in qua jam, niſi melior aliquis genius laboranti ſuccurrat, ſine ſpe liberationis hæret, præcipitaverint, ſervitutis ac malorum abyſſum?

Error enim, & confuſio Rerumpubl. inter cætera, naſcitur ex ignorantia ſpeciei Reipublic. quam curandam Principes, vel Rectores ſuſceperunt: Nec una ſpecies, unave natura eſt omnium. Sunt morbi, ſunt

 tem-

(a) *Ferdinandi II. Capitulatio.* §. vnd in allweg ſolten vnd wolten / *&* §. inſonderheit auch demnach die Chur-Fürſten (b) *dicta Capitulatio.* §. dieweil Ihr Mayt. auch ſonderlich. (c) *Aurea bulla in princ. & titul. 2.*

temperamenta convenientia, ſingulis ſpeciebus Rerumpublicarum: Imò origo, vita, finis, & pleraque alia, diverſa ſæpe & contraria exſiſtunt; quæque remedia proficiunt in una, in alia poſſunt afferre interitum. (*a*)

(a) *Petrus Gregor. lib. 10. de Republ.*

PARS

Digitized by Google

PARS II.

De vera, ſed, magno cum Patriæ ac communis Libertatis detrimento, hucuſque neglectâ, in Imperio noſtro Romano-Germanico,

STATUS RATIONE.

CAPUT I.

De Primâ STATUS RATIONE, *quæ conſiſtit in ſtudio concordiæ.*

FIrma ergò ac fixa nobis ſtat ſententia, quod Imperium noſtrum Romano-Germanicum, in eo ſtatu, quo Majorum noſtrorum memoria fuit, & noſtro etiam tempore, de jure eſſe debebat, conſideratum, reverà ariſtocraticum ſit, & incidat in illam Ariſtocratiæ ſpeciem, quam Principatum Bodinus vocat. Quia Imperatorem, qui liberâ electione ad eam dignitatem evehebatur, tanquam dignitate præcipuum ac primum Principem, ſupremumque quodammodo Caput, Ordines Imperii agnoverunt, Comitiorum, in quibus tota imperandi ſumma conſiſtit, directionem illi eidem tribuerunt: Vi tamen ipſa jubendi, vetandi, aut quippiam ordinandi ſibi ſemper reſervatâ.

In hac verò Reipubl. formâ, ante omnia ratio habenda eſt concordiæ, ut illa ſarta tecta inter Ordines conſervetur; neve harmonia iſta, quâ ſinguli ſuaviter inter ſe conſpirare debent, aut intenſione, aut depenſione *Concordia ſtudendum.*

unius

unius alteriuſve nimia corrumpatur: Sed excluſa omnium ſuſpicionum intemperie, æquabilis ſit melodia ac omnium vocum velut conſonantia.

Et factiones vitandæ.

Factiones itaque inprimis præcavendæ ſunt: Quæ fuere, eruntque, pluribus populis magis exitio, quàm bella externa, quàm fames, morbive, quæque alia in Deum iras, velut ultima publicorum malorum vertunt. (*a*)

Maximè in plurium regimine.

In omni quidem Rerumpublicarum genere, illæ valdè noxiæ reperiuntur: Vbi tamen penes plures vis ac ſumma Reipubl. eſt, diſcordia Ordinum maximè venenum eſt Reipublicæ; (*b*) & bella civilia extremè perniciosa ſunt, nec, niſi cum convulſione ac mutatione ferè ipſius ſtatus, ſedari poſſunt.

Nam, ſeditione ſemel irritati, ac mutuis injuriis laceſſiti Cives, vix ac ne vix quidem prius conquieſcunt, quàm parte una ab alterâ prorſus exſtincta. (*c*) *Le guerre civili, ſe non s'accordono ne' principii, non hanno mai fine, ſe non con l'eſterminio d'una delle parti, o con la rouina dello ſtato,* Italus quidam ſcribit. (*d*)

In Monarchico quidem ſtatu, ubi, uni alicui reverentiam & obedientiam, omnes ac ſinguli debent, hic ipſe, ſuo conſilio, autoritate, & imperandi ac prohibendi majeſtate, res turbidas componere, ſubditos coërcere, aut bonorum ac fortium Civium, quo improbis obſiſtere valeant, partes tueri poteſt. In Democratia verò, & Ariſtocratia, nemo futurus eſt, qui univerſis imperare poſſit; niſi maxima pars Civium (quod rariſſimè accidit) à factione remota; ſimul-

(a) *Liv. lib. 3. hiſtor.* (b) *Idem ibid.* (c) *ex Thucyd. lib. 4. Danæus aphor. Polit. 6.* (d) *Cinuzzo lib. 2. della deſciplina militare antica & moderna pag. 245.*

ſimulque coacta ſeditioſos ac rebellantes parere cogat. (*a*)

Hinc, ubi ſemel mutuo odio inter ſe flagrare cœperint Cives, effervefcentibus irâ animis, ac, cum omnes æquales ſint, nemini alteri vel latum unguem concedente, vix ullus remedio locus eſt, niſi re ad unum delatâ: Neque, ut Cicero ait (*b*) alius diſcordiarum exitus, inter claros ac potentes Viros, niſi aut univerſus interitus, aut victoris dominatus & Regnum. *Quia tyrannidis mater ſunt.*

Cum enim in bellis civilibus ſemper ſcindatur Populus, ac Duces partium armati inter ſe concurrant, nemini dubium eſt, quin is, cui victoria obtigerit, armis ac potentia fretus, Imperium, vel cupiditate laudis accenſus, vel, ut ſuæ ſecuritati conſulat, retinere velit. (*c*)

Hac de causâ, Scriptor quidam Gallicus, hujuſcemodi bella civilia, ex Plutarcho, appellavit dolores, ſive, ut Græci vocant, ὠδῖνας Reipublicæ parturientis magnum aliquod Regnum. (*d*)

Exemplum nobis præbet Reſpubl. Romanorum: In qua factio primum Mariana & Syllana, mox Pompejana & Juliana, Vrbem, campoſque cruore mundârunt. Succeſſit brevi, ex his pullulans, celebris iſte Triumviratus: Donec tandem Auguſtus eam diſcordiis civilibus feſſam, nomine Principis, ſub Imperium accepit. Nec diſcordantis Patriæ aliud remedium fuit, quàm ſi ab uno regeretur. (*e*)

Quantò itaque magis communis Libertas, ſub

(a) *Bodin. lib. 4. de Republ. cap. ult.* (b) *de Auſp. reſponſ.* (c) *Bodin. lib. 4. de Republ. cap. 1.* (d) *refert. Clapmar. lib. 2. cap. 14.* (e) *Tacit. lib. 1. annal.*

Nobis itaque maximè concordia ſtudendum fuit. ſub factionibus, diſcordia, ac civilibus bellis periclitatur: tanto magis Ordinibus Imperii elaborandum fuiſſe, ne ſubortæ inter eos diſcordiæ, in publicas primum factiones, ac particulares coitiones, deinde apertum quoque bellum prorumperent: Cum Conſtitutionibus Imperii, Paceque religioſa, ac profana, ſufficiens modus eſſet præſcriptus, quo, ſi quid difficultatum, aut ſimultatum orietur, id amicè, abſque tumultu, aut ſeditioſa ac inordinata coitione, componi poſſet.

Et ab utraque parte alteri concedendum. Et quamvis hinc inde, à parte tam Proteſtantium, quam Pontificiorum peccatum fuerit, (quemadmodum in corrupta hominum natura, ultimaque præſertim hac mundi fæce, omnia, ſtrictim, & ad libellam examinari non debent) ſatius tamen erat tolerare defectus iſtos, qui non, niſi magno cum motu, corrigi poſſunt, Pacis & Reipubl. conſervandæ cauſa, quam per vehementia, & aſpera nimis conſilia, everſionem & diſſipationem totius Reipubl. procurare, cum communi omnium rerũ diſpendio. Melius enim eſt, aliquam, quamvis debilem, habere Rempublicam, quàm planè nullam.

Illos vero in totum abominamur, qui, ad ſcopum ſuum conſequendum, civiles motus idoneos arbitrati ſunt: Ne placet nobis, noxium iſtud, Viri cujuſdam, noſtro ſeculo, Politici, & Practici non poſtremi, axioma; (a) ad obtinendam religionem, & intentionem noſtram, opus eſt nobis ſeditiuncula.

Secus tamen factum. Fata tamen, aut fatua potius Procerum noſtrorum conſilia, ſecus cenſuerunt, armiſque

(a) *Refertur in diſcurſu quodam ſcripto, de rebus Gallicis & Hiſpanicis pro Imperio.*

miſque potius & vi, quam Pacis via inter ſe experiri voluerunt.

Et, hoc in paſſu, non Pontificiis modo culpam impingimus, qui famoſum iſtud (ut ipſi probroſè vocarunt) compoſitionis negotium, præpoſtero ac intempeſtivo zelo rejecerunt: Sed Proteſtantibus quoque & noſtræ Religionis Ordinibus, qui omiſſo compoſitionis medio, belli aleam ſubire maluerunt.

Sic enim, ſi Anhaltinæ Cancellariæ credimus, *(a)* Anſpacenſis & Anhaldinus, ad Electorem Palatinum ſcripſerunt. **Es ſey dahin in Teutſchland kommen / daß alles** libelliren/ **oder** tractiren **hinfüro vergebens / vnd** ſalus Patriæ **in weiterm nichts / als in den** armis, **vnd derſelben guter anlegung vnd gebrauch zu ſuchen.** Et Comes Solmenſis, magnus aulæ Palatinæ Magiſter, *(b)* **Es ſey mit den** gravaminibus ad extrema **kommen/ der geſtalt/ daß man ſich nichts guts / zu keiner** compoſition. **zuverſehen: Dannenhero** via facti, **als der ſicherſte Weg / an die Hand zunehmen / auſſerhalb deſſen man aus dem** garbuglio **nimmermehr gelangen werde: Man ſolle ſich ferner auff keine vertröſtung mit worten verlaſſen / ſondern nechſt GOtt / alle Hoffnung** dans les armes, **das iſt / auff das Fauſt recht ſtellen.**

Quicquid ſit, Auſtriacâ de gente Cæſares motus hos in privatum commodum verterunt, & quia *Idque Auſtriacis inſtigantibus.*

Eſt captu facilis turbatis piſcis in undis;

in turbidâ hac aquâ ſolertiſſimè, piſcati ſunt: Cumque per bella civilia, viam ſibi, ad Monarchiam ſuam Hiſpano-Auſtriacam, introducen-

(a) *apud Lundorp. tomo 2. actor. publ. lib. 2. c. 28. p. 203.* (b) *d. Cancellariâ apud Lundorp. d. loco. p. 241. & 242.*

ducendam ac ſtabiliendam, æterni cernerent, ſuſpiciones & diffidentiam, inter ordines, non tantum non removerunt, ſed callidis ſuggeſtionibus ſuis foverunt, neç commune incendium exſtinguere laborârunt, ſed exardeſcenti camino oleum ſtrenuè ſuffuderunt.

Rectè enim & verè Zacharias Geitzkoffler/ Imperatoris quondam Conſiliarius, alicubi ſcripſit. (*a*) Es ſey die Haupt diſcordia im Römiſchen Reich / ſo die Catholiſchen wider die Euangeliſchen / wegen reſtitution der Geiſtlichen Güter erregen / gewißlich anders nichts/ als von den Hiſpanico-Jeſuitern, eine vergiffter/vnd vntergeſteckter Samen/dadurch die Fürſten vnd Stände des Reichs/ an jhrer Macht/ Land/ vnd Mannſchafft / Geld vnd Gütern/ einander ſchwächen/ vnd ausmatten/ vnd dem Spanier deſto beſſern vnd ſichern Paß/zu ſeiner lang berahtſchlagten/vnd allbereit angeſpunnenen impreſſa machen vnd eröffnen ſollen.

In quo quidem, Philippi hi, & Philippides, aſtutè imitati ſunt, veterem iſtum Philippum Macedonem, omnium technarum artificem ſummum.

Is enim, velut è ſpecula quadam, Libertati omnium inſidiatus, dum contentiones Civitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter, victoreſque ſubire regiam ſervitutem coëgit. Ita Græciæ Civitates, dum imperare ſingulæ cupiunt, Imperium omnes perdiderunt: Quippe, in mutuum exitium ſine modo ruentes, omnibus perire, quod ſingulæ amitterent, non, niſi oppreſſæ, ſenſerunt. (*b*)

CAPUT

(a) *In diſcurſu* vom Reichs-weſen / *de Anno* 1614. (b) *Iuſtinus l.* 8. *hiſtor.*

CAPUT II.

De ſecundâ STATUS RATIONE, *qua in eo conſiſtit, ne ſummus Magiſtratus, ſeu Principatus, in unâ Familiâ nimis continuetur.*

SECTIO I.

Principatus in unâ familiâ non diu continuandus.

Secundo in Principatu, ſive ariſtocratico Imperio, in quo tamen unus aliquis, tanquam primus ordine ac præcipuus Princeps directorium obtinet, maximè attendendum eſt, ne in una quadam familia, per aliquot vices, ſummus is Magiſtratus continuetur. Alioquin ea familia paulatim plus juris, quàm alii habent, ſibi in Imperio arrogabit, & libera electione delatum, principatum, in hæreditarium vertet dominatum; nec ſemel adeptam, & longius continuatam Imperii quaſi poſſeſſionem (tanquam jam non parendi ampliùs, ſed imperandi aſſueta) facilè extorqueri ſibi patietur.

Legimus Romæ olim M. Rutilium Cenſorinum, iterum Cenſorem creatum, Populum ad concionem vocaſſe, graviſſimaque oratione corripuiſſe; quod eam poteſtatem bis ſibi detuliſſent, cujus, quia nimis magna videretur, tempus Majores arctandum judicaſſent: Quare eodem, ut Plutarchus refert, cenſente, lata Lex eſt, ne cui bis eum Magiſtratum ambire liceret. *(a)*

Si in Cenſoria dignitate, (quæ tamen temporalis eſt) periculoſum antiquitus viſum, ut idem bis eandem dignitatem obtineret: Quanto majore cum Libertatis diſcrimine, Imperatoria dignitate, quæ perpetua

(a) *Clapmar. l. 2. 10.*

petua eſt, ac facilius in tyrannidem degenerare poteſt, id fiet, ſi, ex eâdem familiâ, plures perſonæ, continuata, eam ſerie poſſideant?

Leone X. Pontifice, qui ex Medicæorum familia oriundus erat, mortuo, cum Julianus Medicæus Pontificatum ambiret, multis Cardinalibus, defuncto Pontifici alium, ex eâdem familiâ ſubrogari, ut quod, quaſi hæreditario jure in Pontificatu ſuccedendi, exemplum foret, valdè perniciosum videbatur. (a) Nec tamen ex eo metuendum fuit, Pontificatum fieri poſſe hæreditarium.

Quanto magis nobis præcavendum fuerat, ne in eâdem Domo pluries continuaretur Imperium? Quod olim hæreditarium ac Monarchicum fuit, facilèque ad priſtinam naturam ſuam reverti poſſe, præſumitur.

Hinc certè prudentiſſima, nec flocci facienda eſt, Innocentii III. Pontificis, circa Philippi, Ducis Sueviæ, electionem, conſideratio. (b) Quod, ſi prædictus Dux Imperium obtineret, Libertas Principum in electione periret, &, Imperium obtinendi de cætero, cæteris fiducia tolleretur. Nam ſi, prout olim frater dicti Ducis Patri eorum, ſic Dux ipſe fratri ſuo ſuccederet, videretur Imperium non ex electione, ſed ex ſucceſſione deberi: Et in præjudicium Principum redundaret, ſi non, niſi de Domo Ducis prædicti, videretur aliquis ad Imperium aſſumendus.

Nec de nihilo eſt, quod Guicciardinus, ex Franciſci Galliarum Regis mente, hac de re ſcripſit. (c) id, quod jam uni, jam alteri, ſuffragijs tribuendum erat, in eâdem ſtirpe

(a) *Guicciard. lib. 14 hiſtor.* (b) *in cap. venerabilem* §. *inſuper* 51. *De elect.* (c) *lib. 3. hiſtor.*

ſtirpe ferè hæreditario jure permanere cœpiſſe, eumque eligendi modum, quo à proximis, ex defunctorum ſtirpe recedere non auderent, ſucceſſionem appellari poſſe. Sic ab Alberto Auſtrio Imperium ad Fridericum, ejus fratrem; à Frederico in Maximilianum, ejus filium, veniſſe; & nunc de eo, à Maximiliano in Carolum nepotem transferendo, agi.

Hæc, eo tempore, Franciſcus Galliæ Rex, quæ Guicciardinus literis conſignata reliquit. Quid vero, aut ille ſentiret, aut hic ſcriberet, ſi Caroli ambitu Ferdinandum, fratrem, poſt electum, ſi eundem Carolum, mox facti pœnitentem, audiſſet, omnem movere lapidem, quò Fratrem, præſtitâ aliâ competenti ſatiſfactione, amicè ab Imperio amoveret, idque in filium ſuum continuaret. (*a*) Si denique Ferdinandi poſteros, ad hunc uſque diem, ſceptro imperiali potiri vidiſſet?

Quod periculum, Libertati ſuæ, ab hac Auſtriacorum Principum continuatione imminens, cum eminùs præviderent Proteſtantes Principes, in conditionibus, quas, de Rege Romanorum creando, propoſuere, poſtularunt: Ne ex eadem Principum familia tres Reges ordine crearentur, vitandæ cauſa præſcriptionis, (*b*) **Daß aus keinem Fürſtlichen Hauſe/ drey Könige nach einander erwälet/ oder genommen ſolten werden/ damit die Freyheit der wahl der Perſonen halben/ nicht in eine verjägrung/oder Gerechtigkeit geführet möchte werden.** (*c*)

Sed

(a) *Thuan. lib. hiſtor. & Laurentius Surius in continuat Naucleri.* (b) *Sleidan lib. 8. hiſtor.* (c) *Actum & productum Svveinfurti, An.* 1532. *regiam Electionem concernens apud Goldaſt parte* 2. **Politiſcher Reichs-händel**/*tit.* 4.

Sed id ab Electoribus noſtris neglectum.

Sed Electorum noſtrorum ſtupore & ſocordiâ, an malitiâ dicam, factum eſt, ut, nec nos meminerimus, nec Patres, aut Majores noſtri, ab aliis, quàm Auſtriâcis, Imperatum eſſe, meminerint.

Quaſi Domus Auſtriaca, ſola, Imperialis ſe culminis dignam hucuſque præſtiterit, aliæ vero Principum familiæ, Imperatoriarum virtutum expertes Imperiique minus capaces ſint: Cujuſmodi (ſi parva licet componere magnis) Norimbergæ, familiæ quædam, Patritiæ quidem, ſed ad Senatoriam dignitatem inhabiles, reperiuntur.

Mortuo Romulo, Sabini, ſui corporis Regem creari volebant: Ne, quia poſt Tatii mortem, ab ſuâ parte non erat regnatum, in ſocietate æquâ, poſſeſſionem Imperii amitterent. (a)

Nonne, apud nos, & in noſtro Imperio, alias Principum familias, à quarum parte tot annos regnatum non eſt, jamdudum Imperii poſſeſſionem amiſiſſe, dicendum eſt.

Objectio Electorum.

Scimus hic obtendi, Imperii redituum tenuitatem, quæ non paſſa ſit, aut patiatur, alium eligi Imperatorem, quàm, qui ſuis ſumtibus Majeſtatem Imperii tueri poſſit: Et tales ſolos eſſe Auſtriacos; qui ditionum amplitudine, reliquos omnes Germaniæ Principes antecellant.

Reſponſio ad eandem.

Sed, ſi Imperator propriis ſumptibus Majeſtatem Imperii tueri debet, jam actum eſt de Libertate: Habet enim Imperator, quod Imperio imputet; ac ratione impenſorum ſumtuum, plus juris ſibi in Imperio arrogare poteſt, quàm ex primâ electione ipſi competit.

Prudentiùs Electores feciſſent, ſi, Majorum exemplo,

(a) *Liv. lib.* 1. *hiſtor.*

exemplo, inſignem ſemper virtute Virum, licet mediocriter potentem, aut divitem, ſummæ rerum præfeciſſent; neve neceſſaria, ad dignitatem Imperii conſervandam, illi deeſſent, ordinario aliquo tributo, Ordinum conceſſu, quotannis indicto, certam ſummam ad Imperatoris ſumtus deputaſſent: Reliquâ pecunia, in communes uſus, aſſervatâ.

Aut ſi Electores hi, quod audiunt, Patriæ Patres, ac velut Columnæ proceres, ſacrum Imperii ædificium, circumſpectæ prudentiæ, ſolerti pietate ſuſtentantes (ut Carolus IV. (a) eos vocat) reverà eſſe voluiſſent; iſtos Imperii reditus, quos idem Carolus IV. ut Wenceſlaum ſuum, monſtrum illud hominis, ad ſummam Imperii dignitatem eveheret, in ipſos turpiter abalienavit, (b) & ipſi turpiter, malaque fide adhuc poſſident, reſtituere Imperio, ad ſuſtinendos communes ejuſdem ſumtus, & Imperatoris perſonam, pro dignitate, competenti modo ſuſtentandam, debuiſſent.

SECTIO II.

Nec Auſtriaci in arripiendo, velut per modum hæreditatis, Imperio, ſegniores, quàm Electores, in deferendo, proni ac faciles extiterunt. Vivi enim adhuc plerique in Domo ſuâ ſucceſſorem quæſiverunt: Ne, ipſis defunctis, alteri forſan familiæ, ad imperatorium nomen ullus pateret aditus.

In monarchico quidem, ac hæreditario Imperii ſeu Regiminis ſtatu, ſolenne & utiliſſimum eſſe, haud diffitemur, ne ſucceſſor in

(a) *Aureâ Bullâ c. 2.* (b) *Æneas Sylvius c. 3. hiſt. Bohem.*

in incerto ſit: (*a*) Sic enim pravæ aliorum ſpes cohibentur. (*b*)

Quemadmodum Tiberius Druſum, vivus, ſummæ rei admovit: Ne, ſi extra Domum Auguſti Succeſſor quæreretur, memoria Auguſti, nomenque Cæſarum in ludibria verteret. (*c*)

In Ariſtocratica vero Reipubl. forma, ubi unus aliquis præcipuus Princeps eſt, ac directorium gerit, periculoſum id, & mali exempli, exiſtimatur.

Vivo Principe ſucceſſor non eſt eligendus.

Hinc, cum Dux Venetorum, Mauritius Galbius effeciſſet, ut filius ſibi in principatu Collega daretur, dicitur, id feciſſe pernicioſo, ad poſteros, exemplo: (*d*) Et Dominicus deinde Flabonicus, Legem, Reipubl. utiliſſimam, rogavit; ne poſteris Ducibus, Collegam ſumere in Imperio, quod ſuperiores plerique fecerant, jus porro eſſet: (*e*) Quod impoſterum, ut Reipubl. ſalutare, ſervatum eſt. (*f*)

In Poloniâ, cum à Sigiſmundo Rege id tentaretur, interceſſit Senatus: ac tametſi è Republ. eſſe videretur, ut ſeditionibus occurri poſſet; id tamen Poloni metuerunt, ne creatio Regum Senatui, populoque, perpetua hujuſmodi ſucceſſione, eriperetur. (*g*)

In Bohemiâ quoque & confederatis eidem ditionibus, ſerò ſapuerunt Phryges, quandò, ultima confœderatione, (*h*) expreſsè,

(a) *Tac. l. 33. ann.* (b) *Ibid. Scipio Ammir. l. 1. differt. in Tac. diſc. 2.* (c) *Tac. l. 5. annal.* (d) *Leander Albertus in Vrbis Veneta deſcriptione.* (e) *Idem ibid. & Donatus Iannottus de Republ. Venetâ.* (f) *Sigon. l. 8. de Regno Italia.* (g) *Bodin. lib. 2. de Republ. cap. 3.* (h) *initâ Praga 13. Iul. Anno 1619.*

hac de re, ſibi proſpexerunt, Es ſolle ins künfftige bey lebzeiten eines regirenden Königs/ kein ander deſignirer, viel weniger zum Könige erwählet oder gekrönet werden/ es ſey dann daß die Vnirten Lande / es ſelbſt vor eine Nohtdurfft erachten vnd begehren würden.

Quæſtio iſta quidem, de libera Bohemorum electione, varie diſceptata, & adhuc indeciſa ſub Iudice lis eſt: Auſtriacis ſucceſſionem prætendentibus; illis è contrà electionem adſtruentibus.

Nec poſteriores hi rationibus ſuis, & ipſorummet Auſtriacorum teſtimonio, quo nullum fortius argumentum eſt, deſtituuntur.

Nam, ut Ferdinandi I[mi]. recognitionem, (a) qua is *ſe à Bohemis ex ſuâ liberâ, & bona voluntate, juxta Libertates Regni, non ex aliquo debito, in Regem electum*, faſſus eſt, omittamus; quia illam Ferdinando, in publica diæta, Anno 1545. redditam, aliaſque literas, diverſi tenoris, huic ſubſtitutas, adverſarii aſſerunt: (b) Non minus apertè Rudolphus Imperator ſcripſit, (c) Haben berührte Stände des Königreichs Böhmen / nach gehabter fleiſſiger / vnd vnterthäniger berahtſchlagung dieſes/von vns jhnen gethanen fürtrages / gedachten vnſerm geliebten Brudern / auff vnſeres/ des Königs zu Böhmen / gnädigſtes erſuchen vnd bewilligen/ aus guten freyen Willen / ordentlich für einen Ex[illegible] anten, oder anwarter der Cron Böhmen vñ künfftigen König angenommen.

P Idem-

(a) *De dato Viennâ* 13. *Decembris Anno* 1526.
(b) *Lundorp. tomo* 1. *actor. publ.* 2 *c.* 17. *&* 18.
(c) *In ſummaria & ultima reſolutione, Archi-Duci Matthia, & Ordinibus Moraviæ data die Martis poſt Iohannis Baptiſta Anno* 1608.

Idemque electionem hanc vocavit, (*a*) eine freywillige Wahl.

Conſimili verborum formulâ Matthias uſus legitur, (*b*) Daß die Stände jhn / aus jhrem guten vnd freyen Willen / zum Exſpectanten des Königreichs Böhmen erwehlet. Item, daß jhnen ſolche freye Wahl / an dero Rechten / Ordnungen / Privilegien, &c. zu keinen nachtheil / vnd ſchaden gereichen ſolle.

Nec prius, quam cum defunctus Ferdinandus Regno obtruderetur, Electionis nomen uſurpari deſitum, reperitur.

Sed quæſtio iſthæc hujus loci non eſt, nec nos eam noſtram facimus: Si quod tamen Bohemis, liberè eligendi jus fuit, quin, hoc procedendi modo, paulatim labefactârint, penitus tandem obliterari ſiverint, nullatenus dubitamus.

Quia libera electio impeditur per Principem. Nam ſummus iſte in Republ. Princeps, ſi, illo vivo, ſucceſſor deſignetur, his quibus eligendi jus eſt, ſeſe admiſcet; officium eorum, quo minus liberè eligere poſſint impedit: vota ſeu ſuffragia, ambitu ac largitionibus, prece precíove expugnat; &, ut in filios ſuos, aut propinquos, qualeſcunque iſti ſint, dignitas continuetur, manibus pedibusque allaborat. Vnde ſenſim erepta ſuffragia Populis, oblivione ſepeliuntur: (*c*) Quemadmodum in Imperio noſtro ſeptem Germaniæ Proce-

rum

(a) *In obligatione Bohemiæ Ordinibus datâ Pragæ Die Saturni poſt Corporis Chriſti Anno eod.* (b) *In obligatione Bohemiæ Ordinibus data in Caſtris die Martis poſt Iohannis Baptiſtæ Anno eod. apud Lundorp. d. loco cap. 24.* (c) *Bodin. lib. 2. de Republic. cap. 3.*

rum ſuffragationem penitus obſoleſcere, jam olim Iovius ſcripſit. (a)

Tentatum id jam olim, à Rudolpho Habsburgico; qui Conventum Principum ſolennem celebrans in Francorfordiâ, multis precibus, promiſſionibus, viis & modis, Principes conatus eſt inducere, ut filium ſuum, Albertum Ducem, in Regem eligerent: Quod facere Principes omninò recuſabant, dicentes, ſe jam habere Regem, nec duos poſſe nutrire Regnum, cum uno ſatis admodum Reſpublica videretur eſſe gravata. (b)

In Imperio noſtro tamen factum.

Tentatum id iterum, noſtro Imperio, à Frederico III. & Maximiliano I. filio ac Patre, deinde à Carolo V. & Ferdinando I. Fratribus, & quidem, ob Principum noſtrorum inſcitiam, felicius.

Elector quidem Saxoniæ poſterioribus his, iſto, cum aliis aliquot Principibus, pro Libertate, ac Aureâ Bullâ tuendâ, fœdere, reſtitit; ſed ſtulto reliquorum Electorum ac Principum conſenſui, ipſe, cum conſortibus, cedere tandem coactus fuit.

Quanquam autem, prætextu neceſſitatis, electio Ferdinandi I. palliaretur, ac ideò facta diceretur, ut Ferdinandus, in Fratris ſui (qui, ob variorum Regnorum adminiſtrationem, præſens ſemper in Imperio eſſe non poterat) abſentia provideret, ne quid Reſpublica caperet detrimenti: Abſque tamen hoc prætextu; Ferdinandus I. & Maximilianus II. idem, nec irrito conatu, moliti ſunt. Licet enim in Imperio ſemper præſentes eſſent, vivi tamen, uterque, filios ſuos, indubitatos, indignitatis Imperatoriæ ſucceſſores viderunt.

P 2 Mat-

(a) *lib. 5. Elogiorum in Maximiliano* Imo. (b) *Abbas Trithemius in Chronico Hirſaug & Spanheim ſub Anno* 1291.

Matthias Imperator quæ animo conſilia volutârit, ex fratris Maximiliani diſcurſu patet, ſive conſilio, (*a*) quod eo collimat; non modo, vivo Imperatore ſucceſſorem eligi, ſed & deſignationem ejuſdem Succeſſoris, Imperatori relinqui debere daß in allwege Ihr Keyſerlichen Mayt. die deſignation, ſalva electione, heimgeſtellet werde. Quod quid aliud eſt, quàm verbis electionem liberam relinquere, re vero ipſa, ad hunc vel illum eligendum, Electorum vota adſtringere?

Sed hoc conſilium cum propalatum, non ab aliis modo Ordinibus, verùm ipſo quoque Saxoniæ Electore in ſiniſtram partem acciperetur. daß ſolches der güldenen Bulla, der Chur-Fürſten Hoheit und præeminentz / und dem herkommen zu nahe gehe: (*b*) Maximilianus per Legatum ſe excuſavit, ſuumque eſſe negavit.

Qua in legatione verſipellem Auſtriacæ Domus genium notare lubet.

Legatus enim hic ad id, ut ſcrupulum iſtum Electori eximeret, ſpecialiter miſſus, Diſcurſum iſtum ſive conſilium, prout ab Electore ipſi erat exhibitum, pro Maximiliani non agnoſcebat, ſeque authenticum exemplar communicaturum, ultro offerebat. Mox cum, pôſt audientiam, id ab eo peteretur, Secretarii ſui incuriâ domi relictum, ridiculè ſatis conqueſtus eſt, pollicituſque ſimulac eo reverteretur, illud iri tranſmiſſum.

Poſt

(a) *Cæſari tradito Pragæ* 19. *Februarii An.* 1616 *quod exſtat apud Lundorp. tomo* 1. *actor. publ. lib.* 2 *c.* 1. (b) *Reſponſum Electoris Saxoniæ ad propoſitionem Domini de* Weſternach / *datum Dreſdæ* 8 *Octobris Anno* 1616. *apud Lundorp. tomo* 2. *actor. publ. lib.* 3. *tractat.* 3. *pag.* 639.

Poſt longas tamen moras promiſſi fides nuſquam apparuit: Et adhuc hodie, num illi ſatisfactum ſit, incertum eſt. (*a*)

Ita Maximilianus hic quoque moderati alias, ut ferunt, ingenii Princeps, per ambitionem, Auſtriacæ Domui inſitam, ad electionem, juraque Imperii, conſiliis ſuis infringenda, cumque id animadverteretur, ad conſilia ſua illaudatis fallaciarum technis ac ſutelis convellenda, dilapſus eſt. Sed hæc obiter.

Tandem, quid defunctus nuper Ferdinandus, jam tum Anno 1630. in Collegiali Electorum Conventu molitus, quidve tandem ultimo, Anno 1636. Ratisbonæ habito conciliabulo, emolitus ſit, nemini obſcurum eſt.

Unde Imperium hodie hæreditarium videtur.

Hinc evenit, ut facilè credamus, inquit Iovius, (*b*) auguſtam hanc Romani Imperii dignitatem, ad Auſtriacos Principes fatali quodam jure perveniſſe: Quando jampridem abolita ſit militaris acclamationis conſuetudo, qua Imperatores olim in caſtris apud Exercitum fiebant; & ipſa etiam ſeptem Germaniæ Procerum ſuffragatio penitùs obſoleſcat. Toto ſcilicet, hoc honore, per manus præpotentium Cæſarum, legitimè tradito, confirmatoque, qui tam altas jecit radices, ut in una familia, non dubia hæreditatis intercisa ſerie, decentius atque ſtabilius effloreſcat.

Quod ſi, jam Iovii tempore, certum aliquod jus in Imperio habere, Auſtriaci viſi ſunt: Quanto magis noſtro? Quo, per continuam ſucceſſionem, novem *quinque* Imperatorum,

P 3

(a) *Reſponſio ad Cancellariam Anhaldinam parte 2. cap. 5. apud Lundorp. d. tomo. 2. lib. 2 tractat. 1. part. 338.* (b) *lib. 5. Elegiorum ſub Maximiliano I.*

torum, aut *ſex* decem, ſi hodiernum Ferdinandum III. his annumerare voles, idipſum ſtabilitum eſt.

Objectio. Dicat hic aliquis, continuationem iſtam Imperatoriæ dignitatis in Domo Auſtriacâ per modum liberæ Electionis factam; ſalvo ac integro manente ſemper Imperii jure: nec in ultimâ iſtâ Ferdinandi III. electione Patrem ipſius id negare auſum. Sic enim ſcribit, (a) Ihre Chur-Fürſtliche Genaden vnd Durchl. ſollen nicht dafür halten / daß Ihre Keyſerl. Mayt. durch dieſe Handlung vnd beförderung (ſcil. des Sohns zur Römiſchen Cron) dem heiligen Reich / die freye Wahl / Libertet, Hoheit / vnd reputation, oder Ihr Chur-Fürſtl. Gnaden vnd Durchl. an ihrer præminentz / Würden / vnd alten löblichem herkommen vnd Gerechtigkeit / nichts im wenigſten zu ſchmälern oder abzubrechen / beſondern vielmehr bey ſolchem allen getrewlich zuerholen vnd handzuhaben gedencken / dann ſie ſich ihrer Wahl-Capitulation Gnädigſt wohl erinnern / vnd ſeynd dißfals nichts anders vorzunehmen / vñ zu handlen bedacht / dañ was andere ihre löbliche Vorfahren / in dergleichen fällen gethan haben / vnd dem heiligen Reich an ſeinen Liberteten / Freyheiten vnd alten guten gewohnheiten vnabbrüchig geweſen iſt.

Reſponſio. Sed conſtat ſanè ex his, antiquam illam eligendi libertatem, verbotenus adhuc hodiè, Imperio ac Electoribus eſſe ſalvam: Electionis enim nomen, imago, ac titulus ubivis prætenduntur, & ſolennia ſunt.

De re tamen ipſâ valdè eſt, quod ambigamus: Cum Domus iſta tam altas, perpetuæ ſucceſſio-

(a) *In propoſitione habita Ratisbonæ Anno* 1636. 15. *Septemb.*

ſucceſſionis, in Imperio radices egiſſe videatur, ut non ſine magno motu, & publicæ rei incommodo, convelli poſſit. Quod tunc demum apparebit, ſi Electores periculum faciant, quam liberum ipſis eligendi ſuperſit arbitrium.

Nulli enim dubitamus, quin divina, humanaque mixturi ſint Auſtriaci, ima ſummis permutaturi, ac extrema quæque auſuri, priuſquam admittant, ut alius, quàm ex hac familiâ, Imperator eligatur: Nôrunt enim faſtigium ſuum declinare, ſi eripi Domui ſuæ Majeſtatem Imperii patiantur. (a)

Caput III.

De tertia Status Ratione, *qua conſiſtit in eo, quod communi omnia conſilio peragi debeant; ubi in ſpecie, de Comitiis.*

Sectio I.

Tertio in ejuſmodi Reipubl. formâ, de qua impræſentiarum agimus, apprimè eò laborandum eſt: Ut, ſi uni principales demandare partes placuerit, cujus officium ſit, moderari ac dirigere cujuſque functionem, ad commune bonum, & ad Reipubl. unionem, (quemadmodum de Venetorum Duce Contarenus (b) ſcribit) Proceres tamen ac Optimates, capulum ipſimet in manibus ſemper retineant, & ea, quæ Reipubl. ſummam concernunt, non per illum unum ſolum, ſed communi omnium conſilio, expediantur.

(a) *Daniel Eremita in itineris Germanici deſcriptione Anno* 1609. (b) *lib.2. de Republ. Venet.*

Nam, ſicut in Monarchia ea conditio eſt imperandi, ut non aliter ratio conſtet, quàm ſi uni reddatur: Ita, econtrario, vis principatus planè reſolvitur, ſi cuncta ad Senatum vocentur. *(a)*

Comitia olim ordinaria & annua.

Huic rei ſummè idonea ſunt Comitia, in Imperio noſtro quotannis olim celebrari ſolita: Vnde vocantur, *(b)* Die jährliche verſamlung der Chur-Fürſten / Fürſten / Prælaten/ Grafen/ Herren/ Stände vnd Botſchafften

De quibus conſtitutum, quod, ad minimum, menſem totum durare debeant, Sie ſollen/ auffs wenigſte ein Monat bey einander bleiben. *(c)* Et, in quibuſlibet Comitiis, certum tempus, ac locus, futurorum Comitiorum, præſtituta ſunt, die Stände haben ſich betragen/ Tag vñ Mahlſtat/ des nechſt zukünftigen jährlichen zuſamenkommens. *(d)*

Quorum origo antiqua;

Quod ipſum, ex antiquiſſimis Conſtantini, Pipini, & Caroli M. inſtitutis, originem traxiſſe videtur: Licet, quoad poteſtatem, iſta Comitia cum noſtris comparanda non ſint.

Conſtantinus enim, jam tum Anno 411. Comitia annua, in Vrbe Arelatenſi celebranda eſſe, voluit. *(e)*

Pipinus quoque, ſingulis penè annis, placitum ſuum habuiſſe legitur. *(f)*

Et

(a) *Tac. lib. 1. annal.* (b) *Pax publica de Anno* 1495. *tit.* von der überfahrer des Friedens enthaltung. *Confirmatio Pacis publica de eod. Anno tit.* daß ein Reichs-tag ſol ein Monat wehren. (c) *d. Confirmatio Pacis Publica d. tit.* (d) *d. Confirmatio in fine princ* (e) *Goldaſt. tomo 3. conſtit. Imper. p. 1.* (f) *Rhegino lib. 2. chronic.*

Et Carolus M. conſtituit, ut ſemel in anno placitum teneretur, in quo generalitas univerſorum Majorum, tam Clericorum, quam Laicorum conveniret: Ac per hoc placitum ordinabatur ſtatus totius Regni, ad anni vertentis ſpatium: Quod ordinatum nullus eventus rerum, niſi ſumma neceſſitas, quæ ſimiliter toti Regno incumbebat, mutabat. (*a*)

Originem ergò, ut diximus, horum annuorum Comitiorum, ad Caroli M. tempora referre quidem licet; qua de cauſa Ludovicus Pius, ejuſdem Caroli filius, adminiſtrationis partem, jam ſuo tempore, apud Proceres Imperii eſſe, confeſſus eſt: (*b*) Proceſſu verò temporis, Procerum poteſtas, in Comitiis ſenſim magis, magiſque aucta, adeò in immenſum excrevit; ut, qui antiquos illos Conventus, qui ab arbitrio ac nutu Imperatorum toti dependebant, hodiernis noſtris Comitiis æquiparare velit, is muſcam comparet elephanto.

In his ergò annuis Comitiis, quicquid Pacem publicam, ſententiarum latarum executionem, commune bonum, & Imperium ipſum concernebat, tractabatur, **Was die Chriſtenheit/das heilige Reich / gemeinen Nutz / und anders betreffen thut.** (*c*) Adeoque Patrum memoriâ omnis ferè Imperii adminiſtrandi vis ac poteſtas, penes Comitia fuit. (*d*) *Sed non poteſtas.*

P 5 Nec

(a) *Hincmarus, Rhemenſis Archi-Epiſcopus epiſt. 3. c. 29. quem refert Goldaſt. d. tomo 3. in prolegom.* (b) *Capit. l. 2. c. 2 vide* **Lehman in Speyriſcher** *Chronica lib. 2. cap 4* (c) *d. Confirmatio Pacis publica in princ. Ordinatio Regimenti de Anno* 1500. *tit.* **von den zwanzigen.** (d) *Paurmeiſt. lib. 2. de juriſd. c. 2. n. 111. edit. poſter.*

Aliquandò etiam extraordinaria.

Nec intermedio tempore, Imperator, abſque Ordinum conſenſu, de rebus publicis ullo modo, ſtatuere potuit. Si quæ enim intereà emergebant, in quibus periculum erat in morâ, nec futurorum comitiorum tempus exſpectari poterat, Ordines Imperii, eâ de causâ, extra ordinem convocandi fuerunt, So der Handel dermaßen geſtalt ſeyn würde/ daß der Jährlichen verſamlung aus Nohtdurfft nicht zuerwarten wäre/ geben wir hiemit Macht vnſerm Kammer-Richter / von vnſert wegen/ vns / vnd die Chur-Fürſten / Fürſten / vnd Stände des Reichs/ fürderlichen an gelägene Mahlſtat zubeſchreiben / dahin wir vnd ſie/ oder vnſer vnd ihre Anwälde/ treffentlich kommen oder mit Macht ſchicken wollen/ vnd ſollen/davon zu rathſchlagen/ vnd mit Macht zu handlen. (a)

Quibus extraordinariis Conventibus haud fuiſſet opus, ſi Imperatori ſoli, abſque Procerum conſenſu, in caſibus novæ emergentis neceſſitatis, publica negotia expedire licuiſſet.

Quia autem ejuſmodi negotia, in quibus periculum erat in morâ, multa incidebant quotidiè, & annui iſti Ordinum conventus nimios ſumtus exigebant; adeo ut Ordinibus valdè eſſent onerosi, nec hac tamen viâ, communi bono ſatis proſpectum: Ideo, annua iſta Comitia, ſubrogato in eorum locum Regimento, abrogata, (b) Regimento vero poſt exſpirante, Anno 1512. de novo introducta ſunt.

(a) *d. Pax publ. de Anno* 1495 *tit.* von der überfahrer des Friedens enthaltung/ &c. (b) *d. Ordinatio Regiment. d. tit. & Declaratio pacis publ. de Anno eod. tit.* von des Regiments Macht wider die Friedbrecher.

ſunt. (*a*) Donec, reſtituto à Carolo V. Regimento, iterùm tollerentur. (*b*)

Extraordinaria tantum in uſu manſere.

Nihilominus, ubi de rebus magni momenti agendum erat, extra ordinem Comitia indici, in more manſit: Quæ poteſtas Regimento olim competiit; poſt, ut diximus, in Imperatorem ac Electores tranſlata eſt.

A Ferdinando, ut tyranno planè intermiſſa ſunt.

Quod ſi illud Politicorum verum eſt: Comitiis ſublatis, nullam eſſe Libertatem; (*c*) ſed, econtrà, Comitia frequentiſſima in Rebuſpub. omnino liberis, vel ſaltem mixtis reperiri, parciora ſub Monarchis; nulla ſub Tyrannis. (*d*) Libertatem nobis nullam reliquam supereſſe, & Ferdinandum defunctum Tyrannum exſtitiſſe, quis negaverit?

Comitia enim, ad Ferdinandi uſque tempora, frequentiſſimè habita, ab eodem Ferdinando planè intermiſſa ſunt.

Eodem modo idem ipſe Ferdinandus, vivo adhuc Matthiâ, Rex Bohemorum deſignatus, eorundem privilegia labefactare aggreſſus eſt: Vnde, inter alia, non poſtrema præſentium turbarum origo.

Cum namque ſollicitus eſſet, quo pacto Domui ſuæ Regnum Bohemiæ mancipari poſſet, viſum fuit optimum ac compendioſiſſimum factu, Conventibus publicis, ſive Comitiis, annuatim celebrari ſolitis; quàm longiſſimè Ordines arcere. Gnarus enim erat, hoc pacto, privilegia propemodum

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1518. *item* haben wir vnd die Stände. (b) *Conſtitutio Pacis publ. de Anno* 1521. *tit.* von des Regiments Macht wider die Friedbrecher. (c) *Guicciard. lib. I I. hiſtor.* (d) *Heiderus in ſyſtem. Polit. capite* 1. *pag.* 428.

omnia à ſtirpe recidi; Libertatis vero campum coanguſtari poſſe. (a)

Reſpondetur ad Ferdinandi excuſationem.

Nec injuria noſtrorum temporum, & bellicorum motuum, qui univerſalem Ordinum Conventum vix unquam permiſerint, eum excuſabunt, daß Ihre Keyſerliche Mayt. mit groſſer Mühe / bey der im Reich bißher geſchwebten verderblichen vnruh vnd Kriegen / mit einen oder zween particular Convent, eines allgemeinen Reichstags zugeſchweigen / erhalten können (b)

Si enim non priùs, certè poſt Danicum bellum, Anno 1629. tranſactione Lubecenſi, ſopitum, publicæ res ſatis in tranquillo conſiterunt, nec quiſquam refractarius ferè amplius aut rebellis, (ipſius opinione) qui aliquarum eſſet virium, in Imperio reperiebatur. Ac tum, per univerſalia Imperii Comitia, publica Libertas, publica ſalus, & vacillans adhuc poſt tot bellorum tumultus, publica tranquillitas communi conſilio, melius ſtabiliri potuiſſet: quàm per iſtud, quod Ratisbonæ Anno 1630. habitum eſt, ſolorum Electorum, & quorundam (qui Ferdinandi jurata erant mancipia) Principum conciliabulum.

SECTIO II.

Cauſa principalis intermiſſorum Comitiorum Imperatores ſunt.

CAuſa ergo prima ac principalis ejus, quod Comitia in deſuetudinē venerunt, fuerunt ipſimet Imperatores. Nullorum enim magis, quàm Imperatorum, Comitia intermitti, interfuit: Vt, ſub colore boni publici, ac communis neceſſitatis, adminiſtrationem Imperii paulatim, excluſis Ordinibus, ad ſe traherent.

Hinc

(a) *Thomſonius de cauſis motæ Bohemiæ.* (b) *Replica Cæſaris in Conventu Ratiſbonenſi Anno 1630. de dato 20. Iul.*

Hinc iidem in id ſemper omne ſtudium ſuum callidè intenderunt, ut Ordinibus odioſa redderentur Comitia, eoque nihili ab illis penderentur, nec eorum (in quibus tamen communis Libertatis ſumma conſiſtit) magno tenerentur deſiderio: Et ideò curârunt, ut & infructuoſa ea, & onerosa Ordinibus ſemper eſſent.

Qui Comitia infructuoſa reddiderunt, per omiſſam gravaminum deciſionem.

Inſtructuoſa facta ſunt, per novorum ſubinde gravaminum cumulationem: Ob quam Ordines Imperii in unam ſententiam convenire nunquam potuerunt.

Hæc autem, tantum abeſt, ut Imperatores ſuſtulerint, [illegible] tollere laboraverint, ut ſtudio ipſimet potius auxerint, &, in hunc uſque diem, remedium illis adhibere, ſub certarum excuſationum prætextu, malitiosè diſtulerint: Aliquâ tamen ſemper, qua Ordinum animos lactarent, ſed incerta ſpe, de ea re facta.

Diſcuſſió gravaminum reverà Ordinum eſt.

Diſcuſſio equidem iſta gravaminum, & relevatio ab iiſdem, reverà, & jure ſuo, ad Ordines ipſos pertinet, ac pertinere debet: Gravamina enim, non privatam tantum rem, & particulare cujuſque intereſſe, ſed ſæpius, imo ut plurimùm, publicum Imperii ſtatum, communemque Libertatem concernunt.

Adeoque difficultates hinc inde emergentium gravaminum, ab Ordinibus ipſis expediendæ ſunt; ne, hæc talia mero Imperatoris arbitrio ſubjacere, ſtatuamus.

Vnde rectam olim viam, Anno 1530. inſtiterunt, Ordines Imperii, quandò ipſi de gravaminibus inter ſe tranſegerunt: Cæſare eam tranſactionem poſtea in forma Conſtitutionis promulgante, Haben Geiſtliche vnd Weltliche / ſolche irrung / mängel / vnd gebrech-

gebrechen zuſamen getragen/ſich deren hin vn
her vnterredet / vnd derſelben vnter einand
freundlich vnd gütlich verglichen / vereinige
vnd vertragen : Welche vergleichung wir/ a
ein Römiſcher Keyſer / von jhnen angenom
men/ in Form einer Conſtitution ſtellen / vn
öffentlich haben ausgehen / vnd verkündig
laſſen. (a)

Imperator tamen inter Ordines mediator eſſe poteſt.

Imperatorem tamen in illis, quæ perſona
illius concernunt, inter Ordines controverte
res mediatorem eſſe poſſe, non negamu
Quorſum, Anno 1613. collimârunt Proteſta
ium Legati. (b) Jhre Keyſerliche Mayt.wi
le/ nach dem exempel dero [illegible]chen Vorfa
ren/ Römiſcher Keyſer vnd Könige / auff ei
förderliche interpoſition, in den/wider den a
dern theil/ habenden beſchwerungen/ mit zu
hung friedfertiger Stände/ von beyderley R
ligionen/ Allergnädigſt bedacht ſeyn / darau
vnterhandlung / vnd endlich/ mit allerſei
wiſſenden dingen / eine vergleichung treffen

Idemque adhuc noviſſime, Anno 1619 u
ſerunt, (c) Jhre Keyſerliche Mayt. möch
friedfertige/ vnd vnpaſſionirte Stände d
Reichs zu interponenten verordnen / welc
vnparteyiſche Handlung pflegen / vnd n
möglich / billigmäſſige vergleichung treff
ſolten.

Hodie Imperatores eam ſibi arrogârunt.

Sed, ut alia multa, ita hoc etiam Imper
tores ab Ordinibus, de religione diſſiden
bus, ac inter ſe æmulis,nec,quanti ea res eſ
momenti, advertentibus, extorſiſſe videntu

(a) *Receſſus Imperii eod. Anno* §. weiter na
dem die Geiſtliche (b) *In reſponſo ad Cæſa
reſolutionem de dato Ratiſbonæ* 20. *Aug. An*
1613. (c) *In reſponſo ad Cæſaru propoſitione
de dato Norimbergæ*. 18. *Novemb. Anno eod.*

Et hic pernicioſus diverſarum religionum fructus fuit.

Imperatores vero, poſtquam tanta poteſtas ab Ordinibus ultro illis delata eſt, facillimos ſemper ſe præbuerunt, celerem expeditamque gravaminum diſcuſſionem, ac reſtitutionem benignis verbis promiſerunt. *Sapinſque promiſerunt.*

Ita in tranſactione Paſſavienſi (*a*) Ferdinandus I. Damit der Chur-Fürſt von Sachſen/ vnd ſeine Mitverwandten / ſich nicht zubeſorgen/ daß dieſe handlung erſitzen / vnd nicht zu gebührlichem fürderlichſten ende gelangen möchte; ſo ſollen wir / auch obgedachter vnſer geliebter Sohn / König Maximilian, auch Chur Fürſten/ Fürſten vnd Stände des Heiligen Reichs / die angebrachten beſchwerungen für handen nehmen/ Ihr Keyſerlichen Mayt fürtragen / vnd darauff befürdern / dieſelbe/ ſo viel / der billigkeit nach / gegründet befunden/ auch angeſehen / wie ſich gebühret die güldene Bulla, vnd andere / des Heiligen Reichs/ ordnungen/ vnd alte löbliche herkommen / der Teutſchen Nation zu guter erledigung zubringen/ &c Vnd iſt die Keyſerliche Mayt des gnädigen milden erbietens/ was Ihre Mayt. ſelbſt / inſonderheit/ betreffen mag / ſich in demſelben / aus gnädigem gutem willen / dermaſſen zuerzeigen vnd zu halten / daß gemeine Stände augenſcheinlich ſpüren ſollen / daß Ihre Mayt zum höchſten begehre/ alle ſachen nach der gebühr zurichten/ auch den gemeinen nutz/ihrem eignen beyweit vorzuſetzen / vnd alle ſachen der geſtalt für zunehmen / daß alle Stände ſich deſſelben / der billigkeit nach / gantz wol ſollen haben zuerſättigen.

Simi-

(a) §. Damit der Chur-Fürſt.

Similiter, Anno 1594. promiſit Imperator, (a) Jhr Mayſt. wolle / was zu abhelffung der Stände billigen gravaminum vnd Beſchwerungen dienlich / an förderlichſter erledigung/ nichts ermangeln laßen.

Et Anno 1603. (b) Es ſolle Jhr Mayſt. angelegen ſeyn / wegen der Reichs-Stände/ hiebevor / jhr anbrachter vnd noch ſchwebender beſchwerungen/ über das/ ſo bißhero/ &c. geſchehen/auch künftig zu erledigung derſelben/ das jenige zubefördern/ was dem Keyſerlichen Ambt gebühret/des Reichs Rechten vnd conſtitutionibus gemäß / vnd nach befindung der Sachen geſtalt / verantwortlich / weinigers nichts/zu erhaltung innerlicher Ruhe / guter vertrawligkeit vnter den Ständen / vnd alles Wohlſtands / auch gleichmäßiger Juſtitien im Reiche dienlich ſeyn wird.

Non præſtiterunt. Quis vero neget, quin aurea iſthæc verba ſunt; ſed verba: Quin ſpecioſæ pollicitationes; ſed inanes, & abſque effectu, qui in hunc uſque diem nondum ſubſecutus fuit; & forſan, ſi in ipſorum arbitrio res ſit, ante Calendas græcas non ſubſequetur.

Nam & Frater Rudolphi, Matthias, Fratris veſtigia preſsè in ultimis Comitiis ſecutus eſt: Quamvis Zacharias Geitzkoffler / Vir inſignis prudentiæ, eidem, ſub Imperii ſui incunabula, aurē velleret; ut officii ſui melius, quàm Frater, memor, gravaminibus, ante omnia, mederetur, (c) ſolle fürnemlich dahin ſehen/ daß bey dieſē erſten Reichs-tage/ des Reichs beſchwerden/

(a) *Receſſus Imperii de eod. Anno* §. was dann wir ſamt. *in fine* (b) *Receſſus Imperii de eod. Anno* § gleicher geſtalt (c) *in Conſilio ſive* bedencken wegen des künftigen Reichs-tags *Anno* 1612.

den / ſo viel immer möglich / Haubtſächlichen abgeholffen/ vnd nicht wie vor dieſem geſchehen/ vnd der Teutſchen Nation von fremden/ ohne das / zugemeſſen wird / von einem Convent auff den andern/ vnfruchtbarlich zu des Reichs Ständen / vnd jhrer Vnterthanen euſſerſten Schaden / remitiret vnd verſchoben werde.

Ferdinandus autem defunctus, quomodo Gordium hunc gravaminum nodum, non ſolvere,ſed,velut Magnus aliquis Alexander,gladio concidere aggreſſus ſit,luculentè ſatis noſtra docent tempora: Vnde præſens fundi noſtri calamitas.

Hac vero ſolâ & unicâ de cauſâ, quod, gravaminibus Ordinum non ſubmotis,ſed ab ipſo quoque Cæſare, de novo ſemper auctis, diffidentia & diſcordia mutua, de die in diem creſceret, irrita antehac plerumque fuere Comitia; & magno conatu, magnoque ſumtu, magnæ hucuſque nugæ actæ ſunt. *Hinc irrita plerumque Comitia.*

Vnde, meritiſſimo,de illis hucuſque dici potuit, quod Granzius (a) jam olim dixit: Germani diætam ex diætâ creantes, magis diſtinent, quàm finiunt res cœptas; interque eos cœtus ex cœtu oritur, quaſi fœtus ex matre. Diæta enim non eſt, quin diætam pariat, cum ſit generis fœminini; lepidè iterum & argutè, pro more, ſcripſit Æneas Sylvius (b).

SECTIO III.

PRæterea quoque ſummâ diligentiâ laborârunt Imperatores Auſtriaci, ut Comitia,non niſi oneroſa, Ordinibus Imperii eſſent. *Imperatores Comitia oneroſa reddiderunt,*

Primus enim ac ſummus ferè ſemper articulus ad deliberandum propoſitus de ſubſidiis *per conti-*

(a) *lib.* 11. *VVandal.c.*7. *&* 35. (b) *l.*1. *epiſt.*92.

Nam, ſicut in Monarchia ea conditio eſt imperandi, ut non aliter ratio conſtet, quàm ſi uni reddatur: Ita, econtrario, vis principatus planè reſolvitur, ſi cuncta ad Senatum vocentur. *(a)*

Comitia olim ordinaria & annua.

Huic rei ſummè idonea ſunt Comitia, in Imperio noſtro quotannis olim celebrari ſolita: Unde vocantur, *(b)* Die jährliche verſamlung der Chur-Fürſten / Fürſten / Prælaten / Grafen / Herren / Stände vnd Botſchafften

De quibus conſtitutum, quod, ad minimum, menſem totum durare debeant, Sie ſollen / auffs wenigſte ein Monat bey einander bleiben. *(c)* Et, in quibuſlibet Comitiis, certum tempus, ac locus, futurorum Comitiorum, præſtituta ſunt, die Stände haben ſich betragen / Tag vñ Mahlſtat / des nechſt zukünftigen jährlichen zuſamenkommens. *(d)*

Quorum origo antiqua;

Quod ipſum, ex antiquiſſimis Conſtantini, Pipini, & Caroli M. inſtitutis, originem traxiſſe videtur: Licet, quoad poteſtatem, iſta Comitia cum noſtris comparanda non ſint.

Conſtantinus enim, jam tum Anno 411. Comitia annua, in Vrbe Arelatenſi celebranda eſſe, voluit. *(e)*

Pipinus quoque, ſingulis penè annis, placitum ſuum habuiſſe legitur. *(f)*

Et.

(a) *Tac. lib.* 1. *annal.* (b) *Pax publica de Anno* 1495. *tit.* von der überfahrer des Friedens enthaltung. *Confirmatio Pacis publicæ de eod. Anno tit.* daß ein Reichstag ſol ein Monat wehren. (c) *d. Confirmatio Pacis Publicæ d. tit.* (d) *d. Confirmatio in fine princ* (e) *Goldaſt. tomo* 3. *conſtit. Imper. p.* 1. (f) *Rhegino lib.* 2. *chronic.*

Et Carolus M. conſtituit, ut ſemel in anno placitum teneretur, in quo generalitas univerſorum Majorum, tam Clericorum, quam Laicorum conveniret: Ac per hoc placitum ordinabatur ſtatus totius Regni, ad anni vertentis ſpatium: Quod ordinatum nullus eventus rerum, niſi ſumma neceſſitas, quæ ſimiliter toti Regno incumbebat, mutabat. (*a*)

Originem ergò, ut diximus, horum annuorum Comitiorum, ad Caroli M. tempora referre quidem licet; qua de cauſa Ludovicus Pius, ejuſdem Caroli filius, adminiſtrationis partem, jam ſuo tempore, apud Proceres Imperii eſſe, confeſſus eſt: (*b*) Proceſſu verò temporis, Procerum poteſtas, in Comitiis ſenſim magis, magiſque aucta, adeò in immenſum excrevit; ut, qui antiquos illos Conventus, qui ab arbitrio ac nutu Imperatorum toti dependebant, hodiernis noſtris Comitiis æquiparare velit, is muſcam comparet elephanto.

In his ergò annuis Comitiis, quicquid Pacem publicam, ſententiarum latarum exſecutionem, commune bonum, & Imperium ipſum concernebat, tractabatur, **Was die Chriſtenheit/das heilige Reich / gemeinen Nutz / und anders betreffen thut.** (*c*) Adeoque Patrum memoriâ omnis ferè Imperii adminiſtrandi vis ac poteſtas, penes Comitia fuit. (*d*) *Sed non poteſtas.*

P 5 Nec

(a) *Hincmarus, Rhemenſis Archi-Epiſcopus epiſt. 3. c. 29. quem refert Goldaſt. d. tomo 3. in prolegom.* (b) *Capit. l. 2. c. 2 vide* **Lehman in Speyriſcher** *Chronica lib. 2. cap* 4 (c) *d. Confirmatio Pacis publicæ in princ. Ordinatio Regimenti de Anno* 1500. *tit.* **von den zwantzigen.** (d) *Paurmeiſt. lib. 2. de juriſd. c. 2. n. III. edit. poſter.*

Aliquandò etiam extraordinaria.

Nec intermedio tempore, Imperator, abſque Ordinum conſenſu, de rebus publicis ullo modo, ſtatuere potuit. Si quæ enim intereà emergebant, in quibus periculum erat in morâ, nec futurorum comitiorum tempus exſpectari poterat, Ordines Imperii, eâ de cauſâ, extra ordinem convocandi fuerunt, So der Handel dermaßen geſtalt ſeyn würde/ daß der Jährlichen verſamlung aus Nohtdurft nicht zuerwarten wäre/ geben wir hiemit Macht unſerm Kammer-Richter / von unſert wegen/ uns / und die Chur-Fürſten / Fürſten / und Stände des Reichs/ fürderlichen an gelägene Mahlſtat zubeſchreiben / dahin wir und ſie/ oder unſer und ihre Anwälde/ treffentlich kommen oder mit Macht ſchicken wollen/ und ſollen/davon zu rathſchlagen/ und mit Macht zu handlen. (*a*)

Quibus extraordinariis Conventibus haud fuiſſet opus, ſi Imperatori ſoli, abſque Procerum conſenſu, in caſibus novæ emergentis neceſſitatis, publica negotia expedire licuiſſet.

Quia autem ejuſmodi negotia, in quibus periculum erat in morâ, multa incidebant quotidiè, & annui iſti Ordinum conventus nimios ſumtus exigebant; adeo ut Ordinibus valdè eſſent oneroſi, nec hac tamen viâ, communi bono ſatis proſpectum: Ideo, annua iſta Comitia, ſubrogato in eorum locum Regimento, abrogata, (*b*) Regimento vero poſt exſpirante, Anno 1512. de novo introducta ſunt.

(a) *d. Pax publ. de Anno* 1495 *tit.* von der überfahrer des Friedens enthaltung/ &c. (b) *d. Ordinatio Regiment. d. tit. & Declaratio pacis publ. de Anno eod. tit.* von des Regiments Macht wider die Friedbrecher.

ſunt. *(a)* Donec, reſtituto à Carolo V. Regimento, iterùm tollerentur. *(b)*

Extraordinaria tantum in uſu manſere. Nihilominus, ubi de rebus magni momenti agendum erat, extra ordinem Comitia indici, in more manſit: Quæ poteſtas Regimento olim competiit, poſt, ut diximus, in Imperatorem ac Electores tranſlata eſt.

A Ferdinando, ut tyranno planè intermiſſa ſunt. Quod ſi illud Politicorum verum eſt: Comitiis ſublatis, nullam eſſe Libertatem; *(c)* ſed, econtrà, Comitia frequentiſſima in Rebuſpub. omnino liberis, vel ſaltem mixtis reperiri, parciora ſub Monarchis; nulla ſub Tyrannis. *(d)* Libertatem nobis nullam reliquam ſupereſſe, & Ferdinandum defunctum Tyrannum extitiſſe, quis negaverit?

Comitia enim, ad Ferdinandi uſque tempora, frequentiſſimè habita, ab eodem Ferdinando planè intermiſſa ſunt.

Eodem modo idem ipſe Ferdinandus, vivo adhuc Matthiâ, Rex Bohemorum deſignatus, eorundem privilegia labefactare aggreſſus eſt: Vnde, inter alia, non poſtrema præſentium turbarum origo.

Cum namque ſollicitus eſſet, quò pacto Domui ſuæ Regnum Bohemiæ mancipari poſſet, viſum fuit optimum ac compendioſiſſimum factu, Conventibus publicis, ſive Comitiis, annuatim celebrari ſolitis; quàm longiſſimè Ordines arcere: Gnarus enim erat, hoc pacto, privilegia propemodum

 omnia

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1518. *item* Haben wir vnd die Stände. (b) *Conſtitutio Pacu publ. de Anno* 1521. *tit.* von des Regiments Macht wider die Friedbrecher. (c) *Guicciard. lib. 11. hiſtor.* (d) *Heiderus in ſyſtem. Polit. capite* 1. *pag.* 428.

omnia à ſtirpe recidi; Libertatis vero campum coanguſtari poſſe. (a)

Reſpondetur ad Ferdinandi excuſationem. Nec injuria noſtrorum temporum, & bellicorum motuum, qui univerſalem Ordinum Conventum vix unquam permiſerint, eum excuſabunt, daß Ihre Keyſerliche Mayt. mit groſſer Mühe / bey der im Reich bißher geſchwebten verderblichen unruh und Kriegen / nur einen oder zween particular Convent, eines allgemeinen Reichstags zugeſchweigen / erhalten können (b)

Si enim non priùs, certè poſt Danicum bellum, Anno 1629. tranſactione Lubecenſi, ſopitum, publicæ res ſatis in tranquillo conſtiterunt, nec quiſquam refractarius ferè ampliusaut rebellis, (ipſius opinione) qui aliquarum eſſet virium, in Imperio reperiebatur. Ac tum, per univerſalia Imperii Comitia, publica Libertas, publica ſalus, & vacillans adhuc poſt tot bellorum tumultus, publica tranquillitas communi conſilio, melius ſtabiliri potuiſſet: quàm per iſtud, quod Ratisbonæ Anno 1630. habitum eſt, ſolorum Electorum, & quorundam (qui Ferdinandi jurata erant mancipia) Principum conciliabulum.

SECTIO II.

Cauſa principalis intermiſſorum Comitiorum Imperatores ſunt. CAuſa ergo prima ac principalis ejus, quod Comitia in deſuetudinē venerunt, fuerunt ipſimet Imperatores. Nullorum enim magis, quàm Imperatorum, Comitia intermitti, interfuit: Vt, ſub colore boni publici, ac communis neceſſitatis, adminiſtrationem Imperii paulatim, excluſis Ordinibus, ad ſe traherent.

Hinc

(a) *Thomſonius de cauſis motæ Bohemiæ.* (b) *Replica Cæſaris in Conventu Ratisbonenſi Anno 1630. de dato 20. Iul.*

Hinc iidem in id ſemper omne ſtudium ſuum callidè intenderunt, ut Ordinibus odioſa redderentur Comitia, eoque nihili ab illis penderentur, nec eorum (in quibus tamen communis Libertatis ſumma conſiſtit) magno tenerentur deſiderio: Et ideò curârunt, ut & infructuoſa ea, & onerosa Ordinibus ſemper eſſent.

Qui Comitia infructuoſa reddiderunt, per omiſſam gravaminum deciſionem.

Infructuoſa facta ſunt, per novorum ſubinde gravaminum cumulationem: Ob quam Ordines Imperii in unam ſententiam convenire nunquam potuerunt.

Hæc autem, tantum abeſt, ut Imperatores ſuſtulerint, [illegible] tollere laboraverint, ut ſtudio ipſimet potiùs auxerint, &, in hunc uſque diem, remedium illis adhibere, ſub certarum excuſationum prætextu, malitiosè diſtulerint: Aliquâ tamen ſemper, qua Ordinum animos lactarent, ſed incerta ſpe, de ea re facta.

Diſcuſſio gravaminum verà Ordinum eſt.

Diſcuſſio equidem iſta gravaminum, & relevatio ab iiſdem, reverà, & jure ſuo, ad Ordines ipſos pertinet, ac pertinere debet: Gravamina enim, non privatam tantum rem, & particulare cujuſque intereſſe, ſed ſæpius, imo ut plurimùm, publicum Imperii ſtatum, communemque Libertatem concernunt.

Adeoque difficultates hinc inde emergentium gravaminum, ab Ordinibus ipſis expediendæ ſunt; ne, hæc talia mero Imperatoris arbitrio ſubjacere, ſtatuamus.

Vnde rectam olim viam, Anno 1530. inſtiterunt, Ordines Impetii, quandò ipſi de gravaminibus inter ſe tranſegerunt: Cæſare eam tranſactionem poſtea in forma Conſtitutionis promulgante, Haben Geiſtliche vnd Weltliche / ſolche irrung / mängel / vnd gebrech-

gebrechen zuſamen getragen/ſich deren hin vnd her vnterredet / vnd derſelben vnter einander freundlich vnd gütlich verglichen / vereiniget/ vnd vertragen : Welche vergleichung wir/ als ein Römiſcher Keyſer / von jhnen angenommen/ in Form einer Conſtitution ſtellen / vnd öffentlich haben ausgehen / vnd verkündigen laſſen. (a)

Imperator tamen inter Ordines mediator eſſe poteſt.

Imperatorem tamen in illis, quæ perſonam illius concernunt, inter Ordines controvertentes mediatorem eſſe poſſe, non negamus: Quorſum, Anno 1613. collimârunt Proteſtantium Legati. (b) Jhre Keyſerliche Mayt. wolle/ nach dem exempel dero [illegible]hen Vorfahren/ Römiſcher Keyſer vnd Könige / auff eine förderliche interpoſition, in den/wider den andern theil/ habenden beſchwerungen/ mit zuziehung friedfertiger Stände/ von beyderley Religionen/ Allergnädigſt bedacht ſeyn / darauff vnterhandlung / vnd endlich/ mit allerſeits wiſſenden dingen / eine vergleichung treffen.

Idemque adhuc noviſſime, Anno 1619 urſerunt, (c) Jhre Keyſerliche Mayt. möchte friedfertige/ vnd vnpaſſionirte Stände des Reichs zu interponenten verordnen / welche vnparteyiſche Handlung pflegen / vnd wo möglich / billigmäſſige vergleichung treffen ſolten.

Hodie Imperatores eam ſibi arrogârunt.

Sed, ut alia multa, ita hoc etiam Imperatores ab Ordinibus, de religione diſſidentibus, ac inter ſe æmulis,nec,quanti ea res eſſet momenti, advertentibus, extorſiſſe videntur. Et

(a) *Receſſus Imperii eod. Anno* §. weiter nach dem die Geiſtliche (b) *In reſponſo ad Cæſaris reſolutionem de dato Ratisbonæ* 20. *Aug. Anno* 1613. (c) *In reſponſo ad Cæſaris propoſitionem de dato Norimbergæ*, 18. *Novemb. Anno eod.*

Et hic pernicioſus diverſarum religionum fru-ctus fuit.

Imperatores vero, poſtquam tanta poteſtas ab Ordinibus ultro illis delata eſt, facillimos ſemper ſe prabuerunt, celerem expeditamque gravaminum diſcuſſionem, ac reſtitutionem benignis verbis promiſerunt. *Sæpiusque promiſerunt.*

Ita in tranſactione Paſſavienſi (*a*) Ferdinandus I. Damit der Chur-Fürſt von Sachſen/ vnd ſeine Mitverwandten / ſich nicht zubeſorgen/ daß dieſe handlung erſitzen / vnd nicht zu gebührlichem fürderlichſten ende gelangen möchte; ſo ſollen wir / auch obgedachter vnſer geliebter Sohn / König Maximilian, auch Chur Fürſten/ Fürſten vnd Stände des Heiligen Reichs / die angebrachten beſchwerungen für handen nehmen/ Ihr Keyſerlichen Mayt fürtragen / vnd darauff befürdern / dieſelbe/ ſo viel / der billigkeit nach / gegründet befunden/ auch angeſehen (wie ſich gebühret die güldene Bulla, vnd andere / des Heiligen Reichs/ ordnungen/ vnd alte löbliche herkommen / der Teutſchen Nation zu guter erledigung zubringen/ &c Vnd iſt die Keyſerliche Mayt des gnädigen milden erbietens/ was Ihre Mayt. ſelbſt / inſonderheit/ betreffen mag / ſich in demſelben / aus gnädigem gutem willen / dermaſſen zuerzeigen vnd zu halten / daß gemeine Stände augenſcheinlich ſpüren ſollen / daß Ihre Mayt zum höchſten begehre/ alle ſachen nach der gebühr zurichten/ auch den gemeinen nutz/ihrem eignen bey weit vorzuſetzen / vnd alle ſachen der geſtalt für zunehmen / daß alle Stände ſich deſſelben / der billigkeit nach / gantz wol ſollen haben zuerſättigen.

Simi-

(a) §. Damit der Chur-Fürſt.

Similiter, Anno 1594. promiſit Imperator. (a) Ihr Mayt. wolle / was zu abhelffung der Stände billigen gravaminum vnd Beſchwerungen dienlich / an förderlichſter erledigung / nichts ermangeln laßen.

Et Anno 1603. (b) Es ſolle Ihr Mayt. angelegen ſeyn / wegen der Reichs-Stände / hiebevor / ihr anbrachter vnd noch ſchwebender beſchwerungen / über das / ſo bißhero / &c. geſchehen / auch künftig zu erledigung derſelben / das jenige zubefördern / was dem Keyſerlichen Ambt gebühret / des Reichs Rechten vnd conſtitutionibus gemäß / vnd nach befindung der Sachen geſtalt / verantwortlich / weinigers nichts / zu erhaltung innerlicher Ruhe / guter vertrawligkeit vnter den Ständen / vnd alles Wohlſtands / auch gleichmäßiger Juſtitien im Reiche dienlich ſeyn wird.

Non præſtiterunt. Quis vero neget, quin aurea iſthæc verba ſunt; ſed verba: Quin ſpecioſæ pollicitationes; ſed inanes, & abſque effectu, qui in hunc uſque diem nondum ſubſecutus fuit; & forſan, ſi in ipſorum arbitrio res ſit, ante Calendas græcas non ſubſequetur.

Nam & Frater Rudolphi, Matthias, Fratris veſtigia preſſè in ultimis Comitiis ſecutus eſt: Quamvis Zacharias Geitzkoffler / Vir inſignis prudentiæ, eidem, ſub Imperii ſui incunabula, aurē velleret; ut officii ſui melius, quàm Frater, memor, gravaminibus, ante omnia, mederetur. (c) ſolle fürnemlich dahin ſehen / daß bey dieſe erſten Reichs-tage / des Reichs beſchwerden /

(a) *Receſſus Imperii de eod. Anno* §. was dann wir ſamt. *in fine* (b) *Receſſus Imperii de eod. Anno* § gleicher geſtalt (c) *in Conſilio ſive* bedencken wegen des künftigen Reichs-tags *Anno* 1612.

den / ſo viel immer möglich / Haubtſächlichen abgeholffen/ vnd nicht wie vor dieſem geſchehen/ vnd der Teutſchen Nation von frembden/ ohne das / zugemeſſen wird / von einem Convent auff den andern/ vnfruchtbarlich zu des Reichs Ständen / vnd jhrer Vnterthanen euſſerſten Schaden / remittiret vnd verſchoben werde.

Ferdinandus autem defunctus, quomodo Gordium hunc gravaminum nodum, non ſolvere, ſed, velut Magnus aliquis Alexander, gladio concidere aggreſſus ſit, luculentè ſatis noſtra docent tempora: Vnde præſens ſundi noſtri calamitas.

Hac vero ſolâ & unicâ de cauſâ, quod, gravaminibus Ordinum non ſubmotis, ſed ab ipſo quoque Cæſare, de novo ſemper auctis, diffidentia & diſcordia mutua, de die in diem creſceret, irrita antehac plerumque fuere Comitia; & magno conatu, magnoque ſumtu, magnæ hucuſque nugæ actæ ſunt. *Hinc irrita plerumque Comitia.*

Vnde, meritiſſimo, de illis hucuſque dici potuit, quod Granzius (a) jam olim dixit: Germani diætam ex diætâ creantes, magis diſtinent, quàm finiunt res cœptas; interque eos cœtus ex cœtu oritur, quaſi fœtus ex matre. Diæta enim non eſt, quin diætam pariat, cum ſit generis fœminini; lepidè iterum & argutè, pro more, ſcripſit Æneas Sylvius (b).

Sectio III.

PRæterea quoque ſummâ diligentiâ laborârunt Imperatores Auſtriaci, ut Comitia, non niſi oneroſa, Ordinibus Imperii eſſent. *Imperatores Comitia oneroſa reddiderunt,*

Primus enim ac ſummus ferè ſemper articulus ad deliberandum propoſitus de ſubſidiis *per conti-*

(a) *lib.* 11. *Wandal. c.* 7. & 35. (b) *l.* 1. *epiſt.* 92.

nuas exactiones ad bellum Turcicum.

ſidiis fuit contra Turcam conferendis: Unde non verè minus, quàm mordaciter, pecuniæ collationem adverſus Turcam, omnium plerumque Germanorum Comitiorum ſummam eſſe, Iovius, dixiſſe fertur. (*a*)

Et hunc quidem articulum magno ſemper fervore urſerunt Imperatores, cum tamen Turca, vix ſemel, aut iterum Germaniæ fines attigerit, & principaliter cum Auſtriacis, ratione privatarum ditionum, (Regni nempè Hungariæ) res ipſi fuerit: Reliqua, quæ ipſius Imperii ſtatum principaliter ac eſſentialiter concernebant, obiter ſaltem tractata, & ſæpiuſculè (modo prius illud obtineretur) in aliud tempus rejecta ſunt.

Ita Rudolphus, Anno 1594. Imperii Ordines impensè rogavit, (*b*) **Sie wolten nicht allein/ allen vnd jeden proponirten puncten den Türcken-articul vorſetzen / ſondern / da ſich vielleicht itzo nicht allerdings/ in einer kürtze/ die andern** (ſcilicet, **von handhabung des gemeinen Friedens / vom** Iuſtitien **vnd Müntzweſen/** &c.) **abhandeln lieſſen/ dieſelben/ gar/ oder zum theil/ auff eine künfftige** deputation, **oder ander Verſamlung beyſeiten ſtellen/ vnd verſchieben.**

Quas tamen procraſtinationes, &, in alios Conventus, dilationes, haud è re Imperii eſſe, idem ipſe Rudolphus nôverat: Ita enim alio tempore parum ſui memor, ſcripſit. (*c*) **Stände wollen inſonderheit dahin trachten / daß die berahtſchlagung der** Iuſtitz **auff keinen newen** Conventum remittiret **oder verſchoben werde / ſintemahl die erfahrung zu**

(a) *Clapmar. lib.6. cap.13.* (b) *In propoſitione, in Conventu Ratisbonenſi Anno eod. habita.* (c) *In propoſitione, in Conventu Ratisbonenſi Anno 1608. habita.*

zu erkennen gebe/ daß dergleichen verſchiebung auff Deputation, oder andern Tagen/ wenig nütze/ ſondern gemeiniglich neben verluſt der Zeit vnd Geldes/ was vorhin böſe geweſt/ hierunter noch mehr verwirret/vnd ärger werde.

Vnde Rudolphum,quando rejectis, de Pace publica,Iuſtitia adminiſtranda, aliiſque articulis, ſola ſubſidia Turcica tractanda eſſe duxit, rem privatam prævertiſſe præ Republ. nonnemo forſan arguet.

Et hac quoque de cauſa,Comitia Anno 1608 celebrata, ad nihilum reciderunt, Solche Reichs-verſamlung hat ſich Hauptſachlich an dem geſtoßen/vnd iſt derowegen vnter andern/ allerdings vnfruchtbarlich abgelauffen/ daß der contributions punct/ der allgemeinen innerlichen Vaterlands Noht/ vnd andern viel wichtig-vnd hochnohtwendigern vorgezogen/ oder/ wie man nicht obſcure, aus mehrerhand indiciis, vnd adviſationen, verſpüren müſſen/ gar allein tractirt; die übrige aber/vnd das/insonderheit/faſt übern hauffen ligende Iuſtitzweſen/an andere Orth vnd Zeit/wie vormahls/ verwieſen werden wollen. (a)

Quinimo non deſunt, qui Imperatores Auſtriacos criminentur, quod, extorquendæ cauſa pecuniæ, aut ipſimet Turcam excitârint,aut vires ejus nimio plus exaggerârint,aut falſos etiam, de ejus invaſione, ſparſerint rumores. *Pecunia aliquando ſub Turcici belli prætextu abſque neceſſitate exacta.*

Quemadmodum de Cleſelii conſilio, quod, in futura Anno 1613. Comitia,cuderat,rhythmicè nonnemo ſcripſit. (b)

Das

(a) *Autor Informationis* in der vier Klöſters Sachen *in princ.* (b) *In ſatyrica deſcriptione Comitiorum Anno* 1613*. habitorum.*

Das iſt der Raht/man muß den Reichstag treiben fort/
Vnd alle Fürſten gleich beſchreiben an dem Orth/
Daß jeder in Perſon ſich dahin wolt begeben:
Darnach muß man darauff fleißige achtung geben/
Daß man den Türcken mög ein wenig muntern auff/
Ob er ſich regen wolt / das thut gar viel zum kauff.
Dann vnter dieſem ſchein/ kan man deſt mehr begehren/
Vnd niemand kan mit fug deſſen ſich dann erwehren.
Wil er nicht fort/ ſo iſt gar hoch daran gelegen/
Daß man jhn irritir, ſo muß er ſich wol regen.
Noch iſt es nicht genug/ es muß dabey nicht bleiben/
Sondern man muß hierauß gar böſe Zeitung ſchreiben:
Der Erbfeind komm ſehr ſtarck / mit achtzig tauſend
Mann/
Die Vor-mawer des Reichs die wol er greiffen an;
Viel feſter Orth hab er ſehr kläglich ausgebrant/
Lippa vnd Genna auch in gſchwinder eyl berant:
Vnd dergleichen ding mehr kan man füglich erdencken.
Was ſchadts? Iſts gleich nicht wahr/wer wil vns drum
verdencken?
Hierzu kan man / mit fug/ dreyhundert mond begehren/
Keiner iſt ſo behertzt/ der ſich des darf erwehren.

Deque eorundem Comitiorum continuatione, hic idem, in ſequentibus, ſcribit:

Da der Wagen noch gar im koth wolt ſtecken bleiben /
Da kam eben von Wien ein ſehr gewünſchtes ſchrei-
ben:
Der Türck ſey nun recht böß / er ziehe nun ſtarck an/
Siebenbürgen ſey weg. Wie wil man immer thun?
Morgen gewinnt er Caſchow/ übermorgen Wien /
Fliehn wir gleich in Pommern / ſo kömt er auch da-
hin.
Ein kleines Vöglein kam gerad von Temerswar/
Das bracht contrar zeitung/ es ſey alles nicht war.

Hæc ſatyrica quidem & jocoſa ſunt, ſed in ſeria ducere videntur: Nec ridentem verum dicere quippiam vetat.

Nam,

Nam, prætextu hoc belli Turcici, ad enervandos & opprimendos Imperii Ordines, uſos fuiſſe Auſtriacos, ex illis apparet, quæ jam tum de Carolo V. Legatum Gallicum retuliſſe, Elector Saxoniæ & Landgravius Haſſiæ teſtati ſunt. *(a)*

Cum enim hic in belli, quod Carolus contra Proteſtantes meditabatur, incidiſſet mentionem, & diceret, permagnum eſſe, quod moliretur; cogitaret ſecum ipſe, quanta Germaniæ eſſet potentia, & quanti res periculi: Quod ſi unus & alter forſan deliquiſſent, iniri poſſe rationem, quomodo ſine bello res componeretur. Ad ea fertur Carolus reſpondiſſe: Nihil opus eſſe compoſitione; Velle ſe domare Germaniam, aut de fortunis omnibus periclitari. Nam illius vires non poſſe jam eſſe tantas, ut ſibi magnoperè ſint extimeſcendæ: *Iam* enim, *amplius annos viginti, fundamenta ſe jeciſſe huic rei.* Sæpè illos auxilia ſibi tuliſſe, multis bellis, nuper etiam contra Regem ipſum: Feciſſe maximos ſumtus in crebris Comitiis: Militum etiam manus, atque robur amiſiſſe diverſis bellis. Et hæc quidem *eò ſe feciſſe, ut viribus Germania deſtitueretur:* Hoc igitur eſſe peridoneum rei gerendæ tempus.

Et Rudolpho quoque Imperatori, Vnitorum Principum ac ordinum Legatus, Princeps Anhaldinus in faciem ingeſſit; *(b)* quod Pacem cum Turca inire recuſâſſet, imò quod initam abrumpere voluiſſet, &, quo Ordines ulterioribus tributis exhauriret, falſis

(a) *Apud Sleidan. lib. 18. hiſtor. & Hortled. tomo 2. de bello Germanico lib. 3. cap. 30. num. 12.* (b) *In propoſitione habita Praga. 8. Iul. Anno 1609.*

falſis narrationibus propoſitiones ſuis farciiſſet, Als von etlichen wolmeynenden Churfürſten/vnd Ständen / zu mehr mahlen gantz eiferig vnd träwlich gerahten worden / mit dem Türcken einen Frieden zu machen/ damit das Teutſche Reich / vnd deſſen Glieder / ſo auch vorhin jhre Laſt haben/vnd inmittelſt hin vnd wider beſchweret werden / der langgewehrten contribution dermahl eins entledigt werden möchten/ſey die Keyſerl. Mayt. jederzeit hieran mit gantz vngereimten ausflüchten vñ vorwenden/als ob der Türcke keinen Frieden halte/verhindert worden / hätten auch Jhr. Keyſerlichen Mayt. Rähte / noch bey wenig Jahren/den allbereit zu Wien / Anno 1606. verglichenen Frieden/wider zurück ziehen/vñ nicht halten wollen / wie dann / zu fortſetzung des Kriegs / ferner Reichs contributiones bey der Stände letzter verſamlung zu Regenſpurg geſucht/vnd die/den Chur-Fürſten/vñ Ständen/ damahls vorgetragene propoſition.zu ſolchem intent, mit vielen narrationibus , vnd außführungen wäre formiret worden/da ſich doch die Sachen an jhm ſelbſten vnd aus denen hernacher / ins Reich gethanen Berichten / in der Geſchicht weit anders befunden hätten.

Turcicum in Hungaria bellum, per conſequentiam non principaliter Imperium tetigit.

Vt vero ad Hungaricas expeditiones revertamur,non ſanè diffitemur, etiam Imperii noſtri,per conſequentiam, interfuiſſe, Turcarum progreſſus in Hungaria ſiſti; ne, ea ſubacta,noſtros etiam fines totis tandem viribus irrumperent : Sed per conſequentiam. Nam , principaliter in eo Imperii noſtri ſummam , cardinem,ac ſalutem verſari,adeò ut reliqua omnia illi poſtponenda fuerint , id eſt quod penitus negamus.

Domus quidem Auſtriaca,ex eaque oriundi Imperatores , Ordinibus Imperii , multis aliquando

quando perſuadere conati ſunt, auxilia hæc, contra Turcam præſtita, directò ac principaliter pro defenſione Patriæ conferri, Daß vnſere Vorfahren den Türcken / vnd ſein Vorhaben/für gar keine fremde/ oder ausländiſche Feindsnoht vnd Gefahr/ ſondern für des heiligen Reichs eignes androhendes leztes Vnheil/verderb/ vnd vntergang/geachtet/vnd angeſehen. (a)

Sed novimus nos, quod Hungaria externum per ſe, Regnum ſit Patriæque noſtræ accenſenda minimè veniat: Neque magis res Hungariæ nos urunt, quàm Poloniæ aut Venetiarum, aut alterius vicinæ Reipublicæ ſi Turca illas invadat, & opprimere conetur.

Id quod rectè jam olim animadvertit Elector Palatinus: Cujus inſtructionem, ſeu mandatum, Legatis, ad Conventum aliquot Proteſtantium Principum, Francofurtum, menſe Decembri Anno 1598. miſſis, datum, ac in odium invidiamque ipſius propalatum, (b) nos in ipſorummet propalantium odium invidiamque vertimus, daß die Hülffe gemein ſey/ pro defenſione Patriæ, dabey müſſe man ſich erinnern / daß das Königreich Vngarn ein abgeſondert Königreich / vnd für der Teutſchen Vaterland gar nicht zu rechnen ſey ꝛc. Vnd ob wohl geſagt werde / daß der Vngariſche Krieg / conſequenter, das heilige Reich mit angehe / dieweil es der Gefahr nahe / vnd das gemeine Sprichwort lautet/ Res tua tunc agitur, paries cum proximus ar-

(a) *Cæſarea propoſitio in Conventu Ratiſbonenſi Anno* 1603. (b) *apud acta ſecreta, ſeu* der *Unirten Proteſtirenden archif inter documenta n. 2. apud Lundorp. tomo 2. act. publ. lib. 2. tract. 5. p.* 477.

arder: So wolle doch ein vnterſcheid in deme gemacht ſeyn / was einen per conſequentiam, oder principaliter berühren thue / vnd daß er nicht in einem / wie im andern fall verbunden ſey. Ein Exempel habe man mit dem Krieg/ ſo der Türck mit den Venedigern gehabt/ welcher auch ſo zu ſagen/ das Reich conſequenter mit angangen / er ſey aber darum nicht ſchuldig geweſen ſich deſſelben anzunehmen.

Quin igitur Imperatores innumera potius Ordinum gravamina primo ſuſtuliſſent, ac cum iis exortas inter Ordines ſimultates, diffidentiamque: Deinde, mutua inter Ordines ſancita concordia, & Republica in ſeſe tranquillata, extranea hæc atq; acceſſoria tractâſſent, ſi bonorum Imperatorum officio fungi voluiſſent.

Nunc vero his, quæ ipſos, tanquam externorum Regnorum Dominos, principaliter concernebant, expeditis, iſta, in quibus Imperii ſalus & ſumma conſiſtebat, inſuper habuerunt.

Auſtriaci in bello Turcico, privatum, non Imperii commodum, quæſierunt.

Quàm enim, in hoc bello Hungarico, contra Turcam geſto, privatam rem egerint ſuam, & plane non publicum Imperii commodum ſeu incrementum intenderint, ex eo liquet: Quod immensâ quidem auri vi Imperii Ordines hac via emunxerint; illorum vero, quæ ipſi Imperio eripiebantur, nullam aut perexiguam habuerint rationem.

Vnde rectè de illis Elector Palatinus conqueſtus eſt, (*a*) Es ſey den Römiſchen Keyſern / welche alle vom Hauß Oeſterreich geweſen/ über hundert Jahr hinaus/ eine ſtarcke / übermäſſige groſſe ſumma gelds/ vnd ſolches/ nur allein dem Königreich Vngarn zu gutem / ge-

(*a*) *In dicta inſtructione apud acta ſecreta & Lundorp. d. loco. a.* 483.

gegeben worden: Dann/daß etwas davon dem Reiche zu nutze wäre angewendet / das finde man nicht; ſondern ſey demſelben noch darzu/ Liefland/ Preuſſen/ Metz/ vnd anders entzogen/daß man alſo geſchehen laſſen/vnd nie begehret worden / zu recuperirung derſelben/ ichtwas zu contribuiren. Alſo daß das Haus Oeſterreich nur auff ſich geſehen hat / wie ſie das Königreich Vngern erhalten mögen.

Cum autem Ordines Imperii, in compenſationem tot exantlatorum laborum ac ſumtuum, Hungariam Imperio adjungi, & uniri, æquum eſſe cenſerent, dieweil die Stände/ nun etliche mahl ihre mitleidentliche Hülffe/ zu rettung des Königreichs Hungarn/ gutwillig erzeiget/ vnd ſie mit anſehnlichen contributionen beladen/ an geld vnd leuten treulich zugeſetzt/&c. Da doch ſolche Landſchafft/ dem heiligen Reich / Teutſcher Nation in nichts nicht verwandt/ oder zugethan/ ſey es nicht vnziemlich oder vnbillich / daß zu einer danckbarkeit/ gemelt Land zu Hungarn / da es durch Göttliche milde Gnade von dem Feind errettet / in etwas auffnehmen gedeyen/vnd zu kräfften käme/ es dem heiligen Reich zugewandt/verbunden/vnd zugethan werden ſolte. (*a*) Imperatores Auſtriaci, loco realis ejuſmodi gratitudinis, nil niſi bona, & generalia honoris verba repoſuerunt. (*b*) Sie hielten nicht für vnziemlich/da ihr Königreich Vngarn/zu ſeinem vorigen ſtand/ würden vnd weſen / widerum gebracht werden ſolte/daß alsdann ſolch Königreich / vnd deſſelben angehörige Stände / ſich herwiderum gegen dem heiligen Reich/ deſſelben Gliedern vnd Ständen / in vorfallenden nothfällen auch mitleidentlich/ vnd dermaſſen

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1566. §. über vorigs haben. (b) *d. Receſſus* §. *ſeq.*

erzeige / daher derſelben nachbarlich danckbar Gemühte/ im Werck erkennet werde.

De unione vero, ſeu incorporatione, ut vocant, Regni, altum ſilentium: Quinimò, re penitiùs introſpectâ, negantibus propriores, ſibique, ac externorum regnorum ſuorum Majeſtati quæ tamen, quantulacunque adhuc ſunt, ſanguini ac ſumptibus Germanorum potiſſimùm ferunt accepta, quàm Imperio magis fidi fuiſſe, videntur.

Diſpares admodùm à Sigiſmundo Imperatore: Qui, etſi ſuo tempore, ratione Hungariæ, Imperio, ob auxilia contra Turcam præſtita, non ita, ut hodiè Auſtriaci, eſſet obſtrictus, aut obnoxius; attamen magnoperè in eo laboravit, ut Ordines Hungariæ cum Germanis reuniret. Itaque in Receſſibus Imperii ſub eo factis, Archi-Epiſcopi, & Epiſcopi Hungariæ ſubſcripſiſſe inter Ordines Imperii, leguntur. (*a*)

SECTIO IV.

Electores quoque inter-miſſorum Comitiorum cauſa ſunt.

ET hoc quidem modo Comitia Ordinibus tædioſa reddidere Imperatores. Quod ſi exactiùs rem contemplemur, non Cæſaris modò, & Dominationis Auſtriacæ, Comitia intermitti, interfuit, ſed Electorum; Qui non difficulter Cæſari aſſenſi, & Comitia in deſuetudinem venire, paſſim ſunt: Quò hoc ſuam poteſtatem pacto magis magiſque augerent, ac reliquos Ordines, à Republica adminiſtrandâ, ſenſim excluderent.

Ii enim, ut ſuprà docuimus, non pauca paulatim ſibi uſurpârunt, quæ de jure, & antiquis Imperii Legibus, Moribuſve, totius Imperii

(a) *apud Goldaſt. in deſcriptione Ordinum Imperii ante tomum 1. Conſtit. Imper.*

Imperii propria ſunt: Et cumprimis, in crebris nuperis Conventibus ſuis, controverſiarum, in quibus totius Imperii tranquillitas ac ſalus vertitur, decidendarum poteſtatem, ſibi ſolis arrogârunt; quæ meritò ad totius Imperii cognitionem, & univerſalem omnium Ordinum Conventum, referre debuiſſent.

Nec ſine injuria, Septem Viros noſtros hodiernos, cum antiquis Romanorum Decem Viris comparaveris: Qui & ipſi, ut Senatum omni poteſtate denudarent, morem conſulendi Senatum intermiſerunt. (a)

Tandem, à parte Ordinum remoram Comitiis inprimis injecit, exitiale religionis diſſidium; quo in mutuam perniciem hucuſque graſſati ſunt.

Proteſtantes enim, multitudine votorum à Pontificiis ſuperati, cum rem ſuam nequicquam rationibus agerent, nec æqui quippiam impetrare poſſent, de Comitiis haud admodum ſolliciti fuerunt: Quod ſi inter eos aliqui oculatiores extitere, eorum nulla habita eſt ratio.

Pontificii, econtrà, à proteſtantibus, utpote præpotentibus, ne concludere in Comitiis cum effectu quicquam poſſent, impediit, Cæſaris (qui rebus ſuis favebat) arbitrio ac voluntati ſtare, ejuſque juſſibus per omnia morem gerere, quàm cum adverſariis diu, ſine fructu, altercari maluerunt. *Cauſa intermiſſorum Comitiorum, ex parte Ordinum.*

Ita Germaniæ Libertas Imperatoribus prodita, & Auſtriacus Dominatus paulatim introductus eſt.

(a) *Liv. lib. 3. hiſtor.*

Caput IV.

De Regimento, *quod, poſt Comitia, alterum Germanicæ Libertatis fulcrum fuit.*

Sectio I.

Regimentum Comitiis ſubſtitutum, & quare.

POſt Comitia, inſigne Libertatis ſtabilimentum fuit, ſi modo perpetuum fuiſſet, Regimentum Imperii: Sub Maximiliano I. Anno 1500. inſtitutum, ac in locum annuorum Conventuum, qui nimios ſumtus exigebant, &, re aliquando ſubitum remedium exigente, exſpectari non poterant, ſubſtitutum, Weil die Stände des Reiches langſam vnd beſchwerlich/auch mit mercklicher mühe/arbeit/koſtung/ vñd darlegen zuſammen gefordert werden/vnd kommen mögen: Vnd dañ zu zeiten/merckliche ſachen/der Chriſtenheit/ vnd dem Reich zufallen/ denen der verzug faſt nachtheilig / vnd ſchädlich iſt/vnd der eil bedörfen/dadurch dann zu zeiten den obberührten / vnd andern mercklichen obligenden ſachen der Chriſtenheit/ vnd des Reichs/mehr verſäumnüs vñd hinderung/ dann förderung vnd aufrichtung erwachſen mag. (a)

Cum enim, prætextu hujuſmodi negotiorum, ſubitum aliquod remedium exigentium, Maximilianus, jam tum, plus poteſtatis, quàm per Leges licebat, ſibi forſan uſurparet; jam enim, Anno 1495. inſimulatus eſt, quod nihil cum conſilio ageret Principum: (b) Ordines Imperii hunc ejus licentiæ velut obicem poſuerunt.

Regi-

(a) *Ordinatio Regimenti de Anno* 1500. *tit.* von den zwantzigen. (b) *Nauclerus vol.* 3. *chronogr. gener.* 50.

Regimentum hoc conſtabat viginti perſonis, ex ſingulis Ordinum Claſſibus certâ proportione delectis: Quibus vel ipſemet Imperator, vel Comes quidam, aut Baro, tanquam Imperatoris Vicarius, præſidebat, Haben zu vns/oder/ wo wir / aus andern merckliches ſachen vnd geſchäfften/ perſöhnlich darbey nicht ſeyn würden/ zu dem/ſo wir an vnſer ſtat ſetzen werden / der zum wenigſten ein Graff oder Freyherr ſeyn ſoll/zwantzig Perſonen/aus dem heiligen Reich / Teutſcher Nation, zu vnſerm vnd des heiligen Reichs Rath/ fürgenommen vnd verordnet. *(a)* *Regimenti perſonæ.*

Ne vero præſidatus ſolius Imperatoris eſſet, iſque inde eximium quid, præ Imperio, ſibi arrogaret; eidem aut ; ejus Vicario Electorem adjungere viſum eſt, qui, unà cum Imperatore, Regimento præſideret. Nam & is Conſilio huic præeſſe. dem genanten Rath fürgehen / dicitur: *(b)* Ejuſque ſolius Imperatoris ſubſcriptione, firmata ſunt Regimenti decreta. (c) *Et præſides.*

Cui quidem Regimento, Conſilium ſelectorum apud Græcos, πρόβουλοι & προσήλυτοι dicebantur, comparari ex parte poteſt.

Hi enim ipſi quoque arcana Reipubl. ac, rebus urgentibus, per ſe ipſi, maxima quæque, pro republ. procurabant, quibuſque de rebus in Senatu deliberari, quod item ad Populum ferri oporteret, proſpiciebant. Alioqui, ſenatum cogere, ſententias rogare, diſceptare, decernere, nec facilè eſt, nec, niſi temporis diuturnitate confici poteſt: Dum interim rerum, benè ac utiliter gerendarum, momenta fluunt ac labuntur. (*d*)

(a) *d. Ordinatio Regimenti d. tit.* (b) *Ibid tit ſeq.* (c) *Ibid. tit.* wie alle ſachen bey dem Königl. *&c.* (d) *Bodin, lib. 3. de Republ. c. 1.*

SECTIO II.

Regimentum autem illud, ab Imperatore ſolo inſtitutum, eidemque imperialem, ſeu imperatoriam potiùs ab Imperatore, poteſtatem tributam, ſtatuunt Conſiliarii Imperatoris Aulici: (a) Ut, hoc medio, omnem Imperii adminiſtrationem, ad ſuum molendinum trahant.

Hinc enim colligunt; Quod ante Regimenti ordinationem, Imperator eandem poteſtatem habuerit, quàm poſteà, habuit Regimentum; quodque exſtincto Regimento eadem illa poteſtas, ad Imperatorem, unde orta fuerat ejuſque Conſiliarios, reverſa ſit.

Regimentum ab Imperio, non ſolo Imperatore inſtitutum, Imperiumque repraſentare, probatur.

Sed opinionem hanc paraſitorum aulicorum, quæ Libertatis avitæ jugulum manifeſtè petit, falſam & erroneam eſſe, facilè apparet ſi modo conſideremus I. Hanc ipſam unicam inſtituendi Regimenti cauſam fuiſſe, quod nullum in Imperio, pari poteſtate præditum, reperiebatur Caput, ſeu Regimen continuum: Quia, ſi quando tale quid, quod moram uſque ad futura annua Comitia non ferret, occurrebat, ad extraordinaria Comitia habebatur recurſus. (b)

I. Quod ſi Imperatori eadem, quæ poſteà Regimento competiit, ante inſtitutum Regimentum, competiiſſet poteſtas, certè, & convocatio iſta Ordinum extraordinaria, ante inſtitutum Regimentum, & poſt, Regimenti ipſius inſtitutio fuiſſet ſupervacua: Quippe Imperator, non vices modo Comitiorum, ſed & Regimenti, melius, ac minore impenſâ, ſupplere potuiſſet.

II. Deinde II. Regimentum, ordinario, ſeu annuo

(a) *Autor Relationis Donavverdicæ parte 2. p. 163.* (b) *Pax publica de Anno 1495. tit.* von der überfahrer des Friedens enthaltung.

annuo Ordinum Conventui (qui per hoc abolitus) ſurrogatum eſt: Et quicquid olim ad cognitionem hujus Conventus referri, neceſſum erat, id poſtea ad Regimenti examen referri debuit, durch das verordnete Reichs-Regiment iſt die jährliche verſamlung abgeſtellet/vnd ſoll alles hinfüro an das verordnete Reichs Regiment bracht werden / vnd gelangen/in aller maſen/ wie vor an die verſamlung geſchehen ſeyn ſolte. (a)

Atqui Conventus iſte annus, non Conſilium nudum Imperatoris, eo tempore fuit; ſed eodem, quo noſtra Comitia, jure uſus eſt. Itaque etiam Regimentum, quod illi Conventui ſucceſſit, univerſa Comitia, & totum Imperium, non ſolius Imperatoris perſonam, repræſentavit: Ne ſurrogatum diverſæ naturæ, ab eo, cui ſurrogatur, eſſe ſtatuamus.

III. Si perſonas, ex quibus Regimentum conſtitit, contemplemur, ex iis ſolus Præſes, ab Imperatore, Aſſeſſores verò omnes ab Ordinibus conſtituti ſunt. (b) III.

Et hi, non ab Imperatore ſolum, ſed à toto Imperio dependere juſſi: Ideoque, non ſoli Imperatori, ſed Imperatori ac Imperio, juramento obſtricti fuiſſe, leguntur, haben geſchworen / daß ſie der Königlichen Majeſtät vnd dem heiligen Römiſchen Reich getreu ſeyn wollen/ die nohtdurfft/ ehre/ würde/ vnd nutz der Königlichen Mayt. vnd des Reichs betrachten / furnehmen / rahten / helffen/ vnd handeln. (c)

(a) *Declaratio Pacis publicæ de Anno 150. tit.* von des Regiments macht wider die Friedbrecher/ *&c.* (b) *d. Ordinatio Regiments tit.* wie zwantzig perſonen. (c) *Ibid. tit.* des Regiments Rähte eyd.

Eâdemque de cauſâ, non Imperatoris, ſed uſitato Receſſuũ ſtylo, Imperatoris ac Imperii Conſilium ſeu Regimentum appellatum eſt, Vnſer vnd des Heiligen Reichs Rath / (*a*) Vnſer vnd des heiligen Reichs Regiment. (*b*) Et aliquando ſimpliciter, Imperii. des Reichs Rath / des Reichs Regiment: (*c*) Scilicet à potiori: Quia Imperio poteſtatem ſuam potiſſimum referebat acceptam, ab eoque maximam partem conſtituebatur.

IV. Quin etiam, tantum abeſt, ut, principaliter ad Imperatorem, reſpectum aliquem habuerit Regimentum, ut perſonæ potius, ad id deputatæ, ſi fortè ante ſpeciali aliquo juramento Imperatori obſtrictæ fuerant, eo ipſo ſolutæ ſint, ſollen die Perſonen des vorgemeldten Raths / allein in dieſem Rath vnd Befehl/aller Gelübd vnd Eyd/ damit ſie vns/ oder jhnen verbunden / vnd verſtrickt wären/ gäntzlich ledig ſeyn. (*d*)

Idque ideò proculdubio, ne particulari hoc reſpectu, ſeu devotione, erga Imperatorem, aut alium quemvis Ordinum publica conſilia corrumperentur.

V. Accedit, quod in ipſo Imperii hoc Conſilio, Imperator non habuit, niſi unicum ſuffragium, nec ſtatuere quicquam potuit, niſi pluribus Conſiliariis in ſuam ſententiam deductis,

(a) *Ibid. tit.* von den zwantzigen/ *&c. & paſſim.* (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1500. *titul.* des Reichs Rähte ſollen hinfüro Regenten/ &c. geheiſſen werden. (c) *d. Ordinatio Regimenti tit.* wie die Chur-Fürſten auff jede Fronfaſten/ *&c. d. Receſſus Imperii titul.* von des Reichs Regiment/Macht vnd Gewalt/ *& paſſim.* (d) *d. Ordinatio Regimenti titul.* des Regiments Räthe ſollen aller Pflicht ledig ſeyn/ &c.

ctis, mit verwilligung des mehrentheils des Reichs Rath. *(a)*

Nam in Regimento, ſive præſens Imperator, ſive abſens fuit, votorum numerus ſemper obtinuit, Wir kommen/oder nicht/ſo ſoll nicht deſto minder fortgangen werden/ und deme/ ſo durch den mehrentheil beſchloſſen/ folge beſchehen. *(a)*

SECTIO III.

Ex quo iterum altera iſta, non minus ſervilis, quàm prior, opinio, falſitatis convincitur: Quod Regimentum, in abſentia demum Imperatoris, poteſtatem, ſibi commiſſam, exercuerit; præſente verò Imperatore, faſces ſubmiſerit, ac, velut radiis majoris ſplendoris obſcuratum, delituerit. *(c)* *Regimentum, etiam præſente Imperatore, poteſtatem ſuam exercuiſſe probatur.*

Succeſſit enim I. Regimentum, ut diximus, in locum annuorum Conventuum: Qui ipſi Conventus, non minus præſente, quàm abſente Cæſare, vim ſuam exſeruerunt. I.

Nec II. ſoli Imperatoris Vicario, ſed & ipſimet Imperatori, viginti iſti conſiliarii adjuncti ſunt: Ita enim ſcribitur. *(d)* Haben wir zu Uns/oder wo wir &c. perſöhnlich dabey nicht seyn würden / zu dem / ſo wir an unſer ſtat ſetzen werden/ zwantzig Perſonen/aus dem heiligen Reich/ Teutſcher Nation zu unſerm/ und des heiligen Reichs Rath / fürgenommen und geordnet: Die auch / mit ſamt uns/ oder/ II.

Q 5

(a) *d. Ordinatio Regimenti tit.* wie der Churfürſt vor ausgang ſeines Vierteljahrs/&c *& tit.* wie das Regiment etlichen Rähten erlauben mag. (b) *ibid. titul.* das Regiment mag der ſechs Chur-Fürſten *&c.* (c) *Autor relationis Donavverdicæ parte* 1. *p.* 164 (d) *d. Ordinat. Regimenti tit.* von den zwantzigen/&c.

oder/&c. mit dem/ ſo wir an vnſer ſtat ſetzen werden/ vnſer/ vnd des heiligen Reichs Rath ſeyn/ oder genant werden ſollen.

Imperator ergo, ſi præſens ſit, non minùs, quàm in ejus abſentia, Vicarius Imperatoris, pars Regimenti eſt.

III. Hinc III. querelæ, non ad ſolum Imperatorum, ſed ad eundem & Regimentum, conjunctim deferri dicuntur, ob jemands ſolcher handhabung &c. Friedens vnd Rechtens/&c. ſchade begegnet / vnd ſolches von denſelben an vns / vnd des heiligens Reichs Regiment bringen wird. (*a*)

IV. Et IV. Imperator, non ſolus, verum unà cum Regimento, conſulit, decernit, ac concludit, würden merckliche ſachen fürfallen/&c. ſo wollen wir/ oder ſo wir/ perſöhnlich darbey nicht ſeyn würden/ der/ ſo wir an vnſer ſtat ſetzen werden/ mit ſamt den obbeſtimten zwantzig perſonen / &c. ſolcher an vnſer ſechs Chur-Fürſten bringen / die dann bey vns / vnd gemeldten unſerm und des Reichs Rath perſöhnlich erſcheinen / und weiter handlen und beſchlieſſen ſollen. (*b*)

Imperator autem cum Regimento non, ſed ſolus Vicarius conjungi deberet; ſi, eo præſente, ſuſpenderetur Regimentum, ac ſolius Imperatoris eſſet decernendi poteſtas.

Quod verò textum attinet, qui ad hoc inducitur, (*c*) Autor relationis Donavverdicæ, modo veritati prævaricetur, ac Cæſari ſupparaſitetur, manifeſtum ſeſe præbet falſarium.

(a) *Declaratio Pacis publica de Anno* 1500. *titul.* ob jemand durch handhabung des Friedens ſchaden empfinge/ &c. (b) *d. Ordinatio Regiments titul.* das Regiment mag die ſechs Chur-Fürſten/ &c. (b) *Ibid. tit.* wie alle ſachen bey dem König.

ſarium. Verba enim non, ut ipſe citat, ſonant; daß die händel vnd ſachen an keinem andern ende / dann bey vns (dem Keyſer) vnd / in vnſerm abweſen / bey dem Regiment / ſed hoc modo, daß ſie an keinem andern ende / dann bey vns / vnd in vnſerm abweſen / bey dem / ſo wir darzu verordnen werden / vnd dem vorgemeldten / Reichs Rath / gehandelt werden ſollen.

Et hic quidem textus, quoad Cæſarem & vicarium disjunctivè, prout ſonat, rectè intelligitur: Veritati enim ac rationi conſentaneum eſt, ut, abſente demum Cæſare, Vicarius locum habeat, & præſens Cæſar eundem excludat, ipſeque in Regimento, Præſidis officio fungatur. Perindè ac, quolibet præſente Electore, Aſſeſſor, ab eo deputatus, voto ſeu ſuffragio, quamdiu Dominus ipſius affuerit, caret, wann der Chur-Fürſten Rähte einer perſöhnlich / oder durch einen andern Chur-Fürſten vnd Fürſten bey den Rath ſeyn ſoll / alsdan, ſoll deſſelben Chur-Fürſten Rath / der in des Reichs Rath von jhm verordnet iſt / ſo lang derſelbe Chur-Fürſt bey dem Reichsrath ſeyn wird / keine Stimme im Reichsrath haben. (a)

Sequens vero copula, quæ Regimentum cum antecedentibus connectit, non ad proximam tantum perſonam, ſive Vicarium reſtringenda; ſed conjunctivè, ad utramque tam Imperatoris, quàm vicarii perſonam, in caſu nempè præſentiæ, vel abſentiæ Imperatoris referenda eſt. Nam Regimentum quoque cum Imperatore conjungi, paullo ante probavimus.

Nec is hujus textus ſenſus eſt, quod negotia

Q 6

(a) *Ibid. tit.* wie die Chur-Fürſten auff jede Fronfaſten / &c.

tia Imperii tractari debeant, vel coram Imperatore (ſcilicet ſolo, excluſo Regimento) vel coram ejus Vicario, & Regimento. Sed hic verus ac genuinus ſenſus eſt: Quod, vel coram Imperatore & Regimento, in caſu præſentiæ, vel coram Vicario ejus & Regimento, in caſu abſentiæ Imperatoris: Quia in priori caſu ipſemet Imperator; in poſteriori, ejus Vicarius Regimento præſidet.

Quo eodem modo alios quoque textus, ſicubi forſan ſint, qui ſimili loquendi formulâ utuntur, *(a)* accipi oportet.

SECTIO IV.

HIs ergo falſis ac abſurdis Paraſitorum Aulico-Imperatorum opinionibus, quibus iſti patriam Libertatem, quaſi per cuniculos oppugnant, omnemque poteſtatem ad ſemet ſeu Imperatorem ſuum rapiunt, & traducunt, exploſis; reſtat, ut de poteſtate Regimenti agamus.

Regimenti poteſtas ampliſſima fuit.

Ampliſſima autem, in omnium publicorum negotiorum adminiſtratione, tam domi, quàm militiæ ejus fuit poteſtas, hat gehabt Macht vnd Befehl/alle vnd jede/ des Römiſchen Königs/vnd des Heiligen Reichs Sachen Recht/ Friede/vnd ihrer beyder vollziehung vnd handhabung/ auch widerſtand gegen den Vnglaubigen/vnd andern anfechtern der Chriſtenheit/ des Reichs / vnd das an dem Frieden/ Rechten/ihrer handhabung/ vnd dem Widerſtand/ obgemelt hanget/oder darzu dienſtlich oder erſchießlich ſeyn mag / antreffend / vnd wie die/

von

(a) *Ut in d. Declaratione Pacis publicæ titul.* von des Regiments Macht vnd gewalt/ rc. *& tit.* wie man den Kläger wider des Achters ſchluß/ rc.

von des Reichs Vnterthanen / oder andern / an ſie langen / oder entſtehen werden zuverhüten / vor ſich zu fordern / zu handeln / mit fleiß zu betrachten / zu rathſchlagen / vnd endlich zu beſchlieſſen (*a*)

Nec in conſulendo modo, ac concludendo, ſed & in exſequendo ea, quæ à toto Imperio erant decreta, dafern etliche Stände / den Reichs-ſchlus zu vollenziehen / vngehorſam vnd läſſig erſcheinen / ſoll vnd mag des Reichs Regiment rathſchlagen / handeln vnd fürnehmen / ſolche wiederwertige vnd vngehorſame Stände / zum gehorſam vnd vollenziehung des Reiches auffgerichter Ordnung zubringen. (*b*) Quin & generalis belli Dux ejus mandatis parere coactus, adeoque belli penes Regimentum arbitrium fuit. (*c*) Et legatos, de republica, tam audiendi, quàm mittendi jus habuit. (*d*)

Breviter; tantundem Regimento licuit, quantum univerſis Imperii Ordinibus, annuatim congregatis: Cautum enim eſt, (*e*) daß alle Ordnung vñ articul, ſo auff die jährliche Verſamlung geſetzt geweſen / in allermaſſem auff dem Reichs Regiment ſtehen ſollen: Alſo / daß das verordnete Reichs Regiment alles vnd jedes darin zu handlen / zu thun / zu laſſen / haben ſolle / daß die jährliche Verſamlung / zu thun gehabt hat / oder halten ſolte.

Et

(*a*) *d. Ordinatio Regimenti titul.* von den zwantzigen / *in fine* (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1500. *titul.* wie man mit etlichen Ständen des Reichs. (c) *d. Receſſus titul.* der Hauptman ſoll ohne befehlig / ꝛc. (d) *ibid. titul.* wie man mit dem Pabſt handlen ſol / & *titul.* wie man mit den Königen zu Hungarn vnd Poland / ꝛc. (e) *Ibid. titul.* von des Reichs Regiments Macht vnd Gewalt.

Et hinc ob eximiam, quæ ipſi competebat, poteſtatem placuit, non Conſilium illud amplius appellari, ſed Regimentum: Perſonaſque ad id ordinatas, non Conſiliarios, ſed Regentes, der titul Reichs-räthe ſoll abſeyn / vnd hinfüro vnſer vnd des heiligen Reichs-regiment/auch die Perſonen deſſelben Regiments/ vnſer vnd des Reichs Regenten geheiſſen vnd genant werden. (*a*) Ut, vel ex ipſo nomine, conſtaret, non nudum Imperatoris eſſe Conſilium, ſed totam regiminis ſummam in ipſorum manibus ſitam.

Quare etiam, ut jam aliquoties monuimus, in Regimento per majora, numerando vota, non ponderando, proceſſum eſt: Nec Imperatoris, aut ejus Vicarii major, quàm alterius cujuſpiam Aſſeſſoris, habita ratio. (*b*)

Porro, ſi res tanti momenti in deliberationem veniret, quàm, per ſe expedire, Regimentum ſibi diffideret, non ipſum modo Imperatorem, omnes ſex Electores, & duodecim ad Regimentum deputatos Principes, ſed & alios quantoſlibet, prout, rei neceſſitas exigere, viſum ipſi fuerit, convocare potuit: Quo caſu, ſi Imperator, vocatus, non compareret, eo non attento, perinde procedere licuit, ac ſi aliorum convocatorum Principum quiſpiam abeſſet. (*c*)

Camera autem quin Regimento ſubfuerit, dubium nullum eſt: Cum, eâ de cauſa, quod Regimentum inſpectionem in Cameram habuerit, cautum reperiatur, (*d*) quod utrumque eodem

(a) *Ibid. tit.* des Reichs-rähte ſollen hinfüro Regenten. (b) *d. Ordinatio Regimenti tit.* das Regiment mag die ſechs Chur-Fürſten/ rc. (c) *d. Ordinatio Regimenti d. tit.* (d) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1500. *in princ.*

eodem in loco conſiſtere debeat, das Kammer-Gericht ſol. bey den Regiment gehalten werden.

Et ſi Ordinum quiſpiam,in præſentatione Aſſeſſorum negligens eſſet, Regimentum debuit hunc ſupplere defectum, ſo jemand ſeumig ſeyn würde/ſollen alsdann Wir/oder der/ſo Wir an Unſer ſtat ſetzen werden/ und das verordnet Regiment/nicht deſto minder Macht haben/ einen andern Aſſeſſorn, aus derſelben Landſchafft zu wehlen und zu nehmen. (a)

Unde &.exſecutio ſententiarum, in Camera latarum,eidem mandata eſt,das verordnete Reichs-regiment/hat vollkommene Macht un̄ Gewalt/wie/und welcher maß/mit exſecution oder Straffe/ wider die/ ſo ſich der erkanten Urtheil und Gebaten/des Kammer-Gerichts/ oder willkürten austräge/ freventlich widerſetzen/zu rathſchlagen/ handeln/und fürzunehmen ſey/ damit dieſelbe zu gehorſam/ und vollenzihung der geſprochenen urtheil/ oder gewilletürten austräge bracht/und gebürlich/um ihren freventlichen Ungehorſam geſtraffet werden. (b)

CAPUT V.

De modo, quo poſt primum Regimentum ſublatum, Imperium ad noſtra uſque tempora, adminiſtratum fuit; & quâ viâ Auſtriaci omnem poteſtatem ſenſim ad ſe traxerint.

SECTIO I.

CUm autem Regimentum ad ſexennium tantùm fuiſſet inſtitutum, & inſuper decretum,

(a) *Ibid. in fine d. princ.* (b) *Declaratio Pacis publica de Anno* 1500. *tit.* von des Regiments Macht/ &c.

cretum, ut, ante ſexennium finitum, Ordines cum Imperatore, quid impoſterum è re Imperii eſſet, deliberaturi, convenirent: Nihilominus, utrum hoc factum, necne, & Regimentum, poſt ſexennium iſtud num exſpiraverit, an vero ulterius prorogatum ſit, vel quo tandem modo Imperium, per aliquot annos, fuerit adminiſtratum, in Receſſibus Imperii veſtigium nullum apparet.

Comitia annua iterum introducta. Anno autem 1512. annua Comitia in uſum iterum revocata ſunt, haben Wir / vnd die Stände des Reichs Vns miteinander vereiniget / vnd vertragen/daß Wir alle Jahr zuſammen kommen ſollen/ vnd wollen/ vnd über ein Monat nicht beyeinander bleiben: vnd ſol/ auff dem erſten zuſammen kommen/ ferner/der künfftigen Reichstäg halben / gerahtſchlagt/ vnd beſchloſſen werden / wo die hinfüro durch vns / vnd die Stände gehalten werden ſollen. (a)

Et Conſilium quoddam aulicum; Sed, præter hæc Comitia, aliud inſuper Conſilium, ad emergentes ſubitas, ni fallimur, neceſſitates, Imperatori ab Ordinibus adjunctum fuit; octo perſonis conſtans: Quarum, quatuor ab Electoribus, quatuor à reliquis Imperii Ordinibus denominabantur. (b)

Quod Conſilium, ſi Conſilium Imperii aulicum, den Reichs Hoff-rath / dixeris, haud ſane aberraveris: Multis modis tamen ab hodierno Imperatoris Conſilio, quale nunc monſtrum horrendum, informe, ingens, ſine Legibus, ſine moribus nobis obtruditur, differens fuit.

Sed ab hodierno diverſum. In eo autem præcipua eorundem eluceſcit dif-

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1512. §. *item* haben wir vnd die Stände. (b) *d. Receſſus* §. *item* haben vns Churfürſten.

differentia, quod olim Electores, ac Ordines Maximiliano Conſiliarios hos adjungebant, quos, non Imperatori deditos, ſed ſibi, Imperioque fideles eſſe, noverant: Hodiè autem Imperator, pro ſuo arbitrio, quoſcunque vult, ſibi adſciſcit ac legit.

Olim quoque, iidem illi Conſiliarii, omni alio nexu ſoluti, non Imperatori ſolummodo, ſed Imperio ſimul, juramento obſtringebantur, ſchweren der Keyſerlichen Majeſtät vnd dem Heiligen Reich/getreu/hold/vnd gewertig zu ſeyn/ *(a)* vnd muſten der Rähte keinen / einige andere Pflicht/, oder Eyd/hindern noch irren in keine weiſe. *(b)* Hodierni autem iſti Conſiliarii aulici,cum eorundem conſtitutio penitus ab Imperatore dependeat, num quippiam Imperio, aut debeant, aut debere velint, merito ambigimus.

Ordinatio autem iſta iterum ad ſexennium facta eſt; *(c)* Itaque, cum ipſo Maximiliano, exſpiraſſe videtur.

SECTIO II.

Carolus V. Regimentum reſtituit, ſed longè anguſtiore poteſtate.

CArolus V. poſteà,cum ea,per Regimentum & Comitia annua,gubernandi ratio ab Imperio regio aliena ipſi videretur, de ea ſtatim, initio Magiſtratus, cum prorſus abolere non poſſet, modificanda, ac re ad ſtatum monarchicum reducenda, cogitavit:ut Paurmeiſterus *(d)* notabiliter & aptè ad noſtrum ſenſum ſcribit.

Itaque, Anno 1521. Regimentum Imperii reſtituit quidem;Sed,in quampluri mis articulis,ſeu reformavit, ſeu deformavit, Ratus, id quod

(a) *Ibid.* § Ich N.ſchwere. (b) *Ibid.* §.*ſeq.* (c) *d. Receſſus de Anno* 1512. § vnd ſol dieſe Ordnung. (d) *lib.* 1, *de juriſd. c.* 6. *n.*195. *edit. poſter.*

quod res erat, tantum ſuæ poteſtati acceſſurum, quantum Ordinibus Imperii, ac Regimento Ordines repræſentanti detraxiſſet. Et ita Regimentum, hoc, oſcitantibus ac conniventibus ad id Ordinibus, potentiâ & autoritate hujus Caroli, à primo inſtituto mutatum, ac labefactum eſt. *(a)*

Differentia inter vetus & hoc Regimentum. Nam primò quidem, non viginti, verum viginti duos Aſſeſſores inſtituit; quorum duo ab ipſo, tanquam Imperatore, crearentur: Vt ita, præter votum Præſidis, quatuor Aſſeſſorum ſuffragia (connumeratis his, quæ ratione Auſtriæ, & Burgundiæ habebat) ab ipſo immediatè dependerent. *(b)*

I. Cujus rei alia reddi nequit ratio, quàm amplificandæ propriæ potentiæ ſtudium: Id enim Carolus intendit, ut plus, in Regimento & Imperii adminiſtratione, poſſet, quàm Avus ejus, Maximilianus, ex antiquo Imperii Inſtituto, potuit.

II. Deindè, ſub Maximiliano, in cauſis magni momenti, Cæſar à Regimento vocabatur, in eum locum, ubi commorabatur Regimentum, ward dem Keyſer/wo Er nicht perſöhnlich bey dem Reichs-rath war/ durch den/ ſo Er/ in ſeinem abweſen/ an ſeine ſtat geſetzt/ vnd den gemeldten Rath verkündet/vnd zeit gegeben/ darinnen Er perſöhnlich zu den Sachen kommen möchte. *(c)*

Carolus V. econtrà, Regimentum ad ſe, in locum, qui ſibi placeret, vocari à ſemet poſſe, decrevit, Wir mögen/ alsbald wir in Oberteutſchland kommen ſeynd/daſſelbige Regiment

(a) *Paurmeiſt. d. c. 6. n. 15. edit. poſter.* (b) *Ordinatio Regimenti de Anno* 1521. §. nemlich wollen wir. (c) *Ordinatio Regimenti de An.* 1500. *tit.* das Regiment mag die ſechs Churfürſten/ &c.

giment oder Rath zu Uns fordern / in eine Reichs-Stadt/ ſo Uns gefällig: (*a*) Et ita ad nudi Conſilii, ſive Senatus regulas, illud ipſum Regimentum revocavit.

Quippe Senatus Principi ſemper adeſſe, eumque ſequi debet; Non vero, econtrà, Principem domicilio Senatus affixum eſſe oporteret: Quod à Principis Majeſtate valdè eſſet alienum. Propter quod veteres, Palladem Jovi decumbenti aſſidere, finxerunt, non Palladi Jovem. (*b*)

Sub Maximiliano, ſi Imperator, à Regimento vocatus, non veniſſet, eo non attento, ut ſuprà vidimus, procedi, & concludi poterat. III.

Carolus V. verò prohibuit, ne quicquam, abſque ſuo conſenſu ageret Regimentum, In künfftigen Sachen ſollen ſie nichts handelen / ohn Unſern Rath vnd Willen (*c*)

Quæ ſimiliter nudi Conſilii & Senatus natura eſt; quod, abſente Principe, nil quicquam à Senatu geri poſſit, niſi id poſt à Principe ratum habeatur. (*d*)

Etiam, in notabili hoc caſu, Carolus Regimenti fines arctavit; quod cum extraneis quidem Principibus tractare, nulla tamen cum illis, abſque ſuo conſenſu, etiam in abſentiâ ſuâ, fœdera contrahere, permiſit, Sollen Macht haben mit andern Chriſtlichen Ständen vnd Gewältden zu handlen: doch ſol durch Sie / keine Bündnüs gemacht werden / es beſchehe dann mit Unſerm Rath vnd Willen. (*e*) IV.

In

(*a*) *d. Ordinatio Regimenti de Anno* 1521. §. vnd ſol obgemeldt *v.* 5 wir mögen aber. (*b*) *Bodin. lib.* 3. *de Republ. cap.* 1. (*c*) *d. Ordinatio Regimenti d.* §. (*d*) *Bodin. d. loco.* (*e*) *d Ordinatio Regimenti.* §. ſo auch der Stathalter.

In primâ Regimenti inſtitutione, Aſſeſſores juramento, Imperatori ac Imperio, junctim, ſeſe obligârunt, der Königl. Majeſtät vnd dem Heiligen Römiſchen Reich getreu zu seyn. (*a*)

Carolus vero V. Imperii mentionem omiſit: Juramenti enim formulâ ſolum continetur, (*b*) der Keyſerlichen Majeſtät getreu zu seyn.

Licet autem, in ſubſequentibus verbis, Imperium Imperatori conjungatur; attamen, in primo hoc articulo, in quo præcipuum fidelitatis fundamentum ponitur, Imperatoris ſolius mentio, ſine causâ, fieri non videtur.

VI. Et, ad eundem finem illa, quæ in ſubſcriptione apparet, tendit differentia. Nam in priori Regimenti ordinatione vocatur Conſilium Imperii; (*c*) in poſteriori, Conſilium Imperiale: (*d*) Quâ voce poſtremâ non ipſius Reipubl. ſed Cæſaris ſolius conſiſtorium, etiam hodiè intelligitur. (*e*)

VII. Nec minor in iſto tandem differentia eſt; quod, in prima inſtitutione, Regimenti decreta ſolus Elector, nomine Imperii, ſubſcripſit: (*f*) In ſecunda, non modo Elector, nomine

(a) *Ordinatio Regiments de Anno* 1500. *tit.* des Regiments Rähte Eyd. (b) *Ordinatio Regimenti de Anno* 1521. § ich N. gelobe vnd ſchwere. (c) *Ordinatio Regimenti de Anno* 1500. *tit* wie alle Sachen gehandelt werden / ꝛc. (d) *d. Ordinatio Regimenti de Anno* 1521. § vnd dieweil wir. (e) *Paurmeiſt. lib.* 2. *de Iuriſd. c.* 2. *n.* 106. *edit. poſter.* (f) *d. Ordinatio Regimenti de Anno* 1500. *d. tit.* wie alle ſachen / ꝛc.

nomine Imperii, ſed Præſes quoque nomine Imperatoris. (*a*)

Ultimo, vel nomen ipſum Regimenti, quod, vi ſua, ariſtocraticam Reipubl. formam quodammodo infert, & fulgore ſuo mentem Carolo perſtringebat, nimis auguſtum illi viſum eſt: Itaque noluit, in ſua præſentia, illud deinceps vocari Regimentum; ſed antiquum Conſilii nomen, quaſi poſtliminio, in uſum reduxit, **ſol obgemeldt Unſer geſetzt Regiment/ in unſerm abweſen ſtehen/ und/ zu Unſer ankunfft ins Reich/ in** Germanien **den Namen eines Raths haben.** (*b*) *VIII.*

Vt ita ſuperior adducta opinio, quod Regimentum, in abſentia demum Imperatoris, poteſtatem ſuam exſeruerit, & exercuerit, in poſteriori hac ejus inſtitutione, fundata eſſe videatur.

Et acutiùs textus, qui Regimentum Imperatori, ejuſque Vicario conjungit, ac ſub Carolo V. concepti ſunt, intuenti, Imperatorem eò collimaſſe, facilè apparet.

Nam verba quidem penè eadem, in iſtis, quæ in vetuſtioribus Receſſibus, reperiuntur. Sed hæc, inter utroſque, differentia eſt:

Quod in vetuſtioribus, Regimentum à Cæſaris Vicario, commate interjecto diſtinguitur, hoc modo; **Wir/ oder den Wir an unſer ſtat ſetzen werden/ und das verordnete Reichs-regiment:** (*c*) Vt ita Regimentum non magis cum Vicario Cæſaris, quàm cum Cæſare ipſo cohæreat, & ad utrumque commodè referri poſſit.

In

(a) *d. Ordinatio de Anno* 1521. *d.* §. **und dieweil wir.** (b) *Ibid.* §. **und ſol obgemeldt.** (c) *declaratio Pacis publ. de An.* 1500. *tit.* **von des Regiments Macht und Gewalt/ ꝛc.**

In recentioribus vero receſſibus, diſtinctionis nota omiſſa Regimentum cum Vicario Cæſaris, immediatè & arctiſſimè connectitur; & contra, hæc duo, inter ſe juncta, per inſertum comma à Cæſare disjunguntur, hoc modo, **Uns / oder / in Unſern abweſen / Unſerm Stat-halter und Regiment;** (a) Ut ita qualitatem hanc ad ſolum Vicarium reſtringi, veroſimile ſit.

Regimentum hoc quoque à Carolo V. ſublatum. Licet autem Regimento multa hoc modo à Carolo V. detracta ſint, attamen cum illud, quia continuum erat, omnibuſque ſuis actionibus, ſine intermiſſione, invigilabat, adhuc conatibus ſuis obſtare cerneret; ut penitus obliteraretur, ac in deſuetudinem veniret, procuravit.

Id quod accidit, circa Annum 1530. (b) creſcente Caroli autoritate & potentia: (c) Quando, nempe, plerorumque Electorum vota ambitu ſuo expugnavit, ac Ferdinandum Fratrem, Romanorum Regem eligi fecit: (d) Quo ipſo, Imperatoriæ dignitatis, in Familia ſua, quaſi hæreditario jure, continuandæ, firmiſſimum jecit fundamentum.

Et cauſſa quidem ſublati ac deſtructi Regimenti, à parte Caroli Imperatoris fuit, affectatum Imperium monarchicum, cui in

(a) *Conſtitutio Pacis publ. de Anno* 1521. *tit.* von der pœn der überfahrer / ꝛc. *& tit.* ob jemand des Friedbrechers §. und als fürter *&* §. *ult. & tit.* von der überfahrer des Friedens enthaltung. *Ordinatio Cameræ de eod. Anno tit. Execution* der Urtheil belangend §. und mag alsdann. *& tit ult.* §. und wo jhm daſſelbig. (b) *Reformatio Cameræ de Anno* 1531. §. *item* dieweil das Regiment.
(c) *Paurm. lib.* 2. *de juriſd. cap.* 2. *n.* 114. *edit. poſter.* (d) *Sleid. lib.* 7. *hiſt.*

in aliis Regnis ac Provincijs hæreditariis aſſueverat. (*a*)

Cauſſa Regimenti ſublati à parte Ordinum.

A parte verò Ordinum, diſſidium è Religione, circa iſta tempora maximè invaleſcens, indeque nata diffidentia. Cui acceſſit, neſcio, fatalis an fatua quædam, Ordinum ſocordia; ea, quæ Libertati, rei inæſtimabili, (*b*) tuendæ inventa ſunt, vilipendentium; & labores, ſumtuſque pro Patriâ ſubire, detrectantium.

Cum enim Magiſtratus hic inter omnes Principes ac Ordines non eſſet ambulatorius, ſed certis quibuſdam, ad eum deputatis, reliqui plerique, immunitate, ab hoc onere, gauderent: Hinc illos, qui ad Regimentum deputati erant, eò, quod ſoli hoc munus, Reipubl. cauſſa, ſuſtinere, iniquum eſſe ducerent, abolitioni Regimenti, non facilius modo conſenſiſſe, ſed etiam, ut id fieret, ſuaſiſſe, ac procuraſſe, haud injuriâ ſuſpicamur.

SECTIO III.

Regimento hoc modo ſublato, duravit tamen adhuc mos convocandi univerſos Imperii Ordines, & in publicis Comitiis de rebus Imperii deliberandi, uſque ad noſtra ferè tempora.

Conventus Deputatorum, poſt ſublatum Regimentum, introductus.

Cum autem Ordines univerſi non, niſi magnis difficultatibus, ac ſumtibus, in unum coire poſſent (quæ ipſa etiam Regimenti, primitus introducti, cauſa fuit) nova iterum Conuentus ſpecies in Imperio exorta eſt.

Idque, vel in caſu magnorum motuum, qui conjunctis quinque Circulorum viribus ſedari nequeunt, So ſich eine ſo groſſe empörung

(a) *Paurmeiſt. d. l. 2. c. 6. n. 194. edita poſter.*
(b) §. 7. *Quibus ex cauſ man. non licet.*

pörung eräuget / daß des beſchwerten Creys/ vnd der andern vier angräntzenden Creyſſe/ beſtimte Hülffe / dargegen nicht fürträglich/ oder ſtarck gnug / vnd dieſelbe Kriegs-Obriſten ermeſſen würden/ daß aller Creys-Hülffe von nöhten ſeyn wolte: (a) Vel ſi aliàs id efflagitet Reipubl. utilitas. Etiam tunc, quandò propoſita negotia in Comitiis univerſalibus non omnia expediri potuerunt, Well ſie/ wie die Nohtdurfft wohl erfordert / bey dem Reichs-tag/ aus eingewanten verhinderlichen vrſachen/nicht erledigt werden konnen. (b)

Et hic Conventus initio conſtitit è ſex Electoribus, ſex aliis Principibus, & duabus Civitatibus. (c) Quibus poſtea quatuor adhuc Principes adjuncti ſunt. (d)

Vocatur autem, ein deputations-tag gemeiner Reichs deputations-tag. (e)

Et Comitiorum vicem ſuſtinet. Quare etjam Receſſus hujus Conventus ſunt ad inſtar Receſſuum univerſalium Imperii: Vnde iſthæc formulæ. Haben der Deputirten beſchluß/ in dieſen / als Vnſern / vnd gemeiner Stände abſchied ſtellen ꝛc. laſſen. (f) Haben daſſelbe/

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1555. §. ſo ſich dann abermahls. *Receſſus Imperii de Anno* 1559. § nach dem ſich darneben (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1594. §. was vnd ſo viel. & §. als wir dann für den vierten (c) *d. Receſſus de Anno* 1555. *d.* § & *d. Receſſus de Anno* 1555. §. auff daß man dießfals. (d) *Receſſus Imperii de Anno* 1570. §. vnd damit ſolche wichtige. (e) *Receßus Anno* 1570. *d.* §. & *Receßus de Anno* 1594. § was vnd ſo viel. *v.* 5. immittelſt aber. (f) *Receſſus Deputatorum de Anno* 1564 § haben ſie die berahtſchlagung & *de Anno* 1600. §. wann nun darauff.

daſſelbe/ als einen gemeinen Reichs-beſchluß/ approbiret. (a)

Sed & hoc conventuum genus jam antiquatum eſt ſub Auſtriacis: Cum ultimus Anno 1606. ante ſeptem luſtra, & quod excedit, ſit habitus.

Nam Conventus iſti, quos noſtro tempore celebratos vidimus, & audivimus, Conventus Deputatorum appellari non merentur. Quippe ad quos non omnes Deputati vocati ſunt: & quidam etiam, non Deputati, vocari meruerunt: Iſti, nempè, quos Imperator Conventui intereſſe voluit, ut ipſemet Legato Anglico Baroni Dygbio, Anno 1621. confeſſus eſt, (*b*) hoc eſt, quorum ſuffragia jam ante ſibi, Domuique ſuæ mancipata noverat.

Hinc Elector Brandenburgicus, quia forte, id temporis, adhuc cum Palatino, ex parte ſentire videbatur, ad Conventum Mulhuſianum minimè vocatus fuit: Quare, cum poſtea literæ quædam, magni momenti, nomine totius Electoralis Collegii conceptæ, à reliquis Electoribus ſubſcriberentur, Brandenburgicus, quia in hujus Conventus Receſſu fundatæ erant, manum retraxit, & ſubſcribere renuit, weil ſich daſſelbe Schreiben fürnehmlich gegründet auff das / was zu Mülhauſen/ auff dem damaligen Convent etlicher Chur-vnd Fürſten/ ausgefertigt/ vnd abgangen / vnd alſo davon geredet / als hätte auch er zu verfertigung/ vnd auſſendung ſolcher Schreiben alle mit Rath vnd That geholffen / welches aber

R nie-

(a) *Receſſu Deputatorum de Anno* 1571. §. dieweil wir dann. *d. Receſſus Imperii de Anno* 1594. §. *&* v. 5. (b) *In ſecunda reſolutione apud Lundorp. tomo* 2. *Act. publ. lib.* 6. *c.* 97.

nie geſchehen/ſondern er ſey zu ſolchem convent niemahls erfordert. (a)

SECTIO IV.

Conventus Electorum.

ULtima Conventuum Imperialium ſpecies eſt, Conventus ſex Electorum; quem Collegial tag vocant.

Electoribus enim, non modò vacante per mortem Imperatoris Imperio, ad Regem Romanorum eligendum, ſed extra hunc caſum quoque, peculiariter conceſſum eſt: ut abſque ſpecialis veniæ impetratione, pro ſalute & incolumitate Imperii, conventicula habere poſſint, (b) mögen ſie zu zeiten/ nach vermög der Güldnen Bull vnd gelegenheit des heiligen Reichs/ zu jhrer nohtdurft/ auch/ ſo ſie beſchwerliches obligen haben/ zuſammen kommen/daſſelbe zu bedencken vnd zu berahtſchlagen. (c)

Noſtro ævo frequentiſſimi, & quare?

Et hi Conventus, ſi unquam noti fuerunt, noſtro certè ævo magis, quàm ullo alio, innotuerunt.

Quo autem ſcopo, aliis Conventuum generibus oblivione ſepultis hoc ſolùm frequentaverint Electores, facile olfacere poteſt, qui non obeſæ naris eſt. Vniverſis enim Ordinibus ſumma Reipubl. gubernacula, quæ jure ipſis debebantur, hac viâ ſenſim extorquere, ſibique, ac Collegio ſuo Electorali vindicare voluerunt.

Hinc jactabundæ iſtæ, Collegii Electorum formulæ inoleverunt, Das Chur-Fürſtliche Collegium ſey das Haupt-fundament, darauff/ ſo wohl das Haupt/ als die Glieder/

(a) *Vt teſtatus eſt literis ad Adminiſtratorem Magdeburg. de dato* Cölln an der Sprew 18. *Febr. Anno* 1622. (b) *Aurea Bulla tit.* 12. *Reink. l.* 1. *cl.* 4. *c.* 6. *n ult.* (c) *Capitulatio Ferdinandi II.* §. Ihr Mayt. lieſſen auch zu.

der/ vnd alſo die gantze ſubſtantz des Reichs beruhe/vnd gegründet ſey. (a) Auff der ergäntzung des Chur-Fürſtlichen Collegii, beruhe vornemlich die löbliche verfaſſung des Reichs/ (b) des gantzen Reichs Wolſtand beruhe auf der Einigkeit des Ober-Haupts / vnd der Hauptſeulen / der Chur-Fürſten des Reichs vnter einander. (c)

Sed,ut multis,etiam ante hæc tempora,Electores, permiſſæ ſibi poteſtatis limites exceſſiſſe, ſuprà oſtendimus: Ita, noſtro imprimis tempore,in præteritis Conventibus, enormiter eos exorbitaſſe, meritò conquerimur.

Electoralium quidem Conventuum non eſt vilis autoritas: Non verò adeò ſui valitura momento, ut, quæ commune bonum, ac univerſum Imperii ſtatum concernunt, quæque antehac in Comitiis tractari ſolita ſunt, ipſorum arbitrio ſubjacere debeant.

Nam, ut Imperator Matthias loquitur, (d) Sachen / ſo das gantze Reich angehen / vnd von Ihrer Keyſerlichen Majeſtät mit aller Chur-Fürſten/ vnd Stände/gutem Rath abgehandelt werden ſollen/ können füglich nicht/ als bey einem allgemeinen Reichstage erörtert werden.

Idipſum, in Conventu, Fuldæ, Anno 1606. habito, Saxonici Legati agnoverunt, quandò talia negotia ad univerſalia Comitia rejecerunt, wie Vngariſchen weſen / Niederland/

(a) *Elect. Moguntinus in literis ad Elect. Saxon. de dato 7. Oct. An. 1623. ut refertur in Manifeſto Elect. Palatini hodierni p. 40.* (b) *Idem in literis ad Elector. Brandenb. de dato 13. Feb. An. 1624. ut refertur in eodem Manifeſto. p. 42.* (c) *Electorum reſolutio ad Cæſaris propoſitionem Ratisbonæ 20.30. Ian. Anno 1623. data.* (d) *In propoſitione in Comitiis An. 1623. habita.*

land/ vnd Iuſtitz zu helfen / gehöre nicht vor Chur-Fürſten allein / ſondern vor das gantze Reich / weil von ſelben / ſchon auff gemeinem Reichs-verſamlungen/ conſulirt worden/ vnd abſchied erfolget; vnd betreffen nicht allein Chur-Fürſten/ſondern auch andern Ständen. Ihr Herr hielte dafür / daß andere Ständen an allem ſo viel gelägen / als den Chur-Fürſten/ daher er es deliberiren laſſen/ daß ſie vor alle Stände gehörig: Erachte auch / daß die Chur-Fürſten in dieſen Puncten ſich wohl vorzuſehen / weil es andere auch betreffe (*a*)

Palatinus quoque Elector, cum, Anno 1615. de componenda Pontificiorum ac Proteſtantium diſſidio, ageretur, & Monguntinus, Collegialem Electorum Conventum habendum eſſe,cenſeret, rectè, hac ratione motus,diſſenſit, (*b*) Weil das Haupt-werck nicht allein die Chur-Fürſten / ſondern / die ſämtlichen Stände des Reichs betreffe/ welche auch ein ſolch excluſum hoch empfinden würden/ vnd daß man zuvor / in dieſen terminis, kein Exempel habe.

Nec minus rationis habet ejuſdem, jam exſulis,ac in Bataviâ commorantis, ad hunc ipsũ Moguntinum, de inſtanti, tunc temporis, Conventu Ratisbonenſi, admonitio, (*c*) Er verſehe ſich / es werde den abweſenden / vnd nicht beſchriebenen Ständen/kein anlaß gegeben werden / ſich über dergleichen particular Conventus vnd abſonderliche concluſa,als ob dadurch gemeinen Ständen des Reichs vorgegrieffen

(a) *Protocollum conſultationis de die* 19. *Aug. ap.Lundorp.tomo* 2.*act.pub.l.*2 *tract.*5.*p.*536. (b) *Zachariæ* Geitzkoffler *in lit.ad Cleſelium de dato* Augſpurg 24 *April.An.*1615. (c) *in literis de dato* Gravenhage 1.*Maji An.*1621. *ap Lundorp.tomo* 1.*act.publ. lib.*6.*c.*21.*p.*927.

gegrieffen / vnd præjudiciret / mit fug zu beſchweren.

Cui ſuppar eſt illa cenſura; quâ Conventum illum Anonymus quidam (Everahardum à Weihe fuiſſe putant) in conſultatione, de Ducis Brunſvvicenſis itinere, ad eundem Conventum, perſtrinxit, *(a)* So viel die amicitiam univerſalem betrifft/ſey ſolches werck nicht vor etliche / ſondern für alle gemeine Stände des Reichs gehörig/ vnd wann es an die propoſition komen ſolte/würde es in warheit ein wunderlich anſähen gewinnen/daß man ſolcher händel ſich / ohne zuthun aller gemeiner Stände vnternehmen thäte: Es ſeynd auch die algemeinen gravan i ia Imperii alſo beſchaffen/daß denen/auf einē ſolchen eingeſpannenen Convent, nicht werde abgeholffen werden können/ ꝛc.

Nec ita pridem, inſignis quædam Principum familia, cum de Electore Saxoniæ conquereretur, quod, per tranſactionem Pragenſem, ſibi ſoli ſumſiſſet, belli, paciſque arbitrium, hoc argumento egregiè uſa eſt, ſcribens, *(b)* Ihr Chur-Fürſtl. Durchl. wüſte ſich zu erinnern/ worauf die Verfaſſung des Reichs/vnd deſſen gantzer Status gewiedmet/vnd beruhe; vnd daß vnſere löbliche Vorfahren/ jederzeit es fäſtiglich dafür ermeſſen / daß der Fürſten Ständ/ ebenmäſſig / in partem ſollicitudinis aſcisc ret ſey/vñ gehöre: Dahero Fürſten vñ Stände/von ſolchen hochwichtigen / des gantzen Heiligen Römiſchen Reichs / vnd deſſen noch übrigen Wolſtand/ concernirenden Sachen/ vnd tractaten nicht auszuſchlieſſen/ ſondern mit ihren einrähtigen Gedancken zu hören.

R 3 SECTIO

(a) *apud Lundorp. d. tomo 2. act. publ. l. 6 tract. 22. p.* 1632. (b) *Tota Domus Brunſvvicenſis & Luneburgenſis in lit. ad Elect. Saxoniæ de dato* Hildesheim 18. *April. Anno.* 1637.

SECTIO V.

EX his, quæ in medium adduximus, animadvertere licet, quomodo Auſtriaca familia, à Caroli V. præcipuè tempore, paulatim plus juris, in adminiſtratione Imperii ſibi vindicaverit, &, progreſſu temporis, magis magiſque invaluerit: Donec, noſtrâ ætate, ruptis pudoris repagulis, in apertam planè prorupit tyrannidem.

Initio enim, quicquid è re communi videbatur, in publicam omnium Ordinum deliberationem veniebat; ideoque Comitia ordinaria & annua erant: Si quid autem ſubiti emergeret, quod moram non ferret, Imperatori, ſtatuendi haud quicquam licentiæ concedebatur; ſed ad Comitia, extra ordinem indicenda, habebatur recurſus.

Quia autem creberrima hæc Comitia nimios ſumtus exigebant, nec tamen communi bono hoc modo ſatis erat proviſum, ideo annua iſta Comitia abrogata, inque eorum locum, Senatus Imperii, ſeu Regimentum, cum ampliſſimâ poteſtate, ac in tali forma, ut, ſine dubio, totum Imperium repræſentaret, ſubſtitutum fuit, ad ſexennium.

Primus Auſtriacæ potenciæ gradus, licet exiguus.

Cum deinde Regimentum exſpiraſſet, Anno 1512. annua Comitia reſtituta ſunt, & novum inſuper quoddam Conſilium ab Ordinibus Imperatori adjunctum eſt: Quod, in rebus ſubitis, Comitiorum, extra ordinem indicendorum, aut Regimenti vices quodammodo suppleret.

Et hic fuit primus Auſtriacæ potentiæ gradus; licet admodum exiguus, & vix ſenſibilis: Nam Conſilio iſto, ex quo hodiernum Conſilium aulicum ortum forſan traxit, minus, quàm Regimento, Imperii Libertati pro-

proſpectum erat. Manebant tamen in vigore ſuo annua Comitia, & Conſilium quoque iſtud adhuc reverà Imperii erat Conſilium, atque ad Imperium præcipuum habebat reſpectum; ita ut ab hodierno Conſilio aulico, toto cœlo diſtaret.

Secundus Auſtriaca potentiæ gradus.

Poſt obitum deinde Maximiliani, Carolus V. ariſtocraticum Imperii regimen planè deſtruere cupiens, *(a)* Regimentum quidem in uſum reduxit, ſed ita circumſcripta poteſtate, ac in tali forma, ut antiquam ejus Majeſtatem, & auguſtam ſpeciem, nullibi agnoſceres.

Heu, Senatus hic Imperii
quantum mutatus ab illo
antiquo Imperii Senatu! Ex Regimento factus Conſilium; Ex Domino, Imperatoris mancipium.

Et hic ſecundus gradus fuit; priori aliquanto altior.

Tertius Auſtriaca potentiæ gradus.

Regimento tandem etiam hoc abolito, annua tamen Comitia in uſum revocata non ſunt; nec alius ullus Imperii Senatus, aut Conſilium, quod rerum publicarum curam gereret, ut Anno 1512. factum, inſtitutum eſt.

Cum itaque ut in quavis Republ. ita in Imperio quoque; multa quotidiè expedienda occurrerent, nec ordinarius aliquis eſſet Senatus, qui his rebus vacaret; multo minus ad Comitia, quæ non annua amplius, ſed extraordinaria & incerta erant, illa negotia remitti poſſent: Idcirco rem, aut ad anarchiam aliquam, & univerſalem confuſionem, aut ad Monarchiam redire, Imperiumque ad unum tandem Cæſarem devolvi oportuiſſe, ipſa dictat ratio.

(a) *Paurmeiſt. lib. 2. de juriſd. cap. 6. n. 196. edit. poſter.*

Et hic tertius gradus eſt, quem ſimulac aſſecuti ſunt Imperatores, Libertatem Germaniæ è ſuo faſtigio deturbârunt.

Ex quo ortum Conſilium Imperiale aulicum.

Nam hac occaſione Imperatores poteſtatem omnem ad ſe traxerunt, cumque oneri adminiſtrationis ſoli non ſufficerent (magna enim negotia, magnis adjutoribus egent.) *(a)* Conſilium illud Imperiale aulicum, quod hodiè ſummo in flore ac vigore eſt, der Reichs-Hoff-Rath/ caput extulit, &, rupto Libertatis aggere, totam Germaniam plenitudine ſuæ tempeſtatis inundavit.

Hodiè ergo, in hoc Conſilio, deliberantur, conſultantur, ac deciduntur ſimul, res ſacri Romani Imperii, publicæ & privatæ, ex præſcripto juris & Imperii Conſtitutionum, & ex obſervantiâ imperitorum, confirmatorum, & extenſorum privilegiorum, & immunitatum, Sacri Romani Imperii Electorum, Principum, & Ordinum: Vt unuſquiſque in iis ſtabiliatur, & tueatur, nec ulla modo contra præfata jura gravetur. *(b)*

Vt ita Conſilium hoc, non modo Cameræ Imperiali, ſed etiam antiquo Imperii Regimento, potentiâ & autoritate, æquiparari videatur.

Et ex hoc, Conſilium ſecretius Imperatoris.

Et ex hoc Conſilio Imperiali aulico, nova iterum Monarchiæ Hiſpano-Auſtriacæ, & proles, & nutrix, ortum traxit, Conſilium nempe ſanctius & ſecretius Imperatoris, der Keyſerliche geheimbde Rath. *(c)* In quod aſſumti Conſiliarii, reliquos Conſiliarios dignitate antecedunt.

Huic Conſilio, quicquid ad alia Conſilia prius

(a) *Vellejus Paterc. l. 2. hiſtor.* (b) *Autor libelli, in quo Status particularis Regiminis Ferdinandi II. deſcribitur c. 9.* (c) *Reink. lib. 1. cl. 4. c. 19. n. 51.*

prius delatum, ab iiſque deliberatum, concluſum, & cum votis ad Imperatoriam Majeſtatem remiſſum eſt, ſubjacet. Quæque cætera Conſilia prius deciderunt, ea poſteà, vel mutat, vel aliter quandoque diſponit, Conſilium hoc Imperiale intimum: Unde ratificatio Cæſarea in omnibus exſpectanda eſt. (*a*)

In hoc vero Conſilio aulico introducendo iterum gradatim proceſſerunt Imperatores.

Nam cum initio Conſiliarii iſti, Electori Moguntino, tanquam Imperii Archi-Cancellario, juramento obſtringerentur; (*b*) ut ita adhuc, magis Imperii, quam nudi Imperatoris Conſiliarii viderentur: Poſtea illud quoque intermiſſum eſt. Iſt nicht/wie etwa hiebevor geſchehen/dieſer Rath den Reichs-Ständen verwant worden / ut Proteſtantes jam olim conqueſti ſunt; (*c*) nec uſu id amplius ſervari, ex quibuſdam Conſiliariis aulicis, ipſummet certiorem ſe factum, Reinkingius ſcribit. (*d*)

Tandem, licet Auſtriaci hac viâ, ad abſolutum dominatum, aditum ſibi primo paraverint, ad eumque, quo longius, eo apertiùs graſſati ſint, univerſalia tamen Ordinum Comitia, & Deputatorum Conventus, adhuc, ad noſtram uſque ætatem ſæpius celebrata; inque iis, de rebus, ut plurimum minimi momenti ſtudio Imperatorum, ac vecordiâ Ordinum, nequicquam altercatum eſt: Donec Ferdinandus II. qui jam Anno 1608. antequam Cæſar eſſet, & Cæſarei Commiſſarii vice adhuc fungeretur, fatalis quædam Comitiorum peſtis apparuit, habendorum Comitiorum morem, longo in uſu, abrogavit.

R 5 Et

(a) *Autor d. libelli d. c. 9.* (b) *Thom. Mich. & Wehnerus, quos refert Reink. d. c. 16. n. 46.* (c) *In gravaminibus de Anno 1594.* nach dem Pfaltziſchen *concept.* (d) *loco.*

Et ita dilucidè conſtare putamus,quantoperè Imperii noſtri interſit, ea, quæ ſtatum Imperii, & ſummam rei concernunt, omnium Ordinum interventu expediri. Quantoperè,& quàm ſollicitè Majores noſtri,ut id fieret,tum habitis crebris Comitiis, tum inſtituto Regimento, laboraverint: Quomodò verò paulatim, ad noſtra uſque tempora, Ordinibus Imperii, per propriam negligentiam, ab Auſtriacâ Domo detractum ſit.

Qui ſi debitam ſtatus ſui Rationem in Conſiliis obſervare voluiſſent, ne unguem quidem latum,Imperatoribus concedere debuiſſent.

Imperatores, enim, ab exiguis initium capientes,& ſenſim graſſantes, ipſa tandem Ordinum arcana invaſerunt, & totam ferè Imperii Majeſtatem, de facto,ſibi vindicârunt.

De quo, jam ordo poſtulat, ut ſpecialius agamus.

CAPUT VI.

De quartâ STATUS RATIONE, *quæ in eo conſiſtit,quod ſimulacra Majeſtatis Principi relinquenda,Iura verò Reipubl. reſervanda ſint: Et in ſpecie; de ſimulacris Imperatori relictis,aut relinquendis.*

SECTIO I.

QUartò, in Republ. ſeu Imperio noſtro id maximoperè attendendum fuit;Vt ſimulacra quidem Imperii Imperatori relinquerentur;vis tamen ipſa,ut Tacitus vocat, (a) Imperii, ſive Imperandi, ac Iura Majeſtatis, in Ordinum poteſtate manerent.

Simu-

(a) *lib. 2. annal.*

Simulacra vero Majeſtatis ea dicuntur, quæ magnam quidem ſpeciem præ ſe ferunt, ac inanis umbra, ut Plinius junior loquitur, (*a*) & ſine poteſtate nomen ſunt; parumque Imperii ac poteſtatis, in ſe, reverà continent. Vnde, inania jubendi Jura, Joviusindigitat. (*b*) *Quæ ſint Majeſtatis ſimulacra.*

Nam in Principatu, ſive ejuſmodi Reipubl. formâ, in quâ vis ipſa Imperii penes plures reſidet, unus tamen, præ cæteris, colitur, ac velut primum dignitatis locum obtinet, iſthæc, exteriori ſpecie ſplendida, uni huic, Principem agenti, majoris autoritatis conciliandæ gratiâ, relinqui, familiare ac uſitatum eſt. *Et in Principatu Principi relinquenda ſunt.*

Sic, Dux Venetorum regiam præ ſe fert poteſtatem, cum regiam ſpeciem habeat, ac gravitatem, dignitatemque Regis ſervet: Reliqui vero Cives regia veneratione eum proſequantur, (*c*) Nec ullus adeò rudis, tamque ſtupido ingenio eſt, quin ubi Principis nomen tantum audit, ibi ſummam honoris amplitudinem collocatam intelligat: Adeoque in perſona Ducis, poſitum eſt ſupremum Imperium Reipubl. Venetæ, in qua ſolus apparet rerum ipſe Dominus. (*d*)

Sed, quamvis obtineat tantum amplitudinis; nulla tamen res eſt, in qua liberam, atque integram poteſtatem habeat. (*e*) Regis ubique ſpeciem intueri poſſis, poteſtatem verò nuſquam: (*f*) Nam Majeſtatem quidem Regis habet, autoritatem vero Civis. (*g*)

R 6 Hinc

(a) *lib.* 1. *epiſtol.* (b) *l.* 1. *hiſtor.* (c) *Contar. lib.* 5. *de Republ. Veneta.* (d) *Donatus Iannottus de Republ. Veneta.* (e) *Iannottus ibid.* (f) *Contar. d. loco:* (g) *Trajans Boccalini in Parnaſſo cent.* 1. *diſc.* 5.

Hinc ſpecies ubique Regni ac Principatus, ſi quis altius rem non expendat, intuenti occurrit, & nihil apparet, niſi magnificum, imò verò ſummum: Imperii tamen ſummam vim ipſam nunquam Dux habuit, ſed imaginem tantum quandam & umbram Imperii, plus minuſve, pro temporum varietate, *(a)* & repræſentat quodammodo, non re ipsâ obtinet, regiam poteſtatem. *(b)*

Pari modo, Rex Poloniæ, nomine quidem, extra controverſiam, talis appellatur, eique Majeſtas attribuitur: Cum tamen res ipſa penitus à Rege exſulet, ejuſque poteſtas, in Sacrum & equeſtrem Ordinem, ac utrique ſubjectos homines atque bona, anguſtiſſimis finibus circumſcripta, ac penes equeſtrem Ordinem propemodum ſit ſumma Reipublicæ; ſine quorum, aut certè Senatorum conſenſu, is nullam rem majorem, ad Rempubl. pertinentem, ſtatuit aut facit. Imo, tempore Heinrici Regis, conſtitutum, ut in Aulâ regiâ ſex, ad minimum, Senatores Regni aſſiſterent Regi, & is nunquam, ipſis inconſultis, Regiam autoritatem exercere poſſet. *(c)*

Hinc Regnum, ut vocant, ſeu potius Reſpublica Polonorum, à veteri Lacedæmoniorum, vel, hujus temporis, Venetorum Repub. Reipubl. ratione, non multùm differre, rerum Polonicarum periti ſcripſerunt: *(d)* Et ſummum illud jus, ac autoritas Monarchiæ, ut Chriſtiana, Vladiſlai I. Regis Vxor, inquit, *(e)* in Poloniâ umbratilis eſt.

SEC-

(a) *Nicolaus Graſſus in notis ad Iannot. & Contar. n.15.* (b) *Idem de forma Reipub. Ven.* (c) *Hieron. Spanochius de interregno Polonia.* (d) *Cromerus l. 2. in deſcript. Polon.* (e) *Idem lib. 6. hiſtor. Polon. Nevvgepaur. lib. 3. hiſtor. Polon.*

SECTIO II.

AD hæc autem ſimulacra in Imperio noſtro ea omnia referimus, in quibus Juridico-Politici noſtri, Cæſareæ Majeſtati communiter, ultra modum, addicti opinionis ſuæ fundamenta pleraque ponunt.

Inter iſta agmen ducit nomen Imperatoriæ Majeſtatis: Majeſtas Imperatori quotidiè tribuitur, & totus eum hoc nomine mundus ſalutat.

Ad ſimulacra pertinet titulus Majeſtatis.

Sed de re ipſa, non de nomine jam quæſtio eſt: Nec quomodò vocetur Imperator, verum cujus in manibus Majeſtas conſiſtat Imperii.

Externarum harum rerum, & inanium titulorum ſpecie, nos decipi non oportere, rectè monet Hugo Grotius: (*a*) Nam inſignia regiæ Majeſtatis, & nomen, in liberis quoque Civitatibus quibuſdam, tribui Principibus, ſolita ſunt.

Nomen Regis aliquando ſine re, & è contra.

Ita Lacedæmoniorum Regibus Lycurgus nomen regium reliquit, præterea nihil aliud, quàm ut belli Duces eſſent: Neque, præter Regium nomen ac ſpeciem, quicquam eis reliquum manſit, cætera Senatui ac Populo conceſſa. (*b*)

Ita veteres Germaniæ Reges, Tacitus, præfuiſſe, ait, (*c*) autoritate ſuadendi magis, quàm jubendi poteſtate.

Econtrà, Romani Imperatores, licet palam, & ſine ulla controverſiâ, Regnum libertinè tenerent; Principes tamen, uſitato ſub Libertatis vocabulo, vocabantur. (*d*)

Et ſanè, antiquum Romanum Imperium cum

(a) *l. 1. de jure belli c. 3. n. 10.* (b) *Bodin. l. 2. de Republ. cap. 1.* (c) *de morib. German.* (d) *Grotius d. loco.*

cum hodierno Romano Germanico comparantibus, diverſæ, imo directo contrariæ, nobis occurrunt ſpecies, ſeu formæ.

In antiquo Romano Imperio res ſine nomine fuit.

Nam regium nomen, alibi magnum, Romæ intolerandum erat. (*a*) Itaque, cum ante paucos, quàm Auguſtus naſceretur, menſes, prodigium publicè fieret, quo denunciabatur, Regem Populo Romano, naturam parturire: Senatus exterritus cenſuit, ne quis, eo anno genitus, educaretur. Verum ii, qui gravidas uxores habebant, quod ad ſe ſpem quiſque traheret, curarunt, ne Senatus-Conſultum ad ærarium deferretur. (*b*)

Quod cum exploratum haberet hic ipſe Auguſtus, Romanos ſpeciem hanc, titulumque ſervitutis magis, quam rem ipſam exhorreſcere, ne Civium animos concitaret, regium titulum omiſit, ac Principis aſſumſit: Quo ſpecioſiſſimo nominis tegumento, perinde ac ſi melle illitum abſinthium propinaret, omnem, quam omiſſæ Libertatis memoria ſuſcitaſſet, amaritudinem delinivit. (*c*)

Principem enim, etiam, Senatus in antiqua Republ. ſibi adſciſcere ſolitus erat: (*d*) Adeoque nomen hoc Romanis haud inſolens videbatur.

Idem Auguſtus tribunitiam poteſtatem (quod populare maximè nomen erat) ſummi faſtigii vocabulum reperit: Ne Regis, aut Dictatoris nomen aſſumeret, ac tamen, appellatione aliqua, cætera Imperia præmineret (*e*) Reliquorum Magiſtratuum eadem quidem vocabula: Verſo tamen Civitatis ſtatu,

(a) *Scipio ap. Liv. lib. 2. hiſtor.* (b) *Stueton. in Auguſto.* (c) *Scipio Ammir. diſſert. in Tacit. lib. 1. diſc. 1.* (d) *Liv. lib. 27. hiſtor.* (e) *Tacit. lib. 3. annal.*

ſtatu,nihil uſquam priſci, aut integri moris; omnes exuta æqualitate, juſſa Principis aſpectare. *(a)*

Verbo enim Auguſtus Tribunus Plebis, re vero ipſa Rex fuit. *(b)* Sed hæc veſtigia morientis erant Libertatis. *(c)*

Similiter Tiberius acerbè increpuit eos, qui divinas ejus occupationes, ipſumque Dominum dixerant: *(d)* Et adhuc Vitellius, mortuo Otthone, miſit in Vrbem Edictum, quo vocabulum Auguſti differret, Cæſaris non reciperet; cum tamen de poteſtate nihil detraheret. *(e)*

Ita antiqui hi Imperatores, cum poteſtatem omnimodam ſibi uſurparent, nomine tamen & inanibus titulorum abſtinuerunt.

In noſtro nomen ſine re.

Contrarium in Imperio noſtro accidit: Majeſtas enim, & quicquic ſplendidorum titulorum fingi aut reperiri poteſt, Imperatori tota die cumulatim tributum eſt; vim vero ipſam Imperii, & poteſtatem omnem Ordines ſibi reſervârunt. Et hi ipſi tituli veſtigia fuerunt, morientis antiqui Dominatus.

Nam quamvis Imperatorem, & Regem, & Dominum veſtrum eſſe fateamini, inquit Æneas Sylvius ad Imperii Proceres, *(f)* precario tamen ille imperare videtur; Nulla ejus potentia eſt: Tantum ei paretis, quantum vultis; vultis autem minimum. Libertas omnibus in communi placet.

Et, de ſui ævi ſtatu, Eraſmus ad Compegium Cardinalem ſcripſit: *(g)* Cæſareæ Majeſtatis nomen ſic agnoſcunt Germani, ut imperent verius, quàm pareant.

SECTIO

(a) *Idem lib.* 1. *annal.* (b) *Bodin. lib.* 4. *de Republ. cap.* 1. (c) *Tacit. d.* 1. *lib.* 1. *annal.* (d) *Tacit. lib.* 2. *annal.* (e) *Idem lib.* 2. *hiſt.* (f) *in Germ. cap.* 43. (g) *ap. Sleid. lib.* 7. *hiſt.*

SECTIO III.

Ad ſimulacra quoque pertinet, Plenitudo Poteſtatis Imperatoria.

ALterum, quod principem inter hæc ſimulacra locum obtinet, eſt, Plenitudo Poteſtatis Imperatoriæ, Römiſcher Keyſerliche Mayt. macht vnd vollnkommenheit / Vollnkommenheit Keyſerlichen gewalts: Quæ infinities ferè in Receſſibus Imperii, & vulgò, Imperatori adſcribitur.

Hanc autem Imperator, in verbis ſibi uſurpet, licet: Dummodo ultra verba non procedat, & à re ipſa abſtineat. Nam Plenitudo hæc Poteſtatis, quæ Imperatori tribuitur, meritò ad ea refertur, quæ ex priſtina Reipublicæ forma remanere ſolent. *(a)*

Plenitudo Poteſtatis tribuitur Imperatori & Regi Romanorum ſimul.

Et hic, ad meliorem hujus ſimulacri cognitionem, ut id, merum ſimulacrum eſſe, liquido cognoſcatur, notare operæ precium eſt: Plenitudinem iſtam Poteſtatis, non ſoli Imperatori, ſed & Regi Romanorum, vivo Imperatore, adeoque ambobus, junctim, tribui. Wir ſitzen / ordnen / gebieten / von Römiſcher / Keyſerlicher / vnd Königlicher macht vnd vollnkommenheit. *(b)*

Hinc quoque Imperator & Rex Romanorum, uterque, Capita Imperii, die Häubter / appellantur: *(c)* Nec Rex Romanorum, nomine tantum Imperatoris, ſed & propria auto-

(a) *Arniſ. lib. 2. de Republ. cap. 7. n. 5.* (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1542. §. würde ſich aber jemand. & §. hierum vñ dieweil. *Receſſus Imperii Noriberg. de eöd. Anno* §. vnd damit aber das zuziehende. *Receſſus de Anno* 1555. §. wir ſetzen / ordnen / vnd wollen / ꝛc. (c) *d. Receſſus de Anno* 1555. §. vnd im fal Keyſerliche Mayt. *Receſſus Deputatorum de Anno* 1564. §. ſo vnderſtunden ſich.

autoritate, für ſich ſelbſt / als Römiſcher König/ decernere, dicitur. *(a)*

Et manifeſti tamen juris eſt, quod Rex Romanorum non ſit, niſi perpetuus Imperatoris Vicarius. Quamdiu enim Cæſar vitâ ſupereſt, & intra fines Imperii reperitur, omnis penes ipſum eſt poteſtas: Abſente autem illo, rei ſumma ad Regem quidem venit, ſed tanquam nomine, & loco Cæſaris. *(b)* *Quod, quoad Regem Romanorum perſpicuè falſum.*

Idipſum, ex tranſactione Svvinfurtenſi, Anno 1532. inita, apparet, qua Carolus V. cum Electoribus convenit: Vt, ſi quando Rex Romanorum crearetur, vivo Imperatore, non ſuo, ſed illius tantum nomine, Rempubl. adminiſtraret; nec ullam ſibi poteſtatem ac Imperium arrogaret; neque Principes, aut Ordines Imperii, ullâ fide, vel jurejurando adſtringeret, niſi poſt mortem Cæſaris, *(c)*

Ad quod exemplum Rudolphus II. Anno 1575. vivo Parente, Rex Romanorum deſignatus, promiſit, *(d)* Er ſolle/ vnd wolle ſich keiner Regierung / noch adminiſtration, im heiligen Römiſchen Reich/weiter/oder anders vnterziehen/ dann/ ſo viel jhm von der Keyſerlichen Mayt. vergönnet / vnd zugelaſſen würde: Solle vnd wolle auch Ihrer Keyſerlichen Mayt. die zeit ſeines Lebens / an jhrer Ho-

(a) *d. Receſſus de Anno* 1542 §. ſo haben dem allem nach. *&* § vnd damit ſolches alles. *&* §. hierumb vnd dieweil *d. Receſſus de An.* 1555. § ſo ſich dann (b) *Receſſ. Imp. de An.* 1542. §. vnd damit die zeit. *Ordin. Cameræ de Anno* 1555. *parte* 1. *tit.* 1. §. nemlich wollen die. *Receſſ. Imp. de Anno* 1557. §. 1. *ibi* haben wir in Nahmen *Civit. Legati apud Sleidan. lib.* 8. *hiſt.* (c) *Sleidan. d. lib.* 8. (d) *in Capitulat.* §. wir ſollen vnd wollen vns.

Hoheit/ vnd Würden/ keine jrrung oder eintrag thun.

Poteſtas ergo Regis Romanorum, vivo Imperatore, aut nulla, aut certè precaria, & talis eſt, quæ ex mera Imperatoris voluntate dependet: Eandem vero perfectam dicere velle, & plenitudinem illi tribuere, ſana ratio non admittit.

Et per ſe abſurdum. Et ſanè, ſi conſummatam, ſeu plenam, & abſolutam ejuſmodi poteſtatem, non titulo tenus, (quam de eo, nec dubium ullum, nec quæſtio jam eſt) ſed reapſe, utrique, tam Imperatori, quàm Regi Romanorum aſſignemus; magna inde oritur abſurditas.

Regi enim Romanorum ſi ejuſmodi poteſtas competit, illa aut privativè, ut Imperator eâ ſpolietur, aut communicativè, ut utrique fiat communis, & ambo ejus participes ſint, aut denique cumulativè, ut uterque eam habeat in ſolidum, in eundem confertur.

Non privativè, nec communicativè: Quia, ex omnium opinione, creato Rege Romanorum, Imperator, hoc non obſtante, poteſtatem ſuam retinet illibatam, nec quicquam ei per hanc electionem decedit. Decederet autem, ſi, vel in communionem tantum, cum ipſo veniret, creatus Rex Romanorum.

Nec cumulativè: Quia id impoſſibile eſt.

Vt enim duo eandem rem in ſolidum, ac pleno jure poſſidere, aut in dominio habere non poſſunt: (a) Ita nec plenam, abſolutam, & quidem ſolidam in Republica habere poteſtatem; abſurdiſſimumque in Politicis

(a) *l. 5. §. Commod. l. 3. §. de acqu. vel amit. poſſeſſ.*

ticis habetur, duas ſuperioritates conſtituere in uno Imperio. *(a)*

Et quemadmodum in uno corpore phyſico, una anima, quæ imperat, non duæ; in Mundo, unus Deus, qui illum ex arbitrio moderatur: Ita pro monſtro foret, imo impoſſibile, in una eademque Republ. duas eſſe ſupremas poteſtates æquales. *(b)*

Quinimo, ex mente Alexandri Magni, *(c)* nec mundus duos patitur ſoles: Nec Imperium, duos ejuſmodi plena poteſtate in ſolidum præditos Principes, ac quaſi bicipitem aquilam, & biceps regale monſtrum.

Nec illud emplaſtrum citatricem huic vulneri inducit, quod Reinkingius *(d)* applicat: Exercitium nempè hujus poteſtatis, actu ſecundo, Imperatore præſente, & non impedito, in Rege Romanorum, ſuſpenſum quoddammodo eſſe, & deliteſcere.

Si enim ſuſpenditur & deliteſcit Regis Romanorum poteſtas, præſente Imperatore, certè minor eſt Imperatoris poteſtate, eique tanquam ſuperiori cedit.

Ita enim Senatus quoque autoritas, ac omnium inferiorum Magiſtratuum Imperia, præſente Principe, conquieſcunt. Velut fluviorum vis & impetus, unà cum nomine, abſorbetur, cum ab oſtiis in mare, confuſi, labuntur: Et ſiderum omnium, ſtellarum tum errantium, tum non errantium lux nulla percipitur, cum primum Sol exoriri cœpit, quaſi lumen acceptum Soli reſtituere videantur. *(e)*

Sum-

(a) *Ex Natta & Thoma Michaele Reink. l.1. cl. 5. c.2. n.16.* (b) *Petrus Gregor. l.1. de Republica, c.1.* (c) *apud Arrian. in ejus hiſtoria.* (d) *l.1. cl. 3. c.14. n. 55.* (e) *Bodin. lib.3. de Republ. cap.6.*

Summa ergò, abſoluta, perfecta, & plena, ſeu conſummata dici nequit, cum alia ea ſuperior & perfectior ſit poteſtas: Perfectum enim & conſummatum, ſeu plenum id demùm dici meretur, quod in ſummo gradu conſiſtit; quod omnibus numeris abſolutum eſt, & cui nihil amplius addi, quoque aliud perfectius, ſeu magis conſumatum inveniri nequit.

Et hæc quidem eo fine adduximus, ut oſtenderemus, quàm horum ſplendidorum titulorum, ſeu largi, ſeu prodigi potius, exſiſtant Receſſus Imperii: Quantoperè vocibus iſtis, Majeſtatem Imperii aliàs denotantibus & inferentibus, abutantur; multaque verbo tenùs jactent, quæ, rei veritate inſpecta, nec ita ſe habent, nec per rerũ naturam habere poſſunt.

Ex quo patet, quàm parum fidei, lubricis his argumentis, ab exteriori verborum cortice deſumptis, quæ ſuâ ſe abſurditate, velut proprio telo, ſæpiùs jugulant, tribuendum ſit.

SECTIO IV.

Plura Majeſtatis ſimulacra, Imperatori relicta.

HOrſum ulterius referendum eſt, quod omnia Decreta, Imperatoris nomine fiant, & mandata omnia ſub ejus nomine emanent: Id quod ex Imperii Receſſibus paſſim liquet.

Quemadmodum Venetis etiam cunctæ Epiſtolæ Reipublicæ ſub nomine Ducis prodeunt, obſignanturque: Orator quivis, Prætor, Præfectus, aut quilibet alius, qui ad Senatum ſcribere voluerit literas, ad Principem eas deſtinat: Decretorum, Legum, ac Senatus Conſultorum promulgationes nomine Principis fiunt. (*b*)

Eo-

(a) *Bodin. lib. 3. de Republ. cap. 6.* (b) *Contar. lib. 2. de Republ. Venet.*

Eodem pertinet, quod humillimè Ordines ſe demittunt, & , in Comitiis, vota ſua, cum conteſtatione ſubjectiſſimæ obſervantiæ, interponunt: Ex quo Reinkingius inſignem Imperatoris præeminentiam nequicquam colligit. (*a*)

Ad ſimulacra porrò refertur, quod ea, quæ revera Imperii ſunt, Imperatoris ſolius aliquandò eſſe dicuntur: Vt, Keyſerliche Conſtitution, (*b*) Keyſerlichs Kammer-gericht/ (*c*) Keyſerliche jurisdiction (*d*) & plura talia.

Illud quoque inprimis huc ſpectat: Quod, ubicunque Imperatoris ac Imperii ſimul mentio fit, Imperatoris nomen Imperio præponitur.

Exempli gratiâ, Vnſer vnd des Heiligen Reichs Acht/ (*e*) Vnſer vnd des Heiligen Reichs Rath/ (*f*) oder Regiment/ (*g*) Vnſer vnd des Heiligen Reichs Chur-Fürſten/ (*h*) bey verluſt aller Privilegien/ ſo ihr von Vns vnd dem Heiligen Reiche habt/ (*i*) bey den Eyden vnd Pflichten/damit ihr Vns/vñ dem Heiligen Reich zugethan/vñ verwand/ (*k*) Vnſer/

(a) *lib.1. cl.2. cap.2. n.136.* (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1444. §. nach dem auch die ſchädliche. (c) *Rubr. Ordinationis Cameræ de Anno* 1555. *& paſſim.* (d) *Ordinatio Cameræ de eod. Anno parte 2. tit. 27.* (e) *Pax publ. de Anno* 1495. *tit.* die pœn der Friedbrecher. (f) *Ordinatio Regiments de Anno* 1500. *tit* von dem zwantzigen/ꝛc. (g) *Receſſus Imperii de eod. Anno tit.* des Reichs Räthe ſollen hinfüro Regenten/ꝛc. (h) *Pax publica de Anno* 1521. *in princ. Receſſus Imperii de An.* 1524. *in princ.* (i) *d. Pax publica de Anno* 1521. *tit. fin.* §. darauff befehlen/ꝛc. (k) *Conſtitution contra Anabaptiſtas de Anno* 1529. §. desgleichen.

Unſer/ und des heiligen Reichs ungnade/ (*a*) Unſer Fürſt/und des heiligen Reichs Glied/ (*b*) Unſer/ und des heiligen Reichs Stände und Glieder / (*c*) Unſer / und des heiligen Reichs autorität / reputation und hoheit (*d*) Et multoties; imò toties, quoties hæc duo conjunguntur: Vt, ex quotidiano Germaniæ ſtylo, notorium eſt.

Nec inde tamen magis prærogativam aliquam Imperatoris præ Imperio colliges, quàm ſi Venetorum Ducem, ex hoc ipſo fundamento, Reipubl. Venetæ praferre velis. Nam & ibi Signoria Duci poſtponitur.

Sic Donatus Jannottus ſcriptum quoddam adducit, quod incipit: Dominicus Maurocenius Venetias pervenit, & expoſuit *coram Duce & Dominatione*.

Sic in tabulis fœderis, inter Pontificem, Regem Galliæ, Venetos, ac Ducem Sfortiam, Anno 1526. adverſus Carolum V. contracti, quas recenſet Waremundus ab Erenberg/ (*f*) Dux Andreas Gritti, inclyto Venetorum Dominio, verbotenus, ſemper anterior eſt.

Quod ſi ex loco Ordinis firmum aliquod argumentum, ad Imperatoris præeminentiam ſtabiliendam, exſtruere veſis, neceſſum eſt, ut Imperium Chriſtianæ fidei & Imperatorem, utrique, potiorem eſſe aſſeras: Imperator enim huic utrique, & Imperium

(a) *Receſſ. Imp. de Anno* 1530. §. und dieweil.
(b) *Receſſus Imperii de Anno* 1544. *in princ.*
(c) *Receſſus Imperii de Anno* 1555. *in princ.*
(d) *Receſſ. Imp. de Anno* 1566. §. demnach im 64. jahr. *Receſſ. Imp. de Anno* 1567. aber doch da ſie ſich. *Receſſ. Imperii de Anno* 1594 §. dieweil dann vorangezeigt. (e) *in libro de Republ. Venet.* (f) *parte* 2. *de fœder. cap.* 2.

rium Chriſtianæ fidei alicubi præponitur, (a) **das / der Römiſchen Keyſerlichen Majeſtät/ dem heiligen Reich / vnd vnſerm Chriſtlichen Glauben/ zu ehr/ aufnehmen vnd wolfart gedeyen möge.**

Hæc, ac ejus farinæ, quam plurima, Imperii, ſeu Majeſtatis ſimulacra ex Imperii Receſſibus, vulgata ſtyli Germanici obſervantiâ coacervari poſſunt: Quæ vulgo, apud Politico-Legiſtas noſtros tanti momenti æſtimantur, ut ipſum Imperii Majeſtatem, ex illis metiri, non erubeſcant. *Simulacra hæc vulgò maximè attenduntur.*

Magis enim ea, quæ videntur, quàm quæ ſunt, hominum multitudo conſiderat: (b) Nec Populus ſolet res profundius intueri, ſed, quæ videntur, & foris ita eſſe apparent, eas perinde, ac ſi revera ita ſint, accipit. (c)

Eodem modo apud Romanos indulgentia Imperatorum fecit, ut nonnulli, ad externam tantum formam intenti, crederent, primorum Imperatorum Majeſtatem non fuiſſe regiam, vel abſolutam, cum Principes tantum vocarentur, non Reges. (d) Vnde de Caligula Suetonius, vulgari hac opinione imbutus ſcribit: (e) Parum abfuiſſe, quin diadema ſumeret, & ſpeciem Principatus in Regnum converteret. Quaſi vero in diademate, & non potius in imperandi poteſtate, Regnum conſiſteret.

Nos vero, hac in parte, illorum potius Romanorum veſtigia merito ſequimur; apud quos, ut Tacitus autor eſt, (f) jus Imperii valebat, inania tranſmittebantur:

(a) *Receſſus Imperii de Anno 1525. in princ.* (b) *Scip. Ammir. lib. 1. diſſert. Pol. in Tacit. diſc. 1.* (c) *Macchiavell. lib 1. diſputat. de Republ. c. 25.* (d) *Dion. in Auguſto.* (e) *in Caligulâ.* (f) *lib. 15. annal.*

tur : Et facilè inanem verborum pompam Imperatori remitteremus, modo Ordinibus Imperii ſua ſibi vis ac authoritas debita conſtaret.

Imperatores hodiè vim Majeſtatis habent, ſimulacris Imperio relictis.

Quod ſi calamitoſiſſimum hodierni Imperii ſtatum intueamur, cum dolore agnoſcimus, jam, ordine & modo planè inverſo, Imperatores Auſtriacos, intra proximè elapſum ſeculum, omnia fere Ordinum jura (illis, per inſcitiam, ſeu inertiam, ad id conniventibus) prædonum more involaſſe, & Ordinibus vix inania quædam, priſtinæ autoritatis reliquiſſe ſimulacra.

Ut hodiè de Germanis penè dicere liceat, quod de Macedonibus Curtius ſcribit: (*a*) Aſſuetos quidem regio Imperio, ſed maiore *Libertatis umbra*, quam cæteræ gentes.

Fuiſſent ſanè Germanicæ genti, Libertati antehac inſuetæ, ſi eam ſartam tectam ſervare voluiſſet, eo omnia Conſilia & actiones dirigenda, ut, nomine adminiſtrationis penes Imperatorem relicto, vim Imperii ipſimet Ordines complecterentur, ac Jura Majeſtatis, pro antiquo more, intacta ſibi ſervarent.

Sed, Auſtriacâ de gente, Imperatores, longiſſimo iſto tempore, quo, non interruptâ ſpecie, imperârunt, Auguſti exemplo, (*b*) inſurgere paulatim; munia Senatus, Magiſtratuum, Leguum, ad ſe trahere cœperunt: Nec unum quidem, è Iuribus Majeſtatis, illibatum reliquerunt, quod non, aut aperta vi, aut ſubdolis molitionibus, & ſpecioſo aliquo prætextu, invadere ac occupare, conati ſint.

De quibus ordine, jamjam agemus.

CAPUT

(a) *lib.4. hiſtor.* (b) *Tacit, lib.4. annal.*

Caput VII.

De ſingulis Majeſtatis Iuribus, quæ Imperium ſalva ſibi reſervare debuerat, ſed Imperatores, Procerum negligentia, paulatim ſibi arrogârunt.

Sectio I.

PRiora illa duo Majeſtatis Iura, in quibus maxima Majeſtatis pars ejuſque velut ſumma conſiſtit Legibus nempè ſolutum eſſe, & Leges ferre, ac pro lubitu imperare Subditis, Auſtriaci ſenſim cum tempore, interque eos, defunctus cumprimis Ferdinandus, nefario auſu ſibi aſſeruerunt.

Imperatores Legibus, & moribus Imperio, pro lubitu ſuo uſi ſunt.

Conſtitutionibus enim & Legibus, Moribuſque Imperii, pro re nata ſemper uſi ſunt. Et, ſiquidem commodum, utile, aut è re ſua id viſum eſt, eas optimè allegare noverunt: Vbicunque verò voluntati ac cupiditatibus ſuis reſiſterent, nullis ſe Legibus teneri profeſſi ſunt. (*a*)

Exemplum luculentum habemus in cauſa Donawerdica; in qua executionis Ordinatio neglecta eſt; Idque jure factum, nec ejus Ordinatione Cæſarem conſtringi, magno conatu propugnat Relator Donawerdicus. Et tamen poſt, Vbi de Vrbe hac, in libertatem reſtituenda, actum eſt, Imperatorem, Bavaro poſſeſſionem hujus Vrbis relinquere, ex præſcripto hujus Ordinationis teneri, donec de expenſis ipſi ſatisfiat; reſponſum fuit, Daß die Stadt/ vermöge der Reichs-abſchiede vnd Executions Ordnung / Bayern / biß jhm die vnkoſten

(a) *Ut teſtatur Autor Informationis Donaverdicæ parte 2. p. 390.*

erſtattet / verhaft / vnd inhändig verbleiben müſſe. (*a*)

Noſter quoque Ferdinandus, ubicunque conducibile rei ſuæ videbatur, nihil, niſi Auream Bullam, Pacem religioſam & profanam, Leges & Conſtitutiones Imperii, denique antiquam obſervantiam crepabat: Vbi verò propoſito, & actionibus ſuis incommodare poterant, Imperii Ordinationibus, aut antiqua obſervantia ſe teneri negavit, Es habe jhm / weder des Reichs-Ordnung / noch auch das herkommen einige maß zu ſchreiben. (*b*)

Ita, Anno 1621. Pacis tractatus, Bruxellis cœptos, eo colore abrupit; quòd res tanti momenti, abſque communi Ordinum conſenſu, expediri non poſſet. Die Anno 1621. wegen der Pfaltziſchen ſache / zu Brüſſel angefangene / vnd vom Keyſer vorgeſchlagene trattation, iſt / re infecta, abrumpiret worden / mit dem vorgeben: Daß ſolche wichtige Reichs-ſachen / nicht wohl auſſer dem Reich / vnd ohn der Chur-Fürſten vnd Stände zuſammenkunfft könten tractiret vnd abgehandelt werden. (*c*)

Tractatuum verò Pragenſium rei, non minus certæ, ſi non magis momentoſæ, telam, quia è re ſua eſſe videbat, abſque Ordinum, Electorumve conſenſu, cum ſolo Saxone, pertexere, non eſt veritus.

Eidem, noſtro tempore, ſoli, inconſultis Imperii Ordinibus, aut ſaltem Electoribus, Palatinum Electorem proſcribere, nulla; at proſcriptum reſtituere, multa & magna religio fuit: ita enim, circa hanc materiam reli-

(a) *Autor Donavverd. Relationis parte* 1. *p.* 73. (b) *Replica Cæſaris in Conventu Ratisbonenſi Anno* 1530. *de dato* 20. *Iul.* (c) *Elector Palatinus in Manifeſto ſuo p.* 30.

religioſulum ſe ſimulavit, quaſi nihil unquam, abſque Ordinum conſenſu, inchoare in animum induxiſſet.

Cum, inquit, (a) hoc negotium tanti momenti & ponderis ſit, totumque quaſi Imperium concernat, in quo Majeſtas ſua hactenus aſſiſtentia & conſilio diverſorum Principum uti ſolita, non equidem conveniens eſſe judicavit, reſolutionem finalem capere, ſine eorundem interventione & conſilio: Quo majore authoritate & ſecuritate, tractatio hæc ſubſiſtat, nec totum onus ſibi incumbat.

Ita, cum violentis Cæſareanorum attentatis, privilegia ſua, & Aſſchaffenburgenſis Pactis Civitas Spirenſis opponeret, illis reſponſum eſt, (b) die privilegia hätten jhren ort / vnd geſchehe denſelben durch Keyſerliche verordnungen kein abbruch: die Aſaffenburgiſche vergleichung aber / ſey nach den zeiten vnd läufften gerichtet / da dieſelbigen in wandel vnd veränderung gerahten habe es damit eine andere beſchaffenheit; Item Die Römiſchen Keyſer hätten mit den Gnaden / Freiheiten / vnd privilegien jhnen ſelbſt / in zugetragenden fällen / die hand nicht gebunden / die andere (nemlich die Aſchaffenburgiſche handelung) ſo nach damahligen zeiten angeſehen hätten auch nunmehr jhre veränderung / vnd lieſſen ſich der Keyſerlichen Mayt. Vorhaben nicht in weg ſtellen.

Quid vero hoc aliud eſt, quàm Imperatori, non obſtantibus Legibus, privilegiis

(a) *In reſolutione ad propoſitionem Baronis Dygbii Anno 1621. apud Lundorp. tomo 1. act. publ. l. 6. c. 96. p. 1014* (b) *Ut teſtantur* die drey ausſchreibende Stäte *in literis ad Electorem Saxoniæ de dato 2. Octobr. Anno 1622.*

aut propriis promiſſis & ſincerationibus quidlibet audendi, Legeſque ac Privilegia figendi pro lubitu, & refigendi, arrogare poteſtatem.

Ferdinandus inprimis Legum contemtor fuit.

Sed Ferdinandis his, ut ſi quis alius, vetus illud, Principem Legibus ſolutum eſſe, velut ab inferis reduxit; Ac ita liberrimè evagatus eſt, ita in Imperii, ac omnium Ordinum jura invaſit, irruit, irrupit; Quaſi nullis Fundamentalium Legum, ac Capitulationis repagulis conſtringeretur.

Libertas enim communis ab eo depreſſa, & pedibus conculcata: Conſtitutiones Imperii, & Capitulatio, ad quam obſervandam corporali juramento ſe obſtrinxerat, violatæ: Pax religioſa, & profana, quæ adamantina veluti fulcra ſunt, quibus incolumitas & tranquillitas Imperii nititur, inſuper habitæ; Et nihil non actum, niſi quod Tyrannum deceret.

Quod probatur multorum teſtimonio.

Queritur de eo tota Germania: Queſti nominatim ſunt, Euangelici præcipuè Principes: Queſtus Elector Saxo, Euangelicorum hucuſque Coryphæus: Queſti omnes Electores, tam Eccleſiaſtici, quàm ſeculares; tam Pontificii, quàm Euangelici.

Euangelici quidem Principes ac Ordines apertè & verè ſcripſerunt, (*a*) daß/ dieſe theur erworbene / vnd ſo tapffer erhaltene Teutſche Libertät/ darin doch die ehr vnd würdigkeit des heiligen Römiſchen Reichs beruhet/ betrübet/ bedrucket / vnd geängſtiget werde/ die ſtarcken vnd vnbeweglichen fulcra des Religion-vnd profan-Friedens ſeyn mercklich geſuncken vnd geſchwächt/ ſo wohl die heilſame Reichs-conſtitutiones, Creys-verfaſſungen / vnd andere löbliche

(a) *In litteris ad Cæſar. de dato* Leipſig 18. *Maji Anno* 1631.

löbliche Ordnungen / vnd abſchiede dermaſſen verdunckelt/vnd von vielen zurück geſetzet / daß es das anſehen gewinnen wolle / als ob ſolche/ mit ſo groſſer prudentz vnd fürſichtigkeit auffgerichtete ſanctiones vnd abſchiede gar ihren abſchied hätten bekommen ſollen.

Separatim quoque Elector Saxo, (a) daß alle wohl vnd heilſam gefaſte vnd ſo hoch betheurte fundamental geſetze/ Reichs-conſtitutionen/vnd Creys-Ordnungen alſo zurrüttet/ vnd eine ſolche confuſio rerum eingeführet/ auch darbey ſolche exces verübet / die Teutſche Libertät auch alſo gedrucket/daß dergleichen in Hiſtorien nicht zu leſen.

Nec minùs acriter in Ferdinandi actiones univerſi Electores, junctim, invecti ſunt, (b) daß ſolche ſachen vorgangen/ſo den fundamental geſetzen des Reichs zuwider lauffen / auch ohne deſſen endliche convulſion, vnd zerrüttung nicht länger geduldet/ werden können: Die uhralte löbliche verfaſſung des heiligen Römiſchen Reiches werde dadurch niedergeriſſen / vnd deſſelben koſtbare/ teur-erworbene Freyheit/ſo gar vnter die füſſe getretten.

Idem Palatini privilegium, de judicando Imperatore, per ſuos, in dubium vocavit.

Vt verò Legum poteſtatem minùs extimeſceret Ferdinandus, removere etiam in animum induxit præcipuum Legum Cuſtodem: Electorem, nempè, Palatinum, Imperatoris Iudicem, licentiæ imperatoriæ obicem.

Hujus enim privilegium, non in antiqua modò obſervantia; ſed claris inſuper Aureæ Bullæ verbis fundatum, in prorogatam aliquam juriſdictionem, imò, in arbitrium convertere, &, tanquam rem minimi momen-

(a) *In lit. ad Cæſar. de dato* Zabeln *24. Auguſti anno.* 1630. (b) *In duplica, in conventu Ratisbonenſi anno* 1630. *de dato* 29. *Iul.*

menti, quantum pote, elevare, per mancipia ſua, conniſus eſt.

Inter quos Autor Iuſtitiæ Cæſareæ Imperialis ita, contemtim, ac per ludibrium ſcribit. (*a*) Illam ſolere eſſe ruſticorum ſimplicem & ridiculam ſuperbiam: Qui, quando cum Viro Principe, etiam tantum locuti fuerint, multum ſingulares ſe eſſe putent, ſuper reliquos ſui pagi. Hanc autem præſentem illam adhuc longè ſuperare. Quia nullus ruſticus eſſet tam ſimplex, (qui ſi componere lites, de finibus agrorum, inter Principem, & alios quoſdam, tanquam Vir bonus, & rerum iſtiuſmodi peritus; (uti ſatis fieri poteſt) Qui, inquam, propterea in tantum ſuperbiret, ut putaret, ſe eſſe Judicem ſui Principis, & ab eodem ad ſe, in quibuſcunque cauſis provocari poſſe, & debere.

Quinimo conſuetudinem iſtam, cujus in Aureâ Bullâ mentio fit, jam finem accepiſſe, nec in vigore amplius eſſe, idem aſſerit: Cum ea jam longa, & ultra centum annorum curriculum durante, deſuetudine obſoleverit, nec ullum hujus Iudicii exemplum noſtro tempore dari poſſit.

SECTIO II.

Ferdinandus pro lubitu Leges tulit & abrogavit.

ALterum quoque illud ac præcipuum Ius Majeſtatis, Leges, nempè, ferre, & abrogare, proque lubitu imperare Subditis, quàm libere per omnia Ferdinandus ſibi uſurpavit.

Pro arbitrio ſuo omnia in Imperio diſpoſuit: Pro ratione ſtetit ejus voluntas: Nec Principes ac Ordines Imperii, velut liberrimos Principes ac Ordines tractavit, ſed propria velut mancipia.

Nulla

(a) *propoſ.* 12.

Nulla Comitiorum, & publicorum, ſeu univerſalium Conventuum mentio: Omnia ipſius ſolius arbitrio acta & tranſacta: Nec quaquam de re Electores, ne quid de aliis Ordinibus dicam, conſulti ſunt.

Tandem hic Ferdinandus, unà cum ſolo Electore Saxone, particularem tranſactionem Pragenſem, tanquam bellorum Civilium cataſtrophen, loco univerſalis alicujus Conſtitutionis, Imperio obtruſit, wann dieſer Friedenſchluß/ von den andern Chur-Fürſten/ und Ständen / oder doch dem mehrentheil beliebet und bekräfftiget / (quæ ratificatio non voluntaria, ſed neceſſaria, & coacta eſt) ſoll er / als eine gemeine Reichsbewilligung gelten / auch von Ihre Keyſerlichen Mayſ. dero Reichs-Hof-Rath / ſo wohl dem Keyſerlichen Kammer-gericht / darauf jederzeit zuſprechen anbefohlen werden. (*a*) *Idque inprimis in tranſactione Pragenſi.*

Et, quicquid in anterioribus Conſtitutionibus huic tranſactioni contrarium, nudâ ſui ſolius autoritate, & Electoris Saxoniæ conſenſu ſuſtulit. was dieſem Frieden-ſchluß zuwieder und entgegen / oder hinderlich und ſchädlichen ſeyn möchte/ es habe auch Namen / wie es immer wolte/das ſoll/zu keiner zeit/von niemand angezogen oder vorgewendet werden/ ſondern alles und jedes/ſo fern und weit es dieſem Friedenſchluß / und deſſen in ſich haltenden puncten/articulen/und meynungen/nachtheilig/abbrüchig/ und hinderlich ſeyn könte/ &c. gäntzlichen und zu grund aufgehoben ſeyn. (*b*)

Nec verò Tranſactionem Paſſavienſem cum hac Pragenſi, aut Ferdinandi I. & Mauritii aula, cum hujus Ferdinandi, & hodierni Ele- *A qua Paſſavienſis multum diſtat.*

(*a*) Pragiſcher Friedenſchluß §. und wenn nun dieſer. (*b*) *ibid.* §. was aber dieſen.

Electoris Saxonis intemperie, rectè comparaveris.

Manſit enim tranſactio Paſſavienſis intra terminos privatæ alicujus compoſitionis, inter belligerantes utrinque partes: Quare ea, quæ publicum Imperii ſtatum concernebant, ad futura Comitia rejecta ſunt. (a) Nec tranſactio hæc nomen Conſtitutionis univerſalis ſibi unquam arrogavit, aut Receſſibus Imperii inſerta eſt.

Falluntur ergò, qui in hac tranſactione, Pacis religioſæ fundamentum quærunt: Cum illud potiùs in Receſſu Comitiorum Auguſtanorum, Anno 1555. habitorum inveſtigandum ſit.

SECTIO III.

Iam ut ad alia ſpecialiora progrediamur, in ſuperioribus probavimus: Ius, circa Religionem, & iſta, quæ Religioni connexa ſunt, Imperatori nullum eſſe, nec Euangelicos Ordines ipſum, in his cauſis, agnoſcere ſuperiorem, nec penes illum, Pacis religioſæ declarandæ & interpretandæ eſſe facultatem.

Auſtriaci Pacis religioſæ declarationem ſibi arrogârunt.

Hoc verò non attento; etiam in cauſis, religione connexis, jam Rudolphus, cum Conſilio ſuo aulico, liberum ſibi ſumſit arbitrium: Qua re proteſtantes non parùm ſe gravatos ſenſerunt, wuſten/ dero Mit-Gliedern/ und posteritet zum nachtheil/ niemand einzureumen/ wann zwiſchen den Ständen des Reichs über dem Religion Frieden ſtreit für fallen/ daß als dann Ihr Maye Hof und Räthe/ darüber zu cognoſciren/ denſelben zu de-

(a) *Tranſactio Paſſavienſis* §. was denn folgens die andere. *Sleidan. lib.* 52. *hiſtor.*

declariren/ ihres gefallens zu extendiren oder zu reſtringiren/ ꝛc. zuſtehen vnd gebühren ſolte. *(a)*

Cujus rei exemplum exſtat, Anno 1602. in turbis Argentoratenſibus: Vbi Senatus aulicus abſolutam ſibi cognitionem arrogavit, & mandatis atrocibus, ſub pœna banni, Euangelicos Capitulares jure ſuo deſtituere, auſus eſt.

Quo verò audaciæ defunctus Ferdinandus hoc in articulo non progreſſus eſt.

Edicto ſuo, 6. Martii Anno 1629. promulgato contra expreſſa Pacis religioſæ verba, eandem declaravit, & hanc declarationem, publicæ inſtar ſanctionis, Cameræ obſervandam injunxit, hat dem Kammer-Gericht befohlen/ auf dieſe erklärung (ut verba Edicti *(b)* ſunt) ohn weiter diſputiren / wann dergleichen fälle vorfallen / ſo in dieſer reſolution begriffen/ zu judiciren vnd vrtheil zu ſprechen.

Qua quidem declaratione ejuſmodi intellectus Paci religionis affinxit, ut ea, quantum ad Proteſtantes attinet, in effectu funditus ſubverteretur.

Papicolæ enim, & Dillingenſes inprimis Legiſtæ, per Jeſuiticas æquivocationes ac ſtrophas, in alienam omninò ſententiam Pacem Religionis ſub id tempus detorſerant: Vt Euangelicis Ordinibus, de bonis eccleſiaſticis, nihil planè relinqueretur. Et hæc eorum ſcripta, Edicto illi reſtitutorio, Commentarii loco, ſuccenturiata, *(c)* pro deciſione habuerunt Imperator, ac Imperatorii Edicti Exſecutores, dieſe weit auſſehende/ vnd

Sſ be-

(a) *Anhaldin. in propoſitione nomine Unitorum Cæſari factâ Pragæ 8. Iul. anno 1709.* (b) *apud Lundorp. tomo 2. act. publ. lib. ult. cap. ult.* (c) *Juſtus Aſterius in deplor. Pacis German.*

beſchwerliche Schrifften / darin der ſo hoch/ ewigwehrende / beteurete Religions Friede/ in gantz vngleiche/zuvor nie erhörte verſtändnüs vnd meynung gezogen / faſt alles diſputirlich gemacht / ja gleich mit allen kräften dahin gezielet / daß man die Stände Augſpurgiſcher Confeſſion, wann es nur müglich / deſſelben gar vnfähig machen wolte / haben gleich pro deciſione angezogen werden wollen. (*a*)

Et judicandi, in his cauſis, munus. Judicem vero competentem ſe eſſe in his cauſis, intrepidè & imprudentiſſimè Ferdinandus profeſſus eſt, (*b*) Er könte/als höchſter Richter/ auf der parteyen langwieriges / inſtändiges anruffen/ weniger nicht thun/ noch vorüber/ ſondern müſte Juſtitiam dermahleins adminiſtriren / vnd denen beleidigten theilen/ zu dem jenigen / worzu ſie/ rechts-wegen/ vnd kraft des Religions Frieden/ befugt / wieder verhelffen.

Vltimo, nupera Pacificatione Pragenſi, cum Optione ſuo Saxone Electore, antiquā Pacem religionis] reformavit Ferdinandus, &, ſubita quadam metamorphoſi, in aliam formam transfudit: Inprimis vero munus judicandi, tanquam rem maximi momenti, expreſſis ſibi verbis aſſeruit, (*c*) behalten Ihre Keyſerliche Mayt. für ſich / vnd dero nachkommen am Reich/ als Ober-haubt/ ihr / auf den fall der nicht vergleichung/ oder weitern ſtreitigkeiten/ die hoheit vnd jurisdiction, vnd die ſtreitige fälle / zwiſchen denen parteyen / ſo wohl am Keyſerlichen Hoff / als Kammer-gericht zu erörtern/ rc. zuvor.

S E-

(a) *Propoſitio Legatorum Electoris Saxoniæ ad Cæſarem Viennæ habita* 13. *Maji anno* 1630. (b) *Reſolutio Cæſaris iiſdem Legatis data* 29. *Maji Anno eod.* (c) Pragiſcher Fridenſchluß §. vnd behalten/ rc.

SECTIO IV.

BEllum indicere ac gerere, ſive externum, ſive internum, Pacem inire, ac fœdera contrahere, ſine omnium Ordinum, aut certè (ex Capitulationis tenore) ſine Electorum conſenſu, Imperator nequit.

Ordinibus vero Imperii, non modo adverſus extraneum Hoſtem ſeſe tueri, ſed & ipſummet Imperatorem, ſi contra officium ſuum ſe gerat, armis impetere; fœderaque, non inter ſe modo, ſed & cum extraneis jungere licere, jam antè demonſtravimus.

Ius belli, Pacis, & Fœderum, Auſtriaci ſibi ſolis arrogârunt.

Auſtriaci contrà Imperatores, prius quidem illud ſibi arrogarunt: Poſterius vero, Ordinibus Imperii, quantum in ſe fuit, ademerunt.

Carolus V. quin fœdus cum Pontifice Romano, in Proteſtantium perniciem clandeſtino pepigerit, dubium nullum eſt; *(a)* Hoc tamen licitum eſſe, dicebatur.

Contrà vero, Smalcaldicum fœdus, quod Proteſtantium quidam, defenſionis cauſa, inierant, vocari meruit. *(b)* eine unziemliche / und den rechten verbotene conſpiration und meuterey: Adeoque infame & exoſum eidem fuit; ut Vrbem ipſam, propter fœdus ibi factum, ſolo æquare voluerit. *(c)*

Bellum, quod ipſe, nulla præviâ publica deliberatione Euangelicis intulit, tanquam pro Majeſtate Imperii tuenda ſuſceptum; juſtum, imo neceſſarium: Proteſtantium vero defenſio illicita, &, quaſi rebellionis, aut ſeditionis ſpecies audiebat.

(a) *Hortled. vol. 2. de bello German. l. 3. c. 3. Sleidan. l. 7. hiſtor.* (b) *In ſententiâ Banni apud Hortled. d. vol. 2. lib. 3. cap. 16. n. 3. & 10.* (c) *VVarem. ab Erenb. parte 1. de fœder. c. 2. n. 40.*

Hanc enim Carolus V. ſtatus ſui maximam & regulam ſibi finxit: Proceribus Imperii contra ſe, tanquam Imperatorem, inſurgere, nullatenùs, nec propter Religionem nec alia quapiam de cauſa, fas eſſe.

Quare in proſcriptione Electoris Saxoniæ, & Landgravii Haſſiæ, hoc argumento præcipuè uſus eſt. (*a*) Quod nullo ſcripturæ loco docere poſſint, ipſis licere, ut ſummo Magiſtratui ſeſe, quocunque modo, pertinaciter opponant; diverſum verò doceri poſſe, tum ſacris literis, tum probatis hiſtoriis: Nempè, priſcos illos doctrinæ Chriſtianæ Profeſſores, qui ſuam fidem, non verbis tantùm, ſed factis etiam atque morte comprobârunt, profanis quoque Regibus obtemperâſſe.

Verba abſoluti Monarchæ propria hæc eſſe non diffitemur: Quæ ſi concedamus, de Libertate Germaniæ actum eſt; ire licet.

Sed nos iis reponimus, quæ Proceres & Præſules Saxoniæ Heinrico IV, Imperatori, per Legatos ſuos, nunciârunt. (*b*) Se promtiſſimo animo ei, ſicut hactenus, ſervituros; eo tamen modo, quo ingenuos homines, atque in libero Imperio natos, Regi ſervire oporteret: Sin autem; Chriſtianos ſe eſſe, nec velle hominis, qui fidem Chriſtianam capitalibus flagitiis prodidiſſet, communione maculari. Quod ſi armis cogere inſtituiſſet, ſibi quoque nec arma deeſſet, nec militaris rei peritiam. Se ei Sacramento fidem dixiſſe: Sed, ſi ad ædificationem, non ad deſtructionem Eccleſiæ Dei Rex eſſe vellet: ſi juſtè, ſi legitimè, ſi more Majorum rebus moderaretur; ſi, ſuum cuique ordinem, ſuam

(a) *apud Sleid. lib.* 17. (b) *Lampert Schaffnaburg. de rebus Germ. & ex eo Monach. Herveld. in Chron. hiſtor. German. ſub Anno* 1073.

ſuam dignitatem, ſuas Leges, tutas inviolataſque manere, pateretur. Sin iſta prior ipſa temeràſſet, ſe jam Sacramenti hujus religione non teneri: Sed, quaſi cum barbaro Hoſte, Chriſtiani nominis oppreſſore, juſtum deinceps bellum geſturos, &, quoad ultima vitalis caloris ſcintilla ſupereſſet, pro Eccleſia Dei, pro fide Chriſtiana, pro Libertate etiam ſua dimicaturos.

Inprimis Ferdinandus bella ſuſcitavit extra Imperium;

Defunctus Ferdinandus, quin, inconſultis Proceribus, bella ſuſceperit, ac exteros irritaverit; laceſſiveritque, ad invadendum Imperium, non dubitamus: Quippè Electores univerſi de eo non dubitāt, ſed hoc illi objiciunt, (a) Daß / durch die / im Reich aufgebrachte / darinnen unterhaltene / und mit aller bereitſchaft verſehne und inſtruirte / in Preuſſen / die Welau / wie auch Italien geſchickte Armaden und ſuccurſen / man ein mehrers nichts erworben / als daß unterſchiedliche Potentaten ohne noht irritiret / laceſſiret / und dem Reich ſchwere Feinde auf den Hals gezogen worden.

Et ante triennium, Ferdinandus Hiſpaniæ Infans, Inferioris Germaniæ, nondum liberæ Dominus, promulgato 5. Iulii Anno 1636. publicitùs diplomate, Regi ac Regno Galliæ, nomine juſſuve Imperatoris, ſollenniter bellum indixit: inconſultis Imperii Proceribus ac Electoribus, nullâque eorum in diplomate factâ mentione.

Et intra Imperium.

Sed &, in præſentaneo civili bello, notius eſt, quam ut ulteriori probatione indigeat, quomodò Ferdinandus, ſub Imperatorii nominis, & rebellionis, ac inobedientiæ colore, Minois ſemper larvam ſummæ injuſtitiæ prætexens, Ordi-

(a) *In duplica, in conventu Ratiſbonenſi Anno 1630. de dato 29. Iul.*

Ordines Imperii pedetentim ac ſucceſſivè invaſerit, ſubegerit, Libertateque ac fortunis ſpoliârit: Et quomodò tandem ſolus, pro lubitu, cum Electore Saxone ſolo, Pacem pepigerit, omni bello nocentiorem.

Pacemque ſolus fecit.

Haud memor ejus, quod Legato Regis Britanniæ, Baroni Dygbio antè reſponderat. *(a)* Cum ea, quæ pro genero ſuo Rex contendit, hujuſmodi ſint, ut ſummam Imperii quadantenus Pacem nimirum, bellumque concernant; equidem ſuæ Majeſtati perſuaſiſſimum eſſe, Sereniſſimo Regi non poſſe improbari id, quod abſque dubio, in ſimili re ipſe non omitteret: Nimirum, quòd ad eorum potiſſimum conſilium Majeſtas ſua negotium hoc diſtulerit, qui ex Imperii Legibus, partim natura ſua, partim ita communicatis cum Majeſtate ſua periculis, meriti ſunt, ut eorum conſiliorum non debeant eſſe expertes.

Cum itaque Pax iſta Pragenſis, ſi non magis, certè non minùs, quàm hi, quos Dygbius ſollicitabat tractatus, ſummam Imperii, bellum, nimirum, Pacemque concerneret: Certè etiam hoc negotium Ferdinandus ac Saxo, ad eorum Conſilium differre debuerant; qui, ex Imperii Legibus, partim natura ſua, partim ita communicatis ſecum periculis, meriti ſunt, ut eorum conſiliorum non debuiſſent eſſe expertes.

Ordinum verò defenſionem illicitam cenſuit.

Econtrà Ferdinandus hic, fœdera, defenſionis cauſa, inita, militem conſcriptum, & bellum, ab Ordinibus, eadem de cauſa, geſtum, injuſta ac illicita cenſuit.

Hinc arrogans iſta Tillii opinio, quod miles ab Ordinibus, abſque conſenſu Cæſaris, con-

(a) In reſolutione ſecundâ apud Lunderp. tomo 1. act. publ. lib. 6. c. 97.

conſcribi non poſſit, es erfordern / negſt den Reichs conſtitutionen/ vnd Execution ordnung die itzige läuffte vnd vmbſtände im heiligen Römiſchen Reich/ daß weder der König/ (zu Dennemarck/) noch der Nider-Sächſiſche Creyß vnd einiger daſelbſt anweſender Stände/ſich von Ihrer Keyſerlichen Majeſtät a. o. drückliches vorwiſſen vnd verwilligung / einigen Mann zu Roß vnd Fuß nicht mehr werben/noch in beſtallung nehmen ſollen. (*a*)

Cui tamen Ordines ejuſdem Circuli rectè contradixerunt, (*b*) Geſampte Fürſten vnd Stände werden dem Herrn General Lieutenant Tilly ſchwerlich einreumen / die Execution Ordnung dahin zu interpretiren / alswann wegen itziger läuffte/ vnd vmbſtände im Reich/ der Creyß/ keinen einzigen Mann / zu Roß vnd Fuß zu ſeiner defenſion, zu werben befugt / da doch der Reichs abſchied de Anno 1555. im Buchſtaben/das vnvernemliche widerſpiel ordnet.

Sed. hoc non obſtante, Cæſareani in ſuâ opinione perſeverârunt: Quare, deinceps, poſtulatis ſuis, uterque, tam Tillius, quàm Fridlandius, articulum hunc inſeruerunt, (*c*) daß der Nider-Sächſiſche Creyß dergleichen vnzuläſſige/ (ex ipſorum opinione) verdächtige Kriegs-werbungen / ohne Ihrer Keyſerlichen Majeſtät außdrückliche verwilligung/einſtellen ſolten.

Fœdus

(a) *Propoſitio Legatorum Tillii in Conventu Brunſvicenſi Anno* 1525. *de dato* 19. *Aug. ap. Lundorp. tomo* 2. *act. publ. l.* 8. *c.* 25. *p.* 1208. & *Apol. Duc. Megap. inter documenta n.* 149. (b) *Ordinum in dicto Conventu principalis reſolutio Anno eod. de dato* 30. *Aug. d. Apolog. inter documenta n.* 152. (c) *apud Lundorp. tomo* 2. *l.* 8. *c.* 35. *p.* 1225. & 1226.

Fœdus quoque Lipſiacum Ferdinandus improbavit, ac vocavit, (a) eine ſchwere / vnverantwortliche reſolution: mit dieſer andeutung / daß er davor hielte / daß etwan kein Exempel im Reich / das wegen vnumgänglicher Kriegsmoleſtien die Stände des Reichs / gleichſam wider ihren Römiſchen Keyſer / vnd deſſen exercitium, eine verfaſſung / vnd Verbündnüs gemachet.

Qui ſubdola quoque Pragenſis amniſtia ſcopus eſt. Inprimis, in ſubdolâ iſtâ ſuâ, ſive amniſtiâ, ſive ἀμνηςτεικίᾳ, hoc egit callidiſſimus Ieſuitarum diſcipulus; ut jus iſtud, Imperatorem exorbitantem armatâ manu in ordinem redigendi, quod moribus iis antiquis competit, auferret Ordinibus Imperii.

Generalem enim amniſtiam, ſive, ſimplicem præteritorum oblivionem, ideò ſancire noluit: Ne Ordines Imperii, qui arma adverſus ipſum geſſerunt, ſuo jure uſi, ac per viam contractûs, ſeu compoſitionis, in gratiam cum ipſo venire viderentur.

Sed alios, quaſi ex merâ gratia reſtituit: Vt eo ipſo, deliquiſſe illos, appareret.

Exempli gratiâ, Duces Megapolenſes: Quos, ſub certis conditionibus, in gratiam recepturus, Pactis Pragenſibus dicitur, (b) wolle ſie widerumb zu Keyſerlichen Hulden vnd Gnaden aufnehmen / vnd bey Land vnd Leuten gantz ruhig verbleiben laßen / wofern / ſie den Friedenſchluß danckbarlich / vnd würcklich acceptiren / vnd ſich ſolchem gemäß verhalten / auch deme / ihrenthalben ſonderbar begriffenen / memorial, gebürend nachkommen werden.

In quo memoriali, inter alios, articulus eſſe fertur, de mulcta centum millium Imperialium perſol-

(a) *Vt refert Elect. Saxoniæ in reſolutione Cæſaris Legatis data Torgæ 20. Maji Anno 1632.* (b) Pragiſ. Fridenſchluß §. wegen der Hertzoge,

perſolvenda: Quos Epiſcopus Viennenſis, ad reædificationem Aulæ Epiſcopalis, ab Imperatore jamdudum impetraverit. (*a*)

Aliis pleriſque, ab amniſtia excluſis, ſpem fecit; gratiam non defore, ſi ſupplices Cæſari fierent, daß/wann ein/oder andere ausgenommene Perſon/ ſich bey Ihrer Keyſerlichen Mayt. vnvorlängſt anmelden/ vnd gnade begehren würde/ Sie/nach beſchaffenheit der Sachen/ jhnen allen/ den Weg/ zu Ihre Keiſerlichen Gnaden-thron zu kommen/nicht geſperret haben wolten. (*b*)

Hæc conditio inſidioſa veniæ, illecebra eſt Auſtriacæ potentiæ: (*c*) Nam, qui, pro Libertate ſe pugnare, profitebantur, jam perduellionis crimen fateri, & ejus veniam deprecari, coguntur. (*d*)

Ex eoque poſteri diſcent, bella, contra Imperatorem, & Domum Auſtriacam, (ab hac enim, niſi alius rerum ſtatus factus fuerit, Imperatorium nomen vix ſeparabitur) quomodocunque ſe gerant, injuſta, & fœdera illicita eſſe: Nec licere Ordinibus Imperatori ſeſe opponere; ſive privilegia ipſorum invadat, ſive Leges fundamentales, ac juramentum, Imperio præſtitum, violet, ſive quidvis tandem faciat, &, ut verbo dicam, abſolutum ſibi dominatum uſurpet.

Cum Majores ipſorum, qui Ferdinando, id molienti, reſtiteru[illegible], male & injuſtè ſe feciſſe,

(a) *Autor libelli, de ſtatu particulari Regiminis, Ferdinandi II. c. 2.* (b) *d* Pragiſcher Fridensſchluß §. doch haben J. Keyſ. Mayt. (c) *Iuſtus Aſterius in deplor. Pacis German.* (d) *Ieſuita cujuſdam intercepta litera de dato, Coloniæ 20. Ian. 1635. qua Collationi Pirnenſium & Pragenſium Pactorum lit. D Autor adjunxit.*

ciſſe,&c.rebellionis crimen incurriſſe,confeſſi; nec tanquam ſuo jure, & per æqualem, hinc inde, malorum oblivionem, ſed ex merâ gratiâ, pro Imperatoris beneplacito, tanquam malefactores, dignitati ac bonis, in totum,vel ex parte reſtitui fuerint.

SECTIO V.

Iurisdictionem supremam Imperatores ſibi arrogârunt.

IVriſdictionem ſupremam jam aggredimur, circa quam luce meridianâ clarius eſt, quod è Familiâ Habſpurgicâ oriundi Imperatores, illam in ſolidum, & in omnes promiſcuè ſibi vindicaverint hucuſque,& adhuc impudentiſſimè vindicent.

Nam quod de Tiberio Tacitus refert, (a) cum ipſe quoque privata judicia ſibi aſſereret: dum Veritati (ſeu Iuſtitiæ) conſulitur, libertatem corruptam: Hoc eſt, dum juri dicundo operam dat Tiberius, Imperium Populi Romani occupâſſe, & omnem Senatus reliquam poteſtatem ad ſe traxiſſe, ſub obtentu Iuſtitiæ adminiſtrandæ. (b)Idem de his Imperatoribus dicere jure poſſumus.

Cum autem, ut ſuprà expoſuimus, Iuriſdictio, ex antiquâ obſervantiâ, in duas ſpecies diſpeſcatur; nempè,judicium Principum, **das Fürſten-recht** / & Iudicium Camerale, **das Kammer-Gericht**: Harpyiæ iſtæ utrique rapaces ungues ſuos injecerunt.

Etiam in Imperii Principes.

Nam Iudicium, Principum corpus, famam ac Regalia concernens, jam Carolus V.apertè ſibi arrogavit, dum Anno 1548. litem, inter Landgravium Haſſiæ,& Comitem Naſſoviæ,de ditione Cattorum, ſolus decidit: (c) Quanquam ſententia illa poſt reſciſſa ſit.

Ita-

(a) *libro 1. annal.* (b) *Clapmar. libro 1.cap. 5.*
(c) *Sleidan. libro 21. hiſtor.*

Itaque idem Legem iſtam, quâ Imperatori cognitio de Feudis Principum reſervata eſt, ſtudio, ac datâ operâ, obſcurius, nullâque hujus juris factâ mentione, concepiſſe videtur: Vt ſupprimendi hujus privilegii anſam inde arriperet.

Succeſſores deinde Caroli, poteſtatem hanc, de cauſis ejuſmodi Principum cognoſcendi ac judicandi, quaſi minimè controverſam, ſibi uſurpârunt.

Sic, cum inter Ducum Saxoniæ, Vinarienſis ac Altemburgenſis Lineæ, Conſiliarios, de jure primogenituræ quæſtio oriretur, Rudolphus, Anno 1607. eam ſententiâ ſuâ decidit, weil Jhm/ als regirenden Römiſchen Keyſer/ vnd beyderſeits / der zeit verpflegtem jungen Hertzogen zu Sachſen/ Oberſten Vormund/ vnd Lehen-Herꝛen/ ſolches einig vnd allein zuſtehe. (a)

Id quod factum eſt, ſuffragante Chriſtiano II. Electore Saxoniæ, qui rem hanc ad Cæſarem detulerat.

In causâ Iuleacenſi, Imperatori, idem jus ſibi arroganti, reſtiterunt quidem uniti Principes: dum ſcripſerunt, (b) daß die Gülichſche Sache/ ſo drey Fürſtenthum/ vnd etliche Graf- vnd Herꝛſchafften belangt/ für die Keyſerliche Hof-Rähte gezogen worden/ ſey der Teutſchen Chur- vnd Fürſten Hoheit/ Rechten/ vnd alter gewohnheit mit nichten gemäß/ ſondern zum höchſten widrig vnd abrüchig: Sed, ut ex eventu colligitur, nequicquam.

Nam

(a) *Imperiale decretum in eâdem cauſa de dato* Prag 27. *Septemb. Anno eodem.* (b). *In literis ad Electorem Saxoniæ de dato* Schwäbiſchen Hall 21. *Ianuarii, Anno* 1610.

Nam Chriſtianus II. Elector Saxoniæ, quia fortè propitium ſe, præ aliis, quorum intererat, Iudicem habiturum, augurabatur, proprio & reliquorum Saxoniæ Ducum nomine, Cæſari aſſenſus eſt, Privatique commodi ſpem, publico Principum privilegio prætulit: Ita enim ſcripſit, (a) daß der Keyſerl Majeſt. vermöge der beſchriebenen Rechte/ des heyligen Reichs conſtitutionen der Kammer Gerichts-Ordnung/ vnd üblicher obſervantz im Reich/ die cognitio, vnd decisio, als dem einzigen ohnmittelbaren Richter allein zuſtünde/ die könten vnd wolten ſie Jhrer Mayt. als gehorſame/ des Reichs Chur-vnd Fürſten nicht entziehen. Et iterum: Es erinnern ſich Jhr. Chur-vnd Fürſtliche Gnaden bedächtlich / daß der Römiſchen Keyſerlichen Mayt. wann über Fürſtenthum/ vnd dergleichen Reichs-Lehen/ ſtreit vnd ſpaltungen vorfallen wollen/ das erkäntnüs nicht allein/ vermöge der beſchriebenen Lehen-rechte/ ohnzweiffelich gebühre / vnd zuſtehe; ſondern auch derſelben/ mit einhelligem ſchluß aller Stände des Reichs / in der Kammer-Gerichts-Ordnung / vnd ſonſten/ reſerviret/ vnd vorbehalten worden/ ſo gar, daß/ ob ſonſten die Keyſerliche Majeſtät cum Camerâ, vnd hinwiderum Camera cum Cæſare in andern fällen/ in juriſdictione concurriret / gleichwol dieſes ein caſus reſervatus bleibe/ darinnen Cameræ, viel mehr aber Paribus Curiæ, die cognitio glat abgeſtricket / welche der Keyſerl. Mayt. zu entziehen/ Jhre Chur-vnd Fürſtliche Gnaden/ Pflicht/ Stands, vnd Gewiſſens halber/ nicht wolle verantwortlich ſeyn.

Principum autem Imperii, tanquam Aſſeſſorum,

(a) *In deductione Iurium, quæ Domus Saxonica in Ducatum Iuliacenſium, &c. prætendit.*

rum, præſentiam, quam præciſè neceſſarium eſſe, ad hujuſmodi judicium conſtituendum, ſuprà firmavimus, idem Chriſtianus Elector, arbitrio ac diſcretioni Imperatoris commiſit, die Römiſche Keyſerliche Majeſtät werde ſelbſten die wichtigkeit der Sachen genädigſt erwegen / den vnglimpf allein auf ſich nicht nähmen; ſondern / auch ohne erinnern / etliche Chur- vnd Fürſten des Reichs / wie ſie in viel geringen Sachen bisshero zu thun gepflogen / conſul:ren / vnd an ſich zihen / vnd ſich alſo erweiſen / wie einem hochlöblichen Keyſer / vnd vnverdächtigen Richter gebühret. *(a)*

Ejuſdem opinionis fuerunt alii nonnulli, Cæſareæ poteſtatis potiùs, quam propriæ Libertatis ſtudioſi, circa id tempus Pragæ congregati, Principes, Ihre Keyſerliche Majeſtät werde ſich nicht entgegen ſeyn laßen / vor öfnung der Vrtheil / zu concipirung derſelben / vnd ad deciſionem cauſæ etlicher vnpartheyiſcher Chur- vnd Fürſten Rähte / ihren Reichs Hoff-Rähten beyzuordnen: Wann allein des Reichs Hof Raths juriſdiction, deren ſich Keyſerliche Majeſtät keines weges begäben können oder möchten / nicht recuſiret / ſondern deroſelben rechtliche erkänntnüs / wie billig vnd recht / vndiſputiret bleibe. *(b)*

Hinc, poſthabitis omnibus iſtis exceptionibus, & interpoſitis appellationibus, cauſa iſta in Aulâ Cæſaris recepta eſt: *(c)* Et Cæſar, ſemel ac ſemper, mentem ſuam explicuit,

(a) *In reſponſo ad Vnitorum Principum literas de dato* Dreßden 10. *Februarii Anno* 1610.
(b) *Relatio quorundam Electorum ac Principum, ad ſecundam Cæſaris propoſitionem de dato* Prag 28. *Maji Anno* 1610. (c) *Reinck. libro* 1. *cl.* 4. *c.* 19. *n.* 28.

plicuit (a) daß er/ von ſeiner/ uͤber angeregte
Guͤlichſchen ſucceſſion Streit / gnugſam g
gruͤndter/ vnd interponirter Keyſerlichen jur
diction, mit nichten auszuſetzen/ auch die dur
jhn ergangene rechtmaͤſſige/ citationes , ma
data, interlocutorien / vnd andere verordnu
gen/ geſtracks zu proſequiren/ ja ſo weit ad
teriora zu verfahren fäſtiglich entſchloſſen/ b
allerſeits ſchuldige parition erhalten/ vnd di
prætenſiones, wie ſichs eignet vnd gezieme
ordentlich vnd volnkomentlich / durch jhn /
ſeinem Keyſerlichen Hofe eroͤrtert/ beygeleg
vnd entſchieden werden.

Cum vero tranſactione Iuterbocenſi , (
Elector Saxoniæ voluntati tandem Elector
Brandenburgici ſeſe accommodaret, daß v
Jhrer Keyſerlichen Majeſtaͤt nebenſt vnpa
teyiſchen Chur- vnd Fuͤrſten des Reichs /
ausſpruch geſchehen / vnd zu dem ende /
drey Chur- vnd Fuͤrſtliche theile / nemlich/
jeder zweene annaͤhmliche Chur- vnd Fuͤrſte
deren ſie ſich zu forderſt ſelbſten vnter einand
ſalvâ recuſatione, zuvergleichen/ benennet w
den ſolten : Imperator juriſdictionis ſu
quam prætendebat , longè , ac Principes
Libertatis , tenacior , id hac quidem vice a
miſit ; addita tamen proteſtatione , daß
ſonſten auf dieſen ſpecial fall / niemands
beruffen/ oder ſolches in conſequentiam
ziehen habe. (c)

Vnde quæſtionem hanc, de Iudicio Prin
pum, vom Fuͤrſten recht / iſthac tranſactio

(a) *In literis ad Electorem Brandenburg. de d*
Prag 3. *Martii Anno* 1610. (b) *quæ in*
22. *Martii Anno* 1611. (c) *In confirmat*
ne hujus tranſactionis de dato Prag 5. *Dece*
bris Anno 1611.

Iuterbocenſis confirmatione, eſſe deciſam, **ſey hiedurch allerdings erleutert vnd decidiret/** Lundorpius putat. *(a)*

Et nos quidem illam, tanquam nodum aliquem Gordium, vi potiùs inciſam, quàm legitimè deciſam, agnoſcimus: Quis verò ſeu incidendi, ſeu decidendi poteſtatem ſoli Rudolpho contulerit, non immeritò dubitamus.

Similiter (ut ad alia exempla pergamus) in cauſa **Heſſen** contra **Heſſen** / Marpurgenſem ſucceſſionem concernente, per aliquot annos, ex una parte, exceptio iſthæc fuit oppoſita, ſed, in Comitiis Ratisbonenſibus, Anno 1613. habitis, per decretum Cæſareum 23. Octobris rejecta, litiſque conteſtatio partibus injuncta. *(b)* Qua eadem in cauſa Darmſtadenſis (qui eò, quod Cæſarem ſibi privatim ſummè affectum ſciret, Principum hoc privilegium facilè contemſerat) Anno 1623. 1. Aprilis, Ratisbonæ, à defuncto Ferdinando, ſententiam, in omnibus articulis ſummè ſecundam, extorſit. *(c)*

In cauſâ quoque **Lüneburg** contra **Braunſchweig**, de Ducatus Grubenhagenſis ſucceſſione, Imperator Matthias ſolus definitivè pronunciavit. *(d)*

Ferdinandus defunctus etiam, in cauſâ hæredum Edowardi fortunati, contra Georgium Fridericum, Marchionem Badenſem, Anno 1622. 25. Auguſti, ſententiam ſolus tulit, & publicavit: *(e)* Rejecta appellatione, quam is à Cæſare malè informato, ad eundem meliùs informandum, & ad Ordines Imperii, interpoſuerat.

Idem

(a) *tomo 2. actor. publ. libro 1. tract. 1. p. 23.* (b) *Reink. libro. 1. cl. 4. cap. 19. n. 28.* (c) *Reink. ib. n. 25.* (d) *Idem d. n. 28.* (e) *Ibid.*

Idem Ferdinandus, cum hodierno Saxone colludens, ac in plurium Principum, Magnatumve perniciem conſpirans, in ſpecificatione ſua exceptorum ab amniſtiâ, de eorundem corpore, fama ac bonis, unâ opera, de plano, abſque ullo judicii ſtrepitu, & cauſæ cognitione, imò abſque citatione ullâ, ſententiam tulit.

Dolendum autem eſt, huc tandem, per ſocordiam noſtrorum Principum, rem deveniſſe, ut, qui privilegiis ac Libertate, aliorum Regnorum Principes in tantum eminebant, quantum inter lenta viburna cupreſſi; nunc, hoc in paſſu, illis longè inferiores ſint.

Nam in Francia Pares, non niſi coram Patibus Curiæ olim conveniri potuerunt: (*a*) Et, in Neapolitano Regno, Comites ac Barones in criminalibus, non, niſi per Pares Curiæ judicantur. (*b*)

In Dania quoque, ſi Regi, aut Præfectis ejus controverſia cum aliquo ex Nobilitate, ſive is Senator Regni ſit, ſive non, incidit, eum coram univerſo Regni Senatu compellare debet: ſive ea controverſia ſit de fundis, ſive de aliis quibuſcunque bonis, aut negotiis: Ut teſtantur Ordines Regni in ſcripto publico, quo cauſas exponunt, cur renunciata Chriſtierno Regi obedientia & fide, Fridericum Regem elegerint. (*c*)

Iuriſdictioni Camerali paulatim magis Imperatores ſeſe admiſcuerunt.

Altera juriſdictionis ſpecies, Iuriſdictio nempè vulgaris, Principum corpus, famam, ac Regalia non concernens, olim quoque totius imperii fuit, à quo illa Cameræ Imperiali mandata eſt; ut ſuperiùs probavimus.

In

(a) *Ex Choppino, Bodino, & Hotomanno refert Reink. ibid. n.* 13. (b) *idem ibid. n.* 14.
(c) *Chytræus in Chron. Saxoniæ l.* 10.

In qua Camera, initio, ne tantum quidem juris Imperator habuit, ut Iudicem ſolus, pro arbitrio ſuo, conſtituere poſſet: Quod tandem tamen ſibi arrogavit.

admiſeuerunt.

Deinde Carolus V. duos Comites, ſeu Barones, qui in abſentia Iudicis, vice ejus fungerentur, & duos alios Aſſeſſores judicio huic intruſit: Nulla alia de cauſa, niſi ut ſenſim, magis magiſque ſupremæ jurisdictioni ſeſe immiſceret, Ordinumque poteſtatem labefactatum, ſuam vero auctum iret.

Tandem concurrentia juriſdictionis inventa.

Præponderante tamen ſemper adhuc Ordinum jure, tandem præcipuus Auſtriacæ Domus fœtus, & inſigne ſtabilimentum in luçem prodiit, Conſilium nempè aulicum Imperiale, der Reichs Hoff-rath: Qui iterum concurrentiam iſtam juriſdictionis, inter Cameram ac Imperatorem, enixa eſt.

Eaque concurrentia tantoperè invaluit, ut ſi hodiernam obſervantiam reſpiciamus, Imperatoribus concurrentem cum Camera juriſdictionem competere, dubio planè careat. (*a*)

Quæ ex diſſidio forſan religionis orta.

Vt autem alia multa, in Imperii præjudicium ab Auſtriacis introducta, ita quoque hæc concurrentia, ex religionis diſſidio, ortum traxiſſe videtur.

Cum enim, ſub initium Euangelicæ Religionis ac Reformationis Camerales importunè admodum erga Proteſtantes ſe gererent, & multa contra jus, faſque, odio Religionis, in illo ſtatuerent, Proteſtantes Carolum Imperatorem, quem mitiorem ſibi fore ſperarunt, contempta Imperiali Camera, implorare cœperunt: Idemque à Pontificiis factum, qui, recuſata à Proteſtantibus Camera, jure ſuo, & Iudice ſe deſtitui, querula-

(*a*) *Arniſ. lib. 2. de Republ. c. 6. n.* 111.

rulabantur. Et hoc forſan modo concurrentiæ iſtius prima fundamenta jacta ſunt.

Inde Heldus, Caroli V. Legatus, ad Proteſtantes, in Conventu Smalcaldiæ, Anno 1537. habito, Multas, ait, *(a)* incidiſſe cauſas, de quibus cum Cameræ Iudices agere vellent, ab ipſis & recuſati ſint, & aſperioribus etiam verbis compellati: Et ejus rei querimonias ad Cæſarem eſſe delatas à Litigatoribus, qui ſuum jus conſequi non poſſe dicerent.

Succeſſu temporis formata ac firmata.

Manſit tamen partus hic infirmus quaſi, ac informis, donec, urſorum more, lambendo, eum Imperatores, in iſtam, quam nunc habet, redegerunt formam, ac ſolenni ſanctione confirmarunt.

Primus Ferdinandus Imperator, ejus hominis I. certa ordinatione, ſub obtentu & colore Iuſtitiæ adminiſtrandæ, eum incluſit. In qua verba iſta habentur, *(b)* Ihr Mayſt. habe biſanhero / zu beförderung vnd verrichtung der Iuſtici, den Keyſerlichen Hof-Rath erhalten / vnd wolle denſelben noch ferner erhalten vnd erſetzen / auch alle Iuſtici vnd Parteyenhändel dahin remittiren / vnd weiſen.

Matthias quoque certam huic conſilio ordinationem præſcripſit; in qua ampliſſima illi juriſdictio & poteſtas aſſignatur, in unſerm Reichs Hoff-Rath / inquit *(c)* vnd deſſelben juriſdiction, ſollen alle vnd jede Sachen / vnſer Keyſerthum / das heilige Römiſche Reich / derſelben Hoheit / Recht / Herrlig- vnd Gerechtigkeiten / Pfandſchafft / Loſung / Regalien / Hohe vnd Nider-Lehen / Privilegien, indult, confirmation, vnd anders / wie ſolches

(a) *Apud Sleidan. lib.* 11 *hiſtor.* (b) § So haben wir biſanhero. (c) *In Ordinatione Conſilii aulici tit.* 2. *in princ.*

ches nahmen haben mag / ſo viel ſolche die Iuſtici belangen/ inſonderheit alle vnd jede Parteyſachen/ die rechts-gewohnheit / connexitât/ vnd conſequentz halber / für vnſer Keyſerlich Gericht gehören/ oder von den erſten inſtantien/durch mittel der appellation,ſupplication, dictionem nullitatis,invocationes officii, oder in alle andere wege ſich dahin wenden/ fundirt vnd gehörig ſeynd/ ſollen allda angenommen/ gerechtfertigt / darüber erkant / vnd die nohtdurft expediret werden.

Imò Electores Imperii,juriſdictionem hanc Aulæ Cæſareæ dudum,ſolenniter agnoverunt; Imperatori in Capitulatione legem præſcribentes, (a) daß Jhre Mayt. ſollen vnd wollen/ jhren Geheimen/vnd des Reichs Hoff-Rath/ alſo beſtellen/damit männiglich ſchleunige vnpartheyiſche Iuſtitia adminiſtriret werden möge. Quæ clauſula in Rudolphi II. nondum exſtat, ſed in Matthiæ primum Capitulatione repetitur. *Hodiè in dubiè.*

Saxo inprimis,inter hos,Imperatoris poteſtatem valdè ſublimatum, Imperii vero Libertatem ſuppreſſum ivit, & Palatino, proceſſus aulicos impugnanti, acriter reſtitit: Vt ex Legatorum Saxonicorum verbis colligere licet; quibus Domino Camerario illi rotundè confeſſi ſunt. (b) Jhr Hert konte vnd wolte Keyſerlicher Maieſtät / jhre habende / vnd hergebrachte juriſdiction nicht diſputiren laſſen : wäre einmahl an dem / daß dieſelbe fons juriſdictionis, vnd daß alle exemptiones, privilegia, vnd austräge von dero herkomen: Wären

T 2 auch

(a) *Capitulatio Ferdinandi II.* § Jhre Mayt. ſollen vnd wollen auch des heiligen Reichs.

(b) *Vt u teſtatur in relatione ad Electorem Palatinum de dato* 24. *Iuli Anno* 1608. *ap. Lundorp. tomo* 2. *act. publ. lib.* 2. *tract.* 5 *p.* 541.

auch im beſtändigen herbringen / vnd würden ſich davon nicht treiben laſſen. Er konte die Hof-proces per ſe nicht fechten/ oder darbey Pfältziſcher vnd anderer Stände meynung ſeyn.

Quin ergo juriſdictio ſuprema Imperatoris propria, ab eoque cumulativè, non privativè, in Cameram ex parte collata, dici debeat (ſi ex præſenti rerum ſtatu judicemus) extra controverſiæ aleam poſitum eſt.

Vnde Cæſar Electorum Legatis aliquando reſpondiſſe legitur. (*a*) Jhre Keyſerliche Majeſtät hätte dem Kammer-Gericht jhre juriſdiction in etlichen fällen communiciret / aber ſich deroſelben darum nicht abdiciret noch begeben.

Et in Ordinatione Conſilii ſui aulici Matthias ſcribit, (*b*) Wir haben vnſerm Kammergerichte concurrentem juriſdictionem zu mehrer beförderung der Partheyen/vnd vnſer übertragung/ mitgetheilet.

Itemque Pactis Pragenſibus expreſsè cautum eſt, (*c*) Jhre Keyſerliche Majeſtät habe ſich reſerviret / daß ſie jhr ſelbſt / vnd jhrem Keyſerlichen Reichs Hof-rath/in einigem ſtücke/zumahl auch/ an handhabung vnd execution des Friden-ſchluſſes / gantz nichts wolle geſperret vnd entzogen haben.

Iuriſdictio aula magis privilegiata, quàm Camera, Tum in proceſſu; Nec, parem, cum Camera, juriſdictionem ſibi arrogaſſe, Imperatoribus ſatis fuit: ſed & longè ampliorem, ac magis privilegiatam ſibi vindicarunt.

Camera enim, non niſi formâ, in ordinatione ejus præſcripta, procedit, aut judicat: Ea-

(a) *Praga* 27. *Iul. Anno* 1790. *apud Lundorp. d. tomo* 2. *l.* 1. *tract.* 4. *n.* 3. *p.* 55. (b) *tit.* 2. §. ſo wollen wir auch. (c) §. den Keyſerlichen Reichs Hoff-Rath/ *in fine*.

Eaque deficiente, ſolennitatibus, à jure communi requiſitis, neceſſario adſtringitur. Es ſol/ in allen vnd jeden fällen / die inſonderheit/ vnd ausdrücklich in der Ordnung/des gerichtlichen proces halben/ überſehen/ das gemeine Recht ſtat haben / vnd vermöge deſſelben gehandelt/ vnd procediret werden. *(a)*

Conſiſtorium vero ſummi Principis, ſine ambagibus, ſive formulis ordinariis, ſolâ veritate inſpectâ, ſine ſtrepitu & figura judicii, levato velo, ſententiam fert: *(b)* Nec ordinem judiciarium, de jure poſitivo introductum, ſervare tenetur. *(c)* Nulla enim Lex poteſt Principis Curiam coarctare, cum illa ſit Lex animata in terris; inquit Iuſtinianus: *(d)* Quod ad hodiernam Imperatoris Aulam Legiſtæ haud ſegniter applicant. *(e)*

Imperator quidem Matthias, proceſſum judicarium Conſiliariis ſuis obſervandum injunxit: Sed tot additis limitationibus, & reſtrictionibus, ut, in effectu, res ad nihilum recidat, ſollen/ ſo viel möglich / (hæc prima limitatio) vnd die præeminentz dieſes vnſers höchſten Gerichts/ vnſers Reichs Hoff-Raths/ von rechtswegen erleiden mag (hæc ſecunda) deſſelben vnſers Cammer-Gerichts/ bevorab in groſſen Sachen / (hæc tertia) gewöhnlichen proces, termin, oder ſolennitæten gebrauchen / vnd dieſelben obſerviren/ ꝛc. vnd in allweg/ ſo viel die ſubſtantz eines gerichtlichen proces anlangt / ſonderlich / da ein vnwiderbringlich præjuditz zubefahren / (hæc quarta) von der

T 3 Ord-

(a) *Ordinatio Cameræ de Anno 1555. parte 3. tit. ult.* (b) *Autor Relationis Donavverdicæ parte 1. p. 33. Paurmeiſt. lib. 2. de juriſd. cap. 6. n. 255.* (c) *Reink. lib. 1. cl. 3. c. 12 n. 35. & ſeq.* (d) *Nov. 105. cap. penult. in fine.* (e) *Reink. d. locon. 41.*

Ordnung / wie ſie im Keyſerlichen Cammer-Gericht eingeführet / ohne wol-gegründete vrſachen/ (hæc quinta) nicht abweichen: Hingegen wollen Wir ſie (hæc ſexta & ſumma limitatio) an an dere accidentaliſche Gerichts ſolennia, dadurch dem Hauptwerck/vnd gnugſamer erkündigung der Warheit / nichts zu/ oder abgehet/keines weges verbunden/ſondern vielmehr auff den gemeinen Nutz vnd forderung der heilſamen Iuſtici, gewieſen vnd verpflichtet haben. (a)

Rectè autem Deputati calamum cenſorium hic ſtrinxerunt, & ſubdolas iſtas limitationes, per quas injuſtitiæ lata panditur feneſtra, induxerunt.

Tum in cauſis ad eam pertinenti.

Deinde quoque, Cameræ juriſdictio in prima inſtantia, ubi perſonæ, quæ conveniuntur, immediatè Imperio ſubjectæ non ſunt, niſi in puncto denegatæ juſtitiæ, fundata non eſt, es ſoll das Keyſerliche Cammer-Gericht in erſter Inſtantz, oder rechtfertigung/keine ladung erkennen/oder geben/gegen den jenigen/die der Keyſerlichen Mayt. vnd dem Reich/ nicht ohn mittel vnterworffen ſind / ꝛc. (b) Aut ubi illæ immediate quidem Imperio ſubjectæ ſunt, ſed privilegia Auſtregarum habent, (c)

Iuriſdictio aulica privilegia prima inſtantia non attendit:

Imperatores vero Auſtriaci, hæc etiam primæ inſtantiæ judicia pedibus conculcarunt.

Nam proximis annis, ut Autor Informationis Donavverdicæ (d) teſtatur, Ordinum & Imperialium inprimis Civitatum, ſubditos, per commiſſiones, citationes, ac mandata ſua, ad Aulam Cæſaream, ac quidem ſæpius,

(a) *In ordinatione Conſilii aulici tit.* 2. §. ſo wollen wir auch. (b) *Ordinat. Cameræ de Anno* 1555. *parte* 2. *tit.* 1. (c) *Ibid. tit.* 2, 3. & 4. (d) *parte* 2. *p.* 122.

pius, ſine ullâ expreſſione cauſæ, evocarunt: Et debitam ordinario Magiſtratui cognitionem, & ſubditis primæ inſtantiæ privilegia, ac remedia Appellationis, Reviſioniſque adimere tentantes.

Eodem modo, in perſonis, Imperio immediatè ſubjectis, privilegia Auſtregarum, quæ Cameræ juriſdictionem in primâ inſtantiâ impediunt, Aulæ Cæſareæ juriſdictio dudum perrupit.

Proteſtantes, jam Anno 1594. eâ de re conqueſti ſunt, (*a*) Es wollen allerhand Sachen / erſtlich per modum verordneter Commiſſarien / vnd darnach zur deciſion, an den Hoff-Rath/ wider der Stände privilegia vnd herkommen / gezogen werden; dadurch dann den Ständen das beneficium primæ inſtantiæ vnd reviſionis entzogen wird.

Idemque Anno 1613. clarius repetierunt, (*b*) die Reichs-Hoff-Rähte haben ſich vnterſtanden / gantz beſchwerliche commiſſiones ausgehen zu laſſen / dahin gerichtet / daß in ſolchen commiſſionibus, die Commiſſarii, uſque ad concluſionem cauſæ, procediren/ vnd hernacher die Sachen an den Keyſerl. Hoff/ zum endlichen ausſchlag verſchicken ſolten/ welches aber nicht allein den Aus-trägen zu abbruch/ ſondern auch den Parteyen ſelbſt/ zu nicht geringer beſchwerung gereichen thut/ vnd dann jhnen / durch ſolche Wege/ die/ ſonſten habenden/ beneficia Appellationis, derer doch jhre / der Stände vnmittelbare Vnterthanen/genieſſen/ vnd alſo melioris conditionis, als ſie/ die Stände ſelbſten/ ſeyn müſſen/ benommen werden.

T 4 Impe-

(a) *In gravaminibus* nach dem Pfältziſchen/vnd Brandenburgiſchen *concept.* (b) *In gravaminibus de eodem Anno.*

Imperator quidem Matthias privilegia primæ inſtantiæ, ſi perſonæ, immediatè Imperio non ſubjectæ, conveniantur, Conſiliariis ſuis obſervanda eſſe tradit, (*a*) da Unſern Reichs-Hoff-Räthen ſachen und beſchwerungen fürkommen / darinnen/ ie zu zeiten/ die parteyen ihre nechſt ordentliche Obrigkeit/ auch Unſere vorgeſetzte Landfürſtliche Regirungen überſchritten und umgangen / ſollen Unſere Reichs Hoff-Räthe dieſelben parteyen/erſtlich/ für bemeldte ihre ordentlichen Obrigkeiten/ Gericht / oder Regierungen / wohin ſie dann gehören/ weiſen.

Sed mox ſubjungit, Es wäre dann/ daß ſolche ſachen und beſchwerungen / die ordentliche Obrigkeiten/Gericht/ und Regierungen ſelbſten berürten / oder ſonſten bewegliche urſachen vorhanden wären/die ſachen in Unſerm Reichs Hoff-Rath anzunehmen: Darauff ſollen und mögen Unſere Reichs Hoff-Räthe/&c. nach gelegenheit der parteyen und ſachen, wie es ſich gebühret/handlen/und erledigung thun. Quibus verbis tota hæc res ad arbitrium Conſiliariorum revocatur: & ita, quod una manu dedit, altera mox dolosè aufert Imperator.

Quâ de cauſa, totam hanc limitationem, ſeu declarationem, omnia antecedentia enervantem, Deputati cancellarunt.

Idem Matthias privilegia quoque Auſtregarum ad Iudicium aulicum noviter extendiſſe, primo intuitu videtur, (*b*) der Reichs-Hoff-Rath ſolle nicht bloß allein/ die Keyſerliche Hoheit/ ſondern auch der Chur-Fürſten/ Fürſten/ Grafen/ Herrn/ Stände / gefreyter Rit-

(a) *d. Ordinatione Conſilii aulici tit.* 2. § da aber Unſern. (b) *d. Ordinatione Conſilii aulici tit.* 2. §. wir befehlen.

Ritterſchafft/ vnd anderer/ mittel vnd vnmittelbarer vnterthanen privilegia, aller gebühr nach/ ſorgſamlich in acht nehmen / niemands dawider beſchweren/ &c.

Sed, ſi pergas, mox, quod conſtruxerat, diruit, &, per viam commiſſionum, omnia hæc, Auſtregis è medio ſublatis, ad ſe, in ſubſequentibus, trahit, weil der billigkeit nicht zuwider / ſondern viel mehr an jhm ſelbſt nützlich/ vnd den partheyen/ zu erſparung vieler zeit / vnd vergebenen vnkoſtens fürträglich/ auch bey allen wolgeordneten gerichten löblich herkommen / die ſtreitigen ſachen zu gütlicher handlung vnd vertrag zuweiſen; ſo ſollen vnſere Reichs Hoff-Rähte ſich deſſen / nach gelegenheit ſonderlich aber auf der partheyen/anruffen / zu gebrauchen/ nicht aus acht laſſen: Vnd weil darbey auch ſehr gut / vnd dem herkommen gemäß/vmb beſſerer beforderung der Iuſtitz,vnd abhelffung der beſchwerden willen/ (es wären dann ſonderbare vrſachen dawider vorhanden) daß die clauſul, in verbleibung der güte/ was recht is/zuerkennen/ vnd aus zu ſprechen / annectiret, vnd einverleibt wird; demnach ſollen ſich viel bemeldte vnſere Reichs Hoff-Räthe/ ins künfftige dieſes vnterſcheids verhalten; wann nemlich/ vermöge der austräge / vnd mit dieſen ausdrücklichen worten/ eine commiſſion bey vns geſucht wird / daß ſolches keiner partheyen/wann anders die juriſdiction fundiret / abgeſchlagen werde: Vnd ſtehet in dieſem fall/vermög vnſerer Cammer-Gerichts Ordnung/ den partheyen die appellation, von vrtheilen der Commiſſarien / an Vns / oder Vnſer Keyſerlich Cammer-Gericht bevor. (a) Et ita, ſi actori hac via experiri libi-

T 5

(a) *d. Ordinatione Conſilii aulici d. tit. 2. §.* dieweil aber auch.

viam Commiſſionum, ad Aulam Cæſaream derivari poſſunt.

Quod ut præcaverent Deputati, verba iſta, oder anderer vmſtände/&c. ut nimis indefinita, & generalia, dadurch allerhand vnleidliche beſchwerden eingeführet werden möchten/ſimiliter omittenda cenſuerunt.

Litis pendentiam quoque interrumpere, & cauſas, in Cameræ jam motas, ac ex parte ventilatas avocare, Senatus hic Imperatorum aulicus conatus eſt.

Imperator litis pendentiam interrupit.

Ita enim, jam tum, Anno 1596. conqueſti ſunt tres ſeculares Electores, (a) daß / auff der Parteyen vngleich fürbringen dem Cammer Gericht bißweilen inhibiret / demſelben albereit anbrachte Sachen entzogen / vnd am Keyſerlichen Hoff ſolche erörtert werden/wollen.

Præſenſque ab iiſdem refertur exemplum in Civitate Erfurt / welcher auff anhalten Chur Maintz/ mit pœnal mandaten von Keyſerlichen Hoff-Rath zugeſetzt worden / vngeachtet der litis pendentz an Keyſerlichen Cammer-Gericht.

Et mox iterum, Anno 1549. daß auch avocationes à Camerâ, per reſcripta geſchehen ſeyn ſollen / (b) daß vom Hofe an das Cammer-Gericht inhibitiones erfolgen / vnd die Sachen / dahin gehörig / nach Hofe gezogen werden. (c)

Denique clarius & expreſſius in ultimis Comitiis Ratisbonenenſibus, idem Proteſtantes Imperii Ordines repetierunt, (d) man habe ſich

T 6 vnter-

(a) *In gravaminibus ſuis ap. Lundorp. tomo 2. Act. publ. l. 1. tract. 4. n. 2. p. 51* (b) *In gravaminibus* nach dem Sächſiſchen *concept.* (c) *in gravaminibus*, nach dem Brandenburgiſchen *concept.* (d) *In gravaminibus.*

vnterſtanden/etwan in denen Sachen/ſo allbereit am Cammer-Gerichte/auch Fürſtl. Hoff-Gerichten anhängig/ gemachet worden/ zu inhibiren/vnd/ſolcher litis pendentz vngeachtet/ dieſelbe an den Keyſerl. Hoff zuziehen/ja auch wol die jenigen Sachen / darinnen bereit die Vrtheil gefaſſet/ vnd nur auff der publication geſtanden/ dahin abzuforderen.

Quod ipſum, quid aliud eſt, quam juriſdictione, pro lubitu ac lubidine ſuâ, ſeu uti, ſeu abuti? Notiſſimos enim concurrentiæ terminos (qui intra ſolam præventionem definiuntur) iſta audacia quàm longiſſimè excedit.

Nec defuêre tamen, præfrictæ frontis, Leguleji; *(a)* qui iſtiuſmodi enormibus auſis applauderent, eaque, velut optimo jure facta, comprobarent: Imperatorem cum Rege Franciæ, quoad poteſtatem & juriſdictionem, quam uterque in Regno ſuo & Imperio habet, falſiſſimè æquiparantes. *(b)*

Iuriſdictio aulica Reviſioni & Syndicatui non eſt obnoxia.

In hoc quoque Iuriſdictio aulica magis privilegiata eſt Iuriſdictioni Cameræ, quod ſi quis, latâ per Camerales ſententiâ, gravatum ſe exiſtimet; ſuperſit ei remedium Reviſionis & Syndicatus: *(c)* Quorum neutrum Aula Cæſaris admittit. *(d)*

Tandem, quemadmodum in cognitione & judicio ſuo nullis Legum repagulis Imperatores coërceri voluerunt: Ita etiam rei judicatæ exſecutionem, pro arbitrio ſuo inſtituendam, ſibi arrogarunt.

Nam Rudolphus Imperator, Anno 1617. die 2. Aug. in hunc modum reſcribere auſus eſt,

(a) *Berlichius deciſ.* 158. *per tot.* (b) *Berlich. d. deciſ. n.* 34. (c) *Ordinatio Cameræ de Anno* 1555. *parte* 3. *t. penult.* (d) *Autor. Informat. Donavverd. parte* 1. 135.

eſt, (a) daß Ihre Mayt. weder in des Reichs Exſecutions-Ordnung/oder Creys-verfaſſung/ noch ſonſten dahingebunden ſeyn/daß/zu exlequirung der Keyſerlichen vrtheil/ſonſten kein mittel vorgenommen werden möge/ dann allein bloß des jenigen Creys-Obriſten zuthunung/darunter der condemnirte geſeſſen; ſondern ſie hätten/ zu erhaltung rechtens/ auch wohl auff andere maß/ in alwege zu ſchlieſſen.

Coronidis loco, circa juriſdictionem ſupremam, notare lubet; quod, in criminalibus quoque, Rudolphus Imperator, Ordinibus Imperii magnum præjudicium inferre conatus ſit: Quando ex Aurea Bulla, & aliis Imperii Conſtitutionibus malè intellectis, inquiſitionem ac cognitionem, de crimine Majeſtatis ſeu Perduellionis, præterito & excluſo ordinario inferiore, cui aliàs merum Imperium pleniſſimè competit, Magiſtratui, ſibi vindicavit.

Imperator exſecutionem, pro lubitu ſuo inſtituendam, ſibi arrogavit.

In quo, ut in aliis multis, Saxoniæ Elector, Imperatoris pararium, ac ſtatorem, haud impigrum, iterum ſe præbuit.

Cum enim is Elector, ex confeſſione quorundam aſſaſinorum, Heinricum de Thunaw/ & Laurentium Biederman/ Johannis Georgii, Principis Anhaldini, & ſubditos, & non infimæ notæ miniſtros, vitæ ſuæ inſidiatos eſſe, conquereretur; primum, ut à foro ac Principe ſuo traducti, ſibi ſiſterentur, minabundus intendit: Quod cum haud procedere videretur, rem totam, non attento eo, quod præfatus Dux juſtitiam tantum non denegaret, ſed & ambabus manibus offerret (ut ex fundamentali relatione, ſeu deductione, hac de cauſa edita, eluceſcit), rem ad Imperatorem detulit. Qui lictores ſuos

(a) *ut refert Autor. d. inform. parte 2. p. 361.*

ſuos (ſeinen Hoff-Profoſen / mit etlichen Schützen/vnd ſeinem Ampt-knecht) non ſegniter eò miſit, ut eoſdem reos ad Aulam Cæſaream deducerent, & cognitioni ſiſterent; ſub hoc colore, daß jhme (dem Keyſer) amt vnd pflicht halber/ſolche ſchreckliche vnd hoch-ſträfliche conſpiration, utpotè in necem Electoris Imperii facta, nach befindung gebürlich zu beſtraffen oblige; auch krafft der güldnen Bullen/ vnd anderer Reichs-conſtitutionen vnd ſatzungen / die perſecutio, cognitio, & punitio hujus atrociſſimi criminis, einig vnd allein zuſtehe. (a)

Exitum quoque forſan habuiſſent, ac vi perrupiſſent Imperatoris hæc & Saxonis attentata, niſi alii Electores ac Principes, qui mali hanc rem exempli, & periculoſæ eſſe conſequentiæ, eminus proſpiciebant, autoritate ſua interceſſiſſent.

Hi enim, quemlibet coram ſuo ordinario Magiſtratu conveniendum, Proceribusque & Ordinibus Imperii, in ſpecie quoque Principibus Anhaldinis, inter alia Regalia, Ius meri Imperii, etiam in atrociſſimis delictis, non excepto Majeſtatis, aut Perduellionis crimine, competere; Aureæ verò Bullæ, non illum, quem Imperator eidem affingebat, (quod, nempe, de crimine Perduellionis, ſolus Imperator cognoſcere poſſit, & debeat) ſenſum, nec à quoquam in eum ſenſum unquam intellectum eſſe, evidenter demonſtrarunt.

SECTIO IV.

DE Banno, non opus eſt, ut prolixè diſſeramus, cum vel præſens noſtri temporis hiſto-

(a) *Litera Electoris Palatini & Brandenburgici ad Cæſarem de date 8. Iulii Anno eodem.*

hiſtoria ſatis oſtendat, quantum ſibi, hoc in paſſu, ex Domo Auſtriaca oriundi Imperatores, etiam in ipſos Imperii Principes, juris ſumpſerint.

Imperatores Banno, etiam in Imperii Principes, graſſati ſunt.

Carolus V. jam olim, Electorem Saxoniæ, & Landgravium Haſſiæ, non auditos, imò non citatos, hoc fulmine percuſſit. (a) & captum tandem, ad Mulbergam Electorem, tanquam rebellem, reumque læſæ Majeſtatis, capitis damnavit, Wir haben erkant, erkläret/ vnd geſprochen/ (quæ formalia ſententiæ condemnatoriæ (b) verba ſunt) erkennen/ erklären/ vnd ſprechen auch/ aus Römiſcher Keyſerlicher macht vnd vollkommenheit hiermit wiſſentlich/ daß Hanß Friderich der Richter/ jhm zu beſtraffung/ vnd andern zu einem exempel/ durch das Schwert vom Leben/ zum natürlichen gerichte gebracht werden ſolle: Darzu wir jhn dann/ mit dieſer vrtheil/ vnd erklärung/ condemniren vnd verurtheilen.

Rudolphus Imperator, ergà Principes Imperii, nec comminatione, nec declaratione Banni parcus fuit: Vt, in turbis Argentoratenſibus Anno 1602. ubi Vicario Decanatus, Chriſtiano, Holſatiæ Duci, & conſortibus, Bannum comminatus eſt; quinimo, in eventum, eoſdem in Bannum declaravit, hat/ bey ſtraff der acht/ die abtretung derer Stiffs-güter jhnen befohlen/ vnd im fall nicht erfolgender parition, an den Keyſerlichen Hoff/ welcher enden der die zeit ſeyn wird/ zu erſcheinen/ ſie geladen/ zu ſehen/ vnd zu horen/ ſich in vorbeſtimten pœn der acht/ gefallen zu ſeyn/ mit Vrtheil vnd Recht zu erklären/ zu ſprechen/ vnd darauff/ mit execution, ohn jemands reſpect, förder-

(a) *Sleidan. lib. 17. hiſtor.* (b) *apud Hortled. tomo 2. de bello German. lib. 3. cap. 70. n. 2.*

förderlichſt zu verfahren. (*a*)

Quomodò idem quoque Rudolphus, in cauſa Iuliacenſi, contra inſignes Imperii Principes, Banni comminatione fulminaverit, Edicta Cæſarea ſatis ſuperque teſtantur.

Defunctus Ferdinandus nonne in perſona Palatini, Principis Anhaldini, & aliorum, qui Palatino adhæſerant, idem auſus eſt: Hinc illæ in Imperio noſtro lacrymæ: Hinc illa, non miſericordia, ſed miſeria.

Proſcriptio Palatini non eſt Mulhuſii decreta.

Nam id, quod Ferdinandus nobis perſuadere conatur, quaſi proſcriptio illa Palatini, Mulhuſii in deliberationem venerit, ibidemque decreta, non à ſe ſolo profecta ſit, daß er deroſelben / vermöge der zu Mulhauſen beyſammen geweſenen Chur- vnd Fürſten / jhm gegebenen gutachten / beſchehenen zuſag vnd erkäntnus / wohl befugt ſey: (*b*) Falſum eſſe, Elector Saxoniæ aſſeverat, eaque de cauſa ad acta Conventus provocat. Es ſey wegen der angedeuteten Achts-proces halber zu Mulhauſen nichts geſchloſſen vnd verabſchiedet worden/wie ſolches die/ bey ſolcher Mulhauſiſchen zuſammenkunft gehaltene acta mit mehrerm bezeugen: (*c*) Vnd ſey anders nichts geſchloſſen / als Chur-Pfaltz / durch allerhand dienliche vnd wolgegründete motiven, zu bewegen/

(a) *Mandatum Cæſar.* an die Brüderhöfiſchen *Capitulaten* in Straßburg *de dato* Prag. 5. *Auguſt. Anno* 1602. (b) *Cæſar in literis ad Moguntinum de dato* Wien 1. *Iun. An.* 1620. *& ad Comitem Zollerenſem, itemque Bavarum de dato* 1. *Iul. Anno eod. apud Lundorp. tomo* 2. *actor. publ. libro* 5. *tract.* 20. *n.* 1. 2. 3. *p.* 891. 892. 893. (c) *In literis ad Iohannem Bipontinum de dato Torgano* 9. *Auguſti An.* 1620. *Lundorp. ibid. n.* 12. *p.* 899.

wegen / von den occupirten Königreich Böhmen/ vnd den incorporirten Ländern abzutretten/vnd dem rechtmäſſigen beſitzer/&c. ſolche ein zu reumen / die Länder aber von jhrer widerſetzigkeit vnd vngehorſam abzumahnen: mit dem anhang/da ſolches nicht erfolgete/die friedfertigen Chur-vnd Fürſten nicht länger ſolchen vnweſen zuſehen/vnd jhr erwehltes vnd gekröntes Haubt deſpectiren/viel weniger den ſiebenden Chur-Furſtē/dafür ChurPfaltz denſelben ſelber erkennet/verlaſſen könten;ſondern müſten auff mittel bedacht ſeyn / dadurch die autoritet des Haubts vnd Chur-Fürſten/ ſowohl das Königreich Böhmen / als ein vornehm Lehen/ beym Reich könte erhalten. vnd defendiret werden. *(a)*

Dehortatio ergò cum comminatione hoc Conventu decreta fuit, non verò Ferdinando indultum, ut ad Banni declarationem ſolus illicò procederet.es iſt zu Mulhauſen nur auff die hortation cum comminatione geſchloſſen/ auch ein groſſer vnterſcheid zumachen / vnter der ſtraff des delinquenten ſelbſten / vnd inter modum, wie vnd auff was maß zu ſolcher ſtrafe zugelangen. Chur-Sachſen hat vor ſich nie vermeynet/daß der Pfaltz-Graff geſündiget/vnd dahero zuſtraffen;ſondern allein dieſes urgiret/daß die ſtraffe mit vorbewuſt des heiligen Reichs Chur-Fürſten angeordnet / vnd vorgenommen werden ſolte / inhalt der Capitulation. *(b)*

Sed & reſciſſionem Banni, velut irrogationem, Ferdinandus ſibi arrogavit.

Sic

(a) *In literis ad Caſmirum Ducem Saxoniæ de dato* Bautzen 13. *Oct. Anno eodem.* (b) *Legatorum Electoris Saxoniæ votum in Conventu Ratisbonenſi Anno* 1623. 11. *Febr. apud Lundorp.tomo* 1. *act.publ.lib.*6. *tract.*24.*p.*1161.

Sic Chriſtianus, Princeps Anhaldinus, Senior, 10. 20. Iun. Anno 1624. per Conſilium Imperatoris aulicum, caſſato ſolenniter Banno, in Imperatoris, ac Imperii protectionem & ſecuritatem rurſus receptus eſt. *(a)*

Idem Comiti de Hohenloe / & aliis accidit. *(b)*

Vlterius, quod de Banni declaratione diximus, Imperatorem ſcilicet univerſum hoc jus ad ſe traxiſſe, id ad exſecutionem Banni merito, etiam extendimus: Conſiliarii enim aulici etiam exſecutionem Banni ſub Imperatoris traxerunt arbitrium; eumque, aut ſecundum ordinationem Exſecutionis, hanc Circulorum Ducibus mandare, aut alium certum Ducem ad exſequendum ordinare, &, pro lubitu ſuo, exſequi poſſe, contendunt.

Cum credendum non ſit, quod Cæſar, per ordinationem Exſecutionis ſemetipſum exſequendi facultate privarit: Et cauſa iſta, propter quam Circulorum Ducibus exſecutio Banni, à Camera irrogati, demandata eſt, (quæ eſt, quod Camera ipſa ad exſecutionem ſufficientes vires nullas habeat) in Cæſare ceſſet. *(c)*

Quo colore, exſecutio contra Vrbem Donavverdam, quam præterito Suevici Circuli Duce, Bavaro Cæſar commiſerat, ſub tempore excuſata & palliata fuit.

SECTIO VII.

IAm ad contributiones & collectas, ſeu jus collectandi accedimus: In quo Auſtriacos, actis per obliquum cuniculis, plus quàm ipſis compe-

(a) *Reink. lib. 1. cl. 5. cap. 6. n. 149.* (b) *Reink. ibid.* (c) *Autor Relationis Donavverdicæ parte 2. p. 170.*

competebat, paulatim ſibi vindicaſſe, haud obſcurum eſt.

Incolligendis quidem pecuniis, & contributionibus indicendis Imperatores, ante Ferdinandum II. Ordinum jura apertè violare & ſubvertere nondum auſi ſunt: Quædam tamen ab iis inita eſt ratio, per quam, citrà univerſalem Conventum, ab Ordinibus pecuniaria impetrarent ſubſidia. *Novus, citra Comitia, colligendi pecunias modus.*

Cœperunt enim, prætextu magnæ neceſſitatis, quæ repentino opus haberet ſubſidio, in particularibus ſingulorum Circulorum Conventibus, partes ſuas agere, & flagitare pecuniam.

Idipſum, poſt expugnatum à Turca Jaurinum, Anno 1594. & deinceps ſæpius, à Rudolpho, in omnibus, & inprimis in ſuperioris ac inferioris Saxoniæ Circulis, tentatum eſt: Hoc, nimirum, colore, weil die anſetzung und beſtimmung/ eines allgemeinen Reichs-tags/ viel zu weitleufftig; ſintemahl nicht allein die mit bewilligung der Chur-Fürſten eine geraume erhandlung bedörffe; ſondern auch der tag/damit denſelben die weit-geſeſſene Stände erreichen mögen/ gemeiniglich drey Monat hinweg nehme/ und was hernach der præparationen mehr ſeynd: ſo könne ſich leichtlich auff die haubt-tractation, ehe dieſelbe zu einhelligem abſchiede befördert/etwa ſo viel weile und zeit verſchlieſſen/ daß darüber woll der gantze Sommer verſtreichen würde; zugeſchweigen der teuren/mercklichen/großen zehrung/die den Ständen gemeiniglich bey den Reichs-tagen ſo viel auffgehet, daß man hernach deſto übler contribuiren kan. (a)

Cum autem quidam Circuli (quia univer-

(a) *Litera Cæſaris ad Adminiſtr. Electoratus Saxonici de dato* Prag. *21. Dec. anno 1595.*

ſalia Comitia expectari non poſſe, videbantur) ſaltem universalem certorum, ex omnibus Circulis deputatorum, Conventum urgerent, Rudolphus eodem prætextu, iiſdemque rationibus, id incommodum eſſe, duxit, es wäre in effectu auch / des gantzen Reichs zuſammen-erforderung; vnd würde beſorglich darauff nicht weniger / wo nicht mehr zeit / als einen Reichs-tag gehören: Dann ehe man zur general verſamlung ſchreiten konte / müſten zuvor in einem jeden Creys / particular vnd abſonderliche Creys-tage angeſtellet / vnd daſelbſt die Keyſerliche propoſition deliberiret / auch die gewalt vnd vollmacht bedacht / vnd verfaſſet / vnd alsdann erſt der ausſchluß general convocation fürgenommen werden. Welche vorbereitliche Creys-verſamlungen etliche Monat / ehe man zum haubtwerck gelangete / verzehrten. (*a*)

Ejuſmodi ratio. Vera autem hujus rei cauſa fuit, quod Imperator nulla (ut in Comitiis fieri aſſolet) in particularibus Circulorum Conventibus, deſiderio ſuo oppoſitum iri gravamina, noverat.

Deinde, quia melius cum ſingulis Circulis, quam cum omnibus junctim, ſeſe transacturum confidebat. Id quod Rudolphus adeò non diſſimulavit, ut apertè potiùs faſſus ſit, (*b*) ſe hoc exigendi modo, eâ de cauſa, uti, weil er nicht gewis wiſſe / ob im fal einer general verſamlung / alle Creyſſe zu ſeinem vorgeſchlagenen modo verſtehen vnd einſtimmen würden.

Tandem, quia uno modò Circulo in ſuam ſententiam traducto, à reliquis, ad ejus exem-

(a) *d. Cæſaris literæ ad Electoratus Saxonici Adminiſtratorem.* (b) *In d. literis.*

exemplum, tantundem faciliore opera, ſeſe extorſurum rebatur.

Quam verò communi Libertati noxium, & exitioſum fundamentum ſit, ſuper quo nova & inſolita iſta collectandi ratio exſtructa eſt, Rudolphus ipſemet teſtatur, dum ſcribit, (a) dieweil uns bey dieſer eyl / und ſummo periculo moræ, fürnemlich obligt / die kurtzeſten / und allerförderlichſten mittel vorzunehmen / ſo der gemeinen noth / und dem heiligen Reich am allerfürtreglichſten und erſprießlichſten ſeyn / ſo haben wir nochmahls keinen ſchicklichern weg hierzu gefunden / dann daß in jedem Creyß / abſonderlich / die nohtdurfft / durch etliche Unſere Keyſerliche Commiſſarien proponiret / und erhandelt werde.

Et perniciosum fundamentum.

Nam ſi compendioſiſſima, & communi neceſſitati maximè accommoda, media eligere, in Imperatoris facultate eſſe, agnoſcamus; ad eundem conſequenter abſolutum redibit collectandi arbitrium.

Itaque Ordines, ſemel iterumque Rudolpho obſecuti, tandem odorati, quod res erat, extraordinariâ hac collectandi ratione recuſata, totum negotium ad Comitia rejecerunt.

Ita, Anno 1596. cum reliqui inferiores Saxoniæ Ordines Rudolpho Imperatori mille Equitum ſubſidium decreviſſent, Ducum Brunſvvicenſium, & Civitatis Northuſi Legati perſeveranter diſſenſerunt; haben ſich gar in contrarium erkläret / daß in krafft außdrücklicher inſtruction, und befehls / ſie in nichts einwilligen ſolten; es wäre dann ſache / daß ſolche hülffe / auff gemeiner Reichs-verſamlung / bey allen Ständen / nach altem herkommen / geſucht würde: Was alsdann in geſamt deli-

(a) *In d. literis.*

deliberiret vnd beſchloſſen/auff den fall thäten jhre Herren vnd Obern ſich dahin erbietē/von gemeinen beſchluß ſich nicht abzuſondern. (a)

Quod ipſum proculdubiò Ordines permovit, ut Receſſui huic clauſulam, modum hunc collectandi deinceps non admiſſum iri, annecterent, iſt in gemein / aus ſonderbarem habenden befelch geſchloſſen/vnd widerholet/ daß forthin / dergleichen keine extraordinari vnd particular verwilligung / von deſſelben Creyſſes Ständen beſchehen ſolle. (b)

Quam mentem ſuam, ſequenti anno Imperatori apertè ſignificarunt, ſubſidium, quod flagitabat, hac de cauſa recuſantes, weil ſolche geſuchte defenſif hülffen nicht vor eintzele/ oder ſonderbahre Creyſſe / ſondern für eine algemeine Reichs-verſamlung / beydes jhrer eygenſchafft / ſo wol auch dem herkommen nach / ordinariè vnd præcisè gehörten / auch viel vornehme/ſonderlich/ der Ober-Reiniſche vnd Chur-Fürſtliche Creys / ſich bisshero davon gäntzlich entzogen/vnd noch: Vngezweiffelt darum / dieweil es wider den alten brauch vnd herkommen im Reich lauffen / vnd eine newe / gegen der poſteritet vnverantwortliche einführung auff ſich tragen thäte. (c)

Eandem hanc viam exigendorum tributorum, Matthias, Fratris Succeſſor, orto jam Bohemico tumultu, iniit: Ab inferioris Saxoniæ Ordinibus poſtulans, (d) einen allgemeinen Creys-tag aus zu ſchreiben / dahin er ſeine Commiſſarien abfertigen/ gemeine noth in

(a) *Receſſus Circuli inferioris Saxoniæ de dato* Braunſchweig 2. *April. anno* 1596. (b) *d. Receſſu.* (c) *In literis ad Cæſarem de dato* Braunſchweig 7. *Martii anno* 1597. (d) *In lit. ad Ducem Brunſvv. & Capitulum Magdeb. dato* Wien 25. *Septemb. Anno* 1618.

in einem vnd andern proponiren, vnd den Creys-Ständen bedencken laſſen wolle / wie/ vnd durch was mittel / die Chriſtliche / abgekommene / vnd entblöſte veſtungen / vnd Grentz-Häuſer/ damit dieſelbigen/zu des heiligen Reichs ſicherheit / länger vnd beſtändig erhalten werden möchten/in einen beſſeren vnd ſicheren ſtand gebracht; darneben auch ihm/ als einem der fürnemſten des heiligen Reichs mitglied/ regirendem Könige vnd Chur-Fürſten zu Böhaim/wider ſeine vngehorſame vnd rebellen, mit noth-wendigem widerſtand begegnet werden möchte.

Et Ferdinandus, paullò poſt, ſimiliter ab ejuſdem Circuli Ordinibus flagitavit, (*a*) damit er deſto balder das jenige/welches jhm vnrechtmeſſiger weiſe abgenommen worden / widerum völlig recuperiren / vnd des heiligen Reiches Teutſcher Nation vormaur / in Hungarn/ bey ſo ſchwerem vnd vntrewen zuſtande/ noch länger erhalten könne/mit einer ergiebigē contribution, jhm die hülffliche hand zubieten.

Hodiernus quoque, quem Ferdinandum III. vocant, quid, non ita pridem, in Conventibus ſingulorum Circulorum proponi fecerit, ſatis notum eſt.

Hoc ergo artificio, citra univerſalem Ordinum Conventum, Imperatores tributa, & non contemnendas pecuniæ ſummas, carptim, ab hoc aut illo Circulo, pluries impetrarunt: Diſpoſitioni verò collectarum pecuniarum manifeſtiùs manus injecerunt.

Nam cum olim ærario certi Quæſtores præficerentur, poſtea illi aliquoties creari deſierunt; & pecunia in certas quaſdam Vrbes, die Lege-Städte/ congregata quidem eſt, ſed Impera- *Imperatores adminiſtratio-*

(a) *in literis ad Ordines inferioris Saxoniæ de dato* Wien *3. Novembr. Anno 1620.*

nem ærarii ſenſim ſibi arrogarunt. peratores per proprios homines illam adminiſtrarunt.

Velut, Anno 1544. decretum legitur, *(a)* daß die Ley Städte die bewilligte hülffe / des Keyſers oder Römiſchen Königs verordneten einnehmern / vnd befehls-habern / gegen gebürender quitung zuſtellen / vnd folgen laſſen ſollen. *

Licèt autem adhuc poſteà, ut Anno 1566. Quæſtores conſtituti ab Imperio reperiantur, illi tamen, cum antiquitus à toto Imperio dependerent, eique rationes redderent, ad ſolum Imperatorem reſpectum habere juſſi ſunt, ſollen die Pfenningmeiſter auff Vns (den Keyſer) beſcheiden / Vns gehorſam vnd gewertig ſeyn: vnd ſoll ihnen den Pfenningmeiſtern / ohne Vnſer bewilligung in ihren raitungen nichts paſſiret werden. *(b)*

Ex quo tempore, jus creandi Quæſtores, & liberum de collatis pecuniis diſponendi arbitrium, Imperatores ſenſim ſibi arrogaſſe videntur.

Hinc illæ Proteſtantium querelæ, quod collata, contra Turcam, pecunia Hiſpano in manus tradita ſit, daß viel Reichs-contributiones, in Anno 1605. wie ſolches durch den Reichs Pfenning-meiſter / Geißkoffler entdecket worden / in ſeinem diſcurs an den Grafen von Fürſtenberg / in das Niderland verſchickt / vnd dem Könige dargeliehen worden: So ſey auch in der Franckfurter Meſſe / dem Ambroſio Spinola durch etlicher vornehmer Kauff-leute wechſel / von des Reichs gelieferten contributionen / eine anſehnliche ſumma übermacht / vnd

(a) *Receſſus Imperii de eodem Anno* §. vnd damit nun ſolche. *in fine.* (b) *Receſſus Imperii de Anno eodem.* §. gleicher geſtalt ſollen auch.

vnd von jhm in Holland im Hag außgegeben worden. *(a)*

Ferdinandus tributa pro lubitu imperavit.

Verum iſthæc omnia, quæ hucuſque in medium adduximus, ludus & jocus merus ſunt, ſi cum ultimis Ferdinandi noſtri conatibus comparentur.

Is enim per prædatorium, & , ſine Ordinum conſenſu conſcriptum militem ſuum, ſolos Euangelicos Ordines, belli hujus curriculo, immenſa auri vi emunxit, quanta, præteritis aliquot ſeculis, etiam extrema neceſſitate ingruente, à toto Imperio exacta & contributa non eſt, die qualitet, was in etlichen Jahren / von den Ständen extorquiret / vnd erpreſſet worden / erſtrecket ſich auff viel millionen / vnd eine überaus groſſe vnglaubliche ſumma, daß das gantze Reich / in etliche hundert Jahren / auch in den euſſerſten nohtfällen / ſo viel nicht contribuiret / als nur in dieſen letzten Jahren / die Evangeliſchen vnd proteſtirenden Stände haben herſchieſſen müſſen. *(b)*

Adeo ut, in ſolo Electoratu Brandenburgenſi, quemadmodum Ratisbonæ Imperatori publicè exprobratum eſt, brevi temporis ſpatio, ad viginti milliones auri à Subditis extorta ſint. *(c)*

In unica quoque ulteriori Pomeraniâ, ſumptus hi ad decem milliones excreviſſe, dicuntur. *(d)* V Civi-

(a) *ut refertur in Diſcurſu Pontificii, ut videtur, Autoris, cujus titulus,* vertrewliche *communicatione* allerley gefährlichen anſchläge im Reich / ſo wohl wider die Keyſerl. Mayt. als auch andere gehorſame Stände des Reichs. (b) *Ordin Euangel. in lit. ad Cæſarem de dato* Leipzig 18. *Martii Anno* 1631. (c) *Elector. reſolutio ad Cæſaris propoſit. in Conventu Ratisb. Anno* 1630 *de dato* 16. *Iul.* (d) *Trienn. Pomeraniæ afflictiones inter Docum. n.* 10.

Civitates imperiales quomodò importunis & immodicis, imò immenſis poſtulatis inauditum in modum, gravati ac exhauſti ſint, manifeſtum eſt, ex querulis earundem, ad Electorem Saxoniæ, literis: (*a*) Ad quem, velut ſacram aliquam anchoram, illæ, in his tribulationibus, nequicquam confugerunt, iſt mit ſolchen hohen poſtulatis, newerlicher unnd im H. Reich Teutſcher Nation, ohn herkommener weiſe/ præceptivè alſo in ſie geſetzt/ daß dergleichen in den höheſten / eylfertigſten Reichs expeditionen, vnd Türckenzügen / ja auch durch gantze Reichs concluſa, gegen keinen der mächtigſten Chur-vnd Fürſten des Reichs/ vnd vmb ſo viel deſto weniger/ bey einer einigen Stadt des Reichs beſchehen.

Contra Leges Imperii.

Has verò exactiones Legibus, Iuribus, & Libertati Imperii ac Ordinum directò contrariari in propatulo eſt, dann aus den Reichs conſtitutionen vnd fundamental Geſetzen offenbar/was vor ein modus im Reich/ da man gleich mit aus-wertigen Potentaten Krieg zu führen/ genötigt würde/ herbracht vnd vorgeſchrieben: im gleichen männiglich wiſſende/ daß/ da der getrewen Chur-Fürſten / vnd Stände des Reichs/ mitleidende hülffe / auch in den Chriſtlichen/gerechtigſten kriegen/wider den erbfeind/ den Türcken/ nötig geweſen/ wie ſolche geſucht vnd erhandelt werden müſſen/ vnd wäre gewißlich niemahls erhöret / würde auch in hiſtorien nicht zu leſen ſeyn/ daß ſolche præcepts weiſe / wie itzo / gleich als ob man darzu verbunden/ vnd die Lande eygen wären/ gefordert/ vnd erzwungen würden / ſondern es weiſeten die Reichs-conſtitutiones, vnd acta, auch fundamental geſetze viel ein anders. (*b*)

Ita

(a) *de dato* 2. *Maji Anno* 1622. (b) *Propoſitio Legatorum Electorum Saxoniæ ad Cæſarem facta Viennæ* 13. *Maji Anno* 1630.

Ita autem cum Ordinibus actum, quaſi illi, pro Imperatoris lubitu, aſſiduis contribu-tionibus onerari poſſent, iſt alſo procediret / als wann der Chur-Fürſten / und Stände / Land und Leute preis gegeben / und ſteter contribution unterwürffig ſeyn müſten: (a) Imo, quaſi, non liberi Ordines, ſed proprii homines, & glebæ adſcripti eſſent, es hat faſt wollen dahin kommen / als ob Fürſten und Stände des Reichs nicht beſſer geachtet würden / als der geringſte Unterthan. (b)

Cum tamen ab iis non, niſi per ordinaria, in RecesſibusImperii præſcripta, media, pecuniam, commeatum, & ſimilia, ad bellum neceſſaria, poſtulare, nec ditiones eorum militaribus ſtationibus onerare liceat, die hoch- und endlich beteuerte Königliche Capitulation auch die kundbare Reichs-conſtitutiones (nach welcher form der Keyſer / das Regiment führen zu laſſen / zugeſagt / und bewilliget) geben gar nicht zu / von den Chur-Fürſten / und Ständen des Reichs / Geld / proviant, und munition zum Krieg zufordern / oder dero Lande mit einquartierung zu beſchweren. (c)

Et hæc Ferdinandi inſolentia in tantum excrevit, ut Pontificii etiam Electores illi connivere amplius non potuerunt, ſed de eâ junctim omnes, in Conventu Ratisbonenſi, Anno 1630. graviter conqueſti ſint, (d) daß man die Patente / ohne antritt-lauff-oder lieferſgeld ausgeben / und an deſſen ſtat die

V 2 Obri-

(a) *d. Propoſitio.* (b) *Litera ejuſdem Electoris ad Comitem Colaldo de dato* Augustusburg *Anno* 1628. *apud Lundorp. tomo* 1. *act. publ. l.* 8. *tract.* 56 *p.*1406. (c) *Litera ejuſdem Electoris de dato* Zabeln 24. *Aug. an.* 1630. (d) *In duplicâ ſuâ Ratisbonæ sedẽ An. de dato* 29. *Iulii.*

Obriſten mit den ſammel-vnd muſter-plätzen/ in das heilige Reich / auff gewiſſe Lande/ vnd daß ſie darinnen/ was ſie deswegen ausgelegt/ von den Vnterthanen ſelbſt / wider erheben vnd ausbringen ſolten/ſimpliciter angewiſen/ Welches auch zumahl nicht durch die / im Reich herkommende / wege geführet / ſondern von den Ständen meiſtentheils / fort / durch ſchlechte commiſſion , pro imperio geſchehen: Sey auch ſolches geld/ theils auf den köſtlichen ſtand der Generalen vnd Officirer/ theils aber zu ſchenckung / aſſignation en / vnd in privat vortheil verwendet/ ja groſſe ſummen von viel tonnen Goldes / in fremde Lande verſchaffet/ gantz ohne / daß darüber einige rechnung geleiſtet.

Idque etiam Pactu Pragenſibus factum.

Vltimo tandem , in Pactis Pragenſibus, priores Ordinum contributiones non ſublatæ, ſed edicto publico ſtabilitæ , & (ſi Diis placet) ex ſtipendiis extra ordinem , factæ ſunt ordinariæ. (a) Nam Ferdinandus, cum Saxone ſuo , privata autoritate , ingens tributum , von hundert vnd zwantzig monat / nach dem einfachen Römerzug/ Ordinibus omnibus impoſuit. (b)

Licet vero verbis valdè familiaribus utantur, ac, ut Plautus loquitur, precario, leniter, dictis bonis, quaſi petant, man verſehe ſich/ es werde kein Chur-Fürſt / oder Stand des Reichs / noch auch die freye Reichs-Ritterſchaften/ oder An See-ſtädte bedencken haben/ ſtracks / mit vnd neben ihrer acceptation des Frieden-ſchluſſes / hundert vnd zwantzig monat/ nach dem einfachen Römerzug/ zubewilligen / vnd in ſechs gleichen zielen zuerlegen: At-

(a) *Juſtus Aſterius in deplorat. Pacis Pragenſis, in proœm.* (b) Pragiſcher Friedenſchlus §. vnd weil ohnmüglich.

Attamen, cum abſque hujus contributionis onere, Paci ſeſe accommodare, & ſecuritatem nanciſci nullatenus poſſint, rogare iſtud, reverà, imperare, eſt; nec cenſendi ſunt Ordines id voluntariè facere, ad quod compelluntur.

Paria enim (ut à Legiſtis hoc mutuari liceat) ſunt, facere aliquod coactè, vel metu coactionis. (*a*) Et is, qui ſcit, ſe poſſe compelli, dicitur coactus facere, licèt dicat, quod ſpontè faciat, (*b*) aut animo læto, ac jucundo videatur facere: Cum multi fingant ridere, qui timent. (*c*)

Quia itaque Ordines, ſi Pacis capaces eſſe velint, placita Imperatori & Saxoni tributa, neceſſariò exſolvere tenentur, quibuſcunque tandem verbis id poſtulent hi, perinde nobis eſt: Et veritas, ac res ipſa cordi curæve potius ſunt, quam inania hujuſmodi verborum ludibria.

Quinimo haud ingratum Imperatori forſan fuerit, ſi Ordines contributionem hanc detrectaverint, & poſtulatis ſuis deferre noluerint; ut reſciſſis etiam Pragenſibus, qualibus qualibus, Pactis, illegem poteſtatem in eos exercere poſſit: Nam, ex veteri dicto, quod Imperiales Civitates, Saxoniæ Electori, inter alia, in memoriam revocarunt, (*d*) armatæ preces denegari ſibi petita gaudent, ut, in ultionem, duplum (vel totum) capiant.

(a) *lib. 7. §. 1. Quod falſo tutore aut. Decius conſil. 690. n. 8. 9. 10. Et Grammat. conſil. 31. n.* 43. (b) *Decius d. Conſil. n.* 10. (c) *Hyppol. de Marſil. in practicâ crimin. §. expedita num.* 20. (d) *in literis de dato 2. Maji Anno* 1622.

SECTIO. VIII.

AD Magiſtratus, quorum creatio juribus Majeſtatis annumeratur, ſuprà retulimus, & adhuc merito referimus, Senatores, ſeu Ordines Imperii, qui locum & ſuffragium in Senatu Imperii, ſeu Comitiis habent.

In quo puncto, Imperatores quoque poteſtatis ſuæ ſepta validè extenderunt.

Imperatores quoſdam è Senatu Imperii exturbarunt.

Nam, primùm quoſdam è Senatu exturbarunt: Nempè, eccleſiaſticos Principes, proteſtantium religioni deditos. Cui acriter quidem ſeſe oppoſuerunt Euangelici Ordines; ſed irrito conatu: Quia Pontificii, favore ſuæ religionis, per colluſionem, Cæſari ſeu conniverunt, ſeu ſuffragati ſunt.

Nuperus tandem Ferdinandus, in conjuratione, cum Saxoniæ Electore Pragæ inita, (a) huic rei pleniſſimam adhibuit medelam, apertiſque verbis controverſiam decidit, daß die ſeſſiones und vota, bey den Reichs und Deputation, auch Cammer-gerichtlicher viſitation und reviſion tägen/ deren ſich ſonſt die Augſpurgiſchen Confeſſions verwandte Stände / wegen der / in ihrer inhabung begriffenen/ oder/kraft dieſes Frieden-ſchluſſes/ wieder dahin gelangenden immediat ſtiffe / hätten gebrauchen wollen die vierzig Jahr über beyſeits geſtellet / und dieſelbe Conventus, und verrichtungen/ nichts deſtoweniger/ von der Keyſerl. Mayt. und andern darzu gehörigen Reichs Ständen/ reſpectivè, außgeſchrieben/ fortgeſtellet/ und verrichtet werden ſollen.

Econverſo, Imperatores alios quoque in Senatum Imperii receperunt, qualis, in Principum Claſſe, Arnsbergius eſt, Gefürſteter Graf zu Arnberg: Qui cum, Anno 1582. ut Legatus Domus Burgundicæ, Comitiis adeſſet,

(a) §. anlangend die *ſeſſiones*.

eſſet. ſequentibus Comitiis, proprio nomine, Principum claſſi & Ordini inſertus, legitur.

Idem de Duce Tranſylvaniæ, & Weivvoda Walachiæ ac Moldaviæ, quod, nempe, ab Auſtriacis, non modo Principes Imperii facti, ſed & votum ac ſeſſionem in Comitiis conſecuti fuerint, teſtatur Goldaſtus. *(a)*

In Comitum quoque, & Baronum ſerie, non paucos forſan, hujus farinæ, reperias: Inter quos, ſine dubio, Fuggeri ſunt: Familia è Gegginga pago, ſemimilliario ab Vrbe Auguſta diſtante, à Iohanne, qui, anno 1370. Civis Auguſtæ factus, exercere textoriam artem cœpit, orta: *(b)* Mox vero illuſtris, & magnifica, ingentium opum Domina; in tantum evecta, ut tandem, in ſignibus in Auſtriacam Domum meritis, Comitum titulum, & in Comitiis locum, noviter ab iiſdem Auſtriacis promeruerit. Noviter, inquam: Eorum enim nomen, in Receſſibus Imperii, Anno 1582. primitus apparet.

Quod ad Prælatos attinet, Petrus Denaiſius, Aſſeſſor Cameræ Imperialis haud poſtremæ notæ, intra quadraginta annorum ſpatium, circiter ſedecim, in illorum numerum de novo receptos, ſatis probatæ fidei teſtis nobis eſt. *(c)*

Ad idem Regale, ſeu Jus Majeſtatis ſpectat conſtitutio generalis Ducis exercitus, des Oberſten Feld-Haubtmans / & diſtributio eorum miniſteriorum, quæ ad bellicam adminiſtrationem pertinent; Quam ipſam

(a) In deſcriptione Ordinum Imperii ante tomum 1. Conſtit. Imper. (b) *Martinus Cruſius parte 3. annal.* Suevic. *lib. 5. cap. 5.* (c) *in conſilio* auff den *Religion-* Frieden/ *in ſpecie*, die Cloſter vnd anders betreffend.

Imperatores jus conſtituendi generalem Exercitus Ducem ſibi vindicarunt.

quoque toti Imperio, de jure antiquo, competiiſſe, probavimus.

Et quanquam Carolus V. initio ſui regiminis, Ordinum jura, in hoc paſſu, jam tum invaſiſſe, ac labefactaſſe videatur: Cum enim Ordines auxilia illi decreviſſent, Receſſui ſimul inſertum eſt, ut illa Cæſari, & quos Cæſar ad id ordinaſſet, parerent, dem Volck ſollen Teutſche Haubtleute/vnd Kriegs-Rähte zugeordnet werden / die fürter auff Vns (den Keyſer) vnd Vnſere Haubtleute/ ſo auch Teutſche/vnd Wir/ zu ſolchem vnſern vornehmen verordnen werden/ auffſehen/vnd gewertig ſeyn ſollen. (a) Poſterioribus tamen temporibus, jus Ordinum, quibuſdam præjudiciis adhuc ſtabilitum eſt.

Et adhuc, Anno 1595. acriter, hac de re, Ordines inter ſe diſceptârunt. Saxo enim Elector, Domus Auſtriaca, Bavarus, ac Pontificii communiter, pro Cæſare, more ſolito ſteterunt, das directorium müſte man Keyſerlicher Mayt. nicht nehmen / ſondern es ſolten die Creys deroſelben zehen Rähte zuordnen: Proteſtantes vero contra ſenſerunt, daß über daß Teutſche Volck ein ſonderbarer general Obriſter conſtituiret werden ſolte. (b)

Et inprimis Ferdinandus.

Ferdinandus vero noſter, ut in aliis omnibus, ita etiam in hoc paſſu, fidei, à ſe datæ, fines, uno impetu perupit, ac primum, pro lubitu ſuo, generalem Exercituum Ducem in Imperio, Wallenſteinium, ſopitiis jam ferè publicis turbis, & diſcrimine omni ſubmoto creavit, hat / nach dem kein Feind faſt mehr vorhanden geweſen/aller-erſt einen Feld-Haubt-

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1521 § demſelben Volck. (b) *ut teſtatur* Albrecht Watenitz *in literis ad Principem Pomeraniæ, de dato* Regenſpurg 3. *Ian. Anno* 1598.

Haubtman/ ohne vorwiſſen vnd einwilligung der Stände/oder aufs wenigſte der Chur-Für-ſten/ ins Reich verordnet. (*a*)

Deinde nuper, per proditoriam iſtam Pacem Pragenſem, palàm, & ſine ulla diſſimulatione, hoc jus ſibi iterum aſſeruit, univerſaleque Exercituum Imperium filio ſuo contulit: Qui tamen, ne initio res invidioſa nimis appareret, in quartam curarum partem Electorem Saxonem aſſumpſit. (*b*)

CAPUT VIII.

De mediis & artificiis, per qua Imperatores Iura Majeſtatis ſenſim ad ſe traxerunt.

SECTIO I.

Imperatores poteſtatem, per occultas artes, ad ſe traxerunt.

QUid autem pluribus in hiſce commorari opus eſt? Ex dictis ſatis liquido apparet, quàm hodiè parum abſit, quin Auſtriaca Domus omnem Imperii Majeſtatem, omniaque Majeſtatis Jura, ſocordia noſtrorum Principum & Ordinum, ad ſe traxerit.

Nec id tamen directò, & violento modo, ſeu uno impetu accidit; quod abſque inſigni Imperii commotione ac convulſione, forſanque propriâ Domus Auſtriacæ ruina, fieri non potuiſſet: Sed lentè, paulatim, tractu temporis, & per cuniculos, ſeu obliquas quaſdam artes; ita ut à ſecuris, & vino, Veneri, venationique deditis Proceribus noſtris, iſthæc mutatio animadverti haud facilè potuerit. Quibus acceſſerunt blanda, ac

(a) *Electorum duplica Ratub. de dato* 29. *Iul. Anno* 1610. (b) Pragiſcher Frieden-ſchluſs. §. zu deſſen allen Neben-*reces* wegen der *conjunction* zwiſchen Keyſer vñ Chur-fürſten.

byſſina ſæpè honoris verba, quibus eoſdem Proceres ad inertiam per ſe proclives, Auſtriaci Cæſares in ſoporem collocârunt.

Et hic inprimis notare, operæ precium eſt, quaſdam artes, quibus illi poteſtatem ſuam paulatim auctum, Ordinum vero autoritatem diminutum iverunt.

1. Mutando precarium in debitum.

Quædam enim, ad Majeſtatem totius Imperii pertinentia, ab Ordinibus, perſuaſis, & conſentientibus; ſemel, iterumque, velut precario impetrârunt, quæ poſteà, ſuo quaſi jure, uſurpârunt.

Cujus rei exemplum habemus in conſtitutione Ducis bellici, quam, ex libera ſua voluntate, Imperatoris arbitrio, aliquoties, Ordines Imperii permiſerunt: *(a)* Sed hinc Ferdinandus noſter poſtmodum, poteſtatem illam, quaſi jus Imperatori debitum, impudenter ſibi aſſerendi, occaſionem arripuit.

Et quia Cæſar ipſe, ejuſque liberi hoc officium, ab Ordinibus impetraſſe, leguntur: *(b)* Ferdinandus, quaſi jure ſuo uſus, filium ſuum, Ordinibus nullatenùs conſultis, generalem Exercituum Ducem, per totam Germaniam declaravit.

Adeo vel leviculis ejuſmodi conceſſionibus,

(a) *Receſſus Imperii de anno* 1541. § vnd dieweil vns. *Receſſ. Imperii de Anno* 1542. §. als nun aber. *Receſſ. Imper. de anno* 1566. § nach dem ferner. *Receſſ. Imper. de anno* 1591. §. in gleicher geſtalt auch. *Receſſ. Imper. de anno* 1594. §. vnd wiewohl wir gern. *Receſſ. Imper. de anno* 1598. § vnd demnach vns. *&* §. ſo haben ſie jedoch. *Receſſus Imperii de anno* 1603. §. vnd dem nach vns. *Receſſus Imperii de anno* 1613. §. vnd demnach vns. (b) *Receſſus Imperii de Anno* 1557. §. alsdann ferner eines.

bus, cohærent aliquando maxima rerum pondera: Facileque à gratuito pervenitur ad debitum, à precario ad neceſſarium. *Quod facile fit, & ſæpe fieri aſſolet.*

Et hoc quidem medio tributa quoque, à gratuiti legibus in neceſſitatem, perſæpè degenerarunt: Quæque initio Principibus dono data, ut honeſtius beatiuſque familiam tuerentur, neceſſaria, temporum decurſu, evaſerunt.

Ita aurum coronarium veteres Romani moderatè, nec, niſi parta de hoſtibus victoria, gratificandi animo accipiebant: Poſteri, tametſi oblationes appellarent, quaſi ordinarium tributum exigerunt. (a)

Ita id, quod Hiſpani ſervitium appellant, olim ipſorummet Populorum voluntate, ut Regum ſuorum, inopiam ſublevarent, cœptum, in debitum ſubſidium poſteà eſt redactum. (b)

Similia dona, antiquitùs Regi Francorum ſponte oblata, hodiè, quaſi tributa neceſſaria extorquentur. (c)

Prudenter itaque Polonici Epiſcopi egerunt, quando, cum ſuſcepturus bellum contra Lithuanos Ludovicus, ſubſidia ad tam pium bellum contra Barbaros peteret, nihil à ſe impetrari, paſſi ſunt. Verebantur enim, nè munifica ac voluntaria ipſorum contributio in morem, & mox inde in legem abiret. (d)

Auſtriaci quoque ſubſidia, in bellum Hungaricum & exſtructionem fortalitiorum, finiumque cuſtodiam, merè gratuita, ſed ſemel, iterumque præſtita, poſteà, tanquam rem debitam, in omnibus Comitiis flagitare non deſtiterunt.

 Et

(a) *Bodin. lib. ult. de Republ. cap. 2.* (b) *Guicciard. lib. 16. hiſt.* (c) *Bodin. de loco.* (d) *Staniſlaus Sarnicius lib. 7. annal. Polon.*

Auſtriacis quoque in privatis ditionibus uſitatum eſt.

Et ut, etiam in privatis eorum ditionibus, hoc artificio uti, haud inſolens iis eſſe videatur, notare lubet, Civium Viennenſium hac de re querelas, (a) wir haben/ inquiunt, leider mit ſchaden erfahren / daß alles das jenige / was von unſern Vorfahren/oder Uns/ auch in der höchſten noht und mangel / aus pur lauterer gutthätigkeit / dem Lands-Fürſten und Vaterlande zu gutem/ erzeigt worden/hernach in conſequentiam habe wollen gezogen / und ein recht daraus gemacht werden/ &c.

Sectio II.

II. Ratihabitionem Ordinum, poſt negotium demum conſummatum, impetrando.

II. Ubi, in Imperii, & Ordinum præjudicium, quid moliti ſunt Imperatores, illis inconſultis, & non requiſitis, quicquid in animo habebant, ſtatim, ſine mora, exſecutioni dederunt; poſtmodùm vero, re perfecta, ratihabitionem demum Ordinum impetrare laborarunt: Rati, id quod res eſt, citius ſe, re jam ad exitum perducta, quam, re adhuc integra, conſenſum eorum impetraturos.

Difficiliùs enim eſt, actum conſummatum reſcindere, quam nondum cœptum impedire: Multaque negotium contrahendum impediunt, quæ contractum non dirimunt, (b) Vt, econtrà, melius eſt, intacta jura ſervari, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere: (c) Et melius, in tempore occurrere, quam poſt exitum vindicare. (d)

Ita

(a) *in ſupplicatione ad Leopoldum Archi-Ducem apud Lundorp. tomo* 1. *act. publ. lib.* 4. *cap.* 27. *pag.* 462. (b) *c. quemadmodum de jurejurand.* (c) *l. ult. in quibus cauſ. in integr. reſtit. neceſſ. non eſt.* (d) *lib.* 1. *C. quando lic. unic. ſine Iud. ſe vind.*

Ita Ferdinandus noſter, cum, inconſulto Principum, & inprimis Electorum Senatu, Fridericum Palatinum proſcripſiſſet, Bavarumque de hoc Electoratu inveſtiviſſet, Electorum tandem, Saxonis ac Brandenburgici, ratihabitionem, ſeu conſenſum, ex poſtfacto, intercedente Moguntino, & aliis, emendicavit, certaque ſub conditione impetravit.

Ita idem Pacta ſua Pragenſia, per ratihabitionem Ordinum legitimare, iiſque vim Conſtitutionis publicæ, hoc medio attribuere voluit. wann der Friedenſchluß/von den andern/ Geiſtlichen/ und Weltlichen/ Chur-Fürſten/ und Ständen/ oder doch dem mehrentheil beliebet/ und bekräfftiget/ ſoll er um des boni publici willen/ als eine gemeine Reichs-bewilligung/ gelten. (a)

Licet autem ejuſmodi ratihabitio, ſecundum juris privati regulas, retrotrahatur, & mandato æquiparetur: (b) In publicis tamen negotiis, quæ magis ardua ſunt, & ſecundum juris privati brocardica amuſſitari veniunt, per requiſitionem & conſenſum, re demùm perfectâ accedentem, ſummæ rerum, & Reipubl. ſecuritati, non ſatis videtur conſuli. *Ratihabitio in jure publico mandato non æquivalet.*

Nam, ut taceamus, quod antè monuimus, conſenſum ejuſmodi, non ſimpliciter liberum, ſed ad negotium, jam conſummatum, magna ex parte, eſſe adſtrictum; cum, ad vitanda magna incommoda, quæ multa intercedunt, negotium, jam ad exitum perductum, quam rariſſimè reſcindatur, aut retractetur: Inſuper illi, qui potentiam aliquam in Republica affectant, ratihabitionis, quam initio adhibere conſuêrunt, tandem conſultò obliviſci, eamque, velut minimè neceſſariam, negligere ſo-

(a) Pragiſcher Friedenſchluß. §. und wenn nun dieſer. (b) *Per vulgata.*

ſolent; & tractu temporis, accedente actuum frequentiâ, jus aliquod, ſeu titulum juris, in Reipubl. præjudicium, ſibi fingunt, ac formant.

Ejus rei exemplum.

Quod ipſum ut alio exemplo illuſtremus, Imperatores antiquos, jus ſuum, quod in creatione Romanorum Pontificum olim, ſine controverſiâ habuerunt, non aliâ de causâ dubium reddidiſſe, & mox totaliter amiſiſſe, dicere auſumus, quàm, quod patientiâ ſua, Populo, Cleroque Romano, vel ſemel tantum, licentiæ feneſtram aperuerunt, ac requiſitioni, ex poſt facto ſecutæ, acquieſcentes, electum Romæ, ſine autoritate ſua, Pontificem, ex intervallo confirmarunt.

Nam, Anno 817. mortuo Stephano, Paſchalis electus eſt: Qui, quod, nulla Imperatoris autoritate, Pontifex creatus eſſet, ſtatim Legatos ad Ludovvicum miſit, ut ejus rei culpam in Clerum, & Populum rejicerent, & quod ab his coactus eſſet, Pontificatum ſuſcipere. Accepta hac ſatisfactione, Ludovvicus ratam electionem iſtam habuit; diſſenſum tamen ſuum teſtatus, reſpondit Populo & Clero: Majorum inſtituta & pacta ſervanda eſſe: caverent, ne deinceps Majeſtatem læderent. (*a*)

Videbatur ſibi pulchrè hoc modo proſpexiſſe Ludovvicus: Sed fructus ejus rei haud multo poſt ſeſe exſeruit. Ex eo enim Populus & Clerus Romanus, poteſtatem eligendi Pontificis, excluſo Imperatore, denuo ſibi arrogarunt: Et pluſculum, quam initio auſi, Imperatoris autoritatem, non de eſſentia eſſe electionis, ſed confirmationem iſtam, dicis tantum cauſa adhiberi, ſique Populus ac Clerus quem elege-

(a) *Naucleras volum.* 3. *chronog. gener.* 28. *Hieronymus Mutius libro* 10. *German. Chron.*

elegerit,ad ejus confirmationem Imperatorem præciſè obligari, contra Imperii jura, induxerunt

Nam Adrianus II. iterum, non habita Imperatoris ratione, Pontifex creatus eſt; Quam ob rem Legati Imperatoris indignati ſunt, quod nuſquam, ut par erat, intereſſe potuiſſent. Quibus hac ratione ſatisfactum eſt, quod dicerent; Multitudinis voluntatem in tanto tumultu, moderari non potuiſſe; Eos tamen rectè facturos, ſi Virum optimum, à Clero & Populo electum, Pontificem ſalutarent, ut Naucleri verba ſunt, *(a)* Vel, ut Sigonius autor eſt. *(b)* Id factum, non regiæ autoritatis contemptu, ſed ne exſpectatio regiorum in legendo Pontifice Legatorum, novum jus,velut probato exemplo, Regi impoſterum compararet.

Hinc tandem factum eſt, quod autoritas Imperatoris planè in contemptum, & confirmatio iſta, tanquam ſupervacua, minimèque neceſſaria, in deſuetudinem venerit. Donec Adrianus III. ad Senatum, Populumque Romanum retulit: Ne in creando Pontifice Imperatoris autoritas exſpectaretur; atque libera eſſent, & Cleri, & Populi ſuffragia, ſecundum Nauclerum. *(c)* Sive, ut Sigonius ſcribit, *(d)* ut Pontifex deſignatus conſecrari, ſine præſentia Regis, aut Legatorum ejus poſſet.

Ita Imperatores iſto jure ſuo, hac quidem vice, planiſſimè exciderunt.

Quod ſi prædictus Ludovvicus, requiſitione,ex poſtfacto ſecutâ, non contentus, Populi Clerique Romani temeritatem & præſum-

(a) *d. volum. 3. gener.* 19. (b) *lib. 5. de Regno Italia.* (c) *d. volum. 3. gener.* 30. (d) *lib. 6. de Regno Italia.*

ſumptionem in primis incunabulis ſuffocaſſet, ac iſta, quæ, præterito Imperatore, nec debito modo, facta erat, reſciſſa, aliam, legitimo modo, ſuâque autoritate interpoſita, celebrari juſſiſſet Pontificis electionem, Clero, Populove Romano, aut ſimilia, aut majora audendi, non fuiſſet patefactus aditus; Imperatoribuſque ipſum ſecutis, jus ſuum ſibi ſartum tectumque conſervatum foret.

Principiis hujuſmodi obſtandum.

Ex quo diſcant, non Germani modò noſtri, ſed omnes, quorum in quaque Republ. intereſt, quod nunquam, ubi cœpit, deſinat improbitas: Eſt enim, quod Pythagoras dicebat, infinita; Ideoque in nulla ejus parte connivendū: Quia gliſcit ſemper, & neglecta ſerpit. *(a)*

Quapropter inſignis quidam Gallicus Scriptor, *(b)* cum crocodilo exigua ejuſmodi initia comparat; qui ex ovo, anſerini ovi magnitudine, prognatus, in ſeptendecim, vel octodecim cubitorum magnitudinem excreſcit, imo, ex multorum opinione, eo uſque, dum vivit, creſcere non deſinit.

Naſcenti itaque malo occurrant, ſiqui occurrere velint, & rerum novandarum materiam in prima herba ſuccidant; rerumque novatores validè, in ipſo principio, non verbis tantum, ſed re ipſa, ac factis retundant, inque ordinem redigant.

Alioqui, ſi vel tranſverſum digitum illis ſemel conceſſerint, palmæ latitudinem iſti ſibi ſument, & mox gradatim plus, pluſque, imò totum tandem vindicabunt: Quantoque magis adoleſcere malum ſinent, tanto majore cum incommodo medicinam adhibebunt.

Ob-

(a) Daniel Heinſius orat. 20. de civili ſapientia.

(b) Petrus Mattheus in hiſtoriâ Heinrici IV. lib. 2. narrat. 3. n 5.

Obſtemus potius principiis: ne forte ſcintilla tenuis in flammam tranſeat deſtructivam, & morbus quidam, fiſtulare incipiens, non abſciſſus perveniat in medullas. Sæpè enim vix ferus ignis exſtinguitur; & morbo Chronico ſalubris ſerò parabitur medicina; Scripſit Fridericus II. Imperator ſuprà depoſitione ſuâ, contra Papam & Cardinales. *(a)*

SECTIO III.

III. IMperatores, cum licentius, quàm par erat, in Ordinum jura graſſarentur, non ſolum proteſtationem, facto ſuo contrariam, ab Ordinibus interpoſitam, admiſerunt, ac tolerarunt, ſed & ipſimet clauſulam hanc, nihil per ea, quæ geſſerant, Ordinum juri derogatum iri, actis inſeruerunt, aut inſeri paſſi ſunt. *III. Proteſtationem facto contrariam, vel admittendo, vel addendo.*

Sic Anno 1548 in gratiam Caroli V. cujus tunc temporis, quod in armis eſſet, maxima erat autoritas, à jure Ordinum antiquo quodammodo receſſum, quæ Paurmeiſteri *(b)* hac de re verba ſunt, & ab Ordinibus admiſſum eſt, ut Carolus ſolus, ſub prætextu maturandæ juſtitiæ, Aſſeſſores Cameræ conſtituere poſſet. Subnectitur tamen magnifica in ſpeciem proteſtatio, *(c)* daß dieſe heimſtellung jhnen / Chur-Fürſten / Fürſten / vnd gemeinen Ständen / auch jhren nachkommen vnd Erben an jhrem herkommen / Freyheiten / vnd Gerechtigkeiten kein nachtheil / verhinderung / oder abbruch gebehren ſolle.

Licet

(a) *Apud Goldaſt. tomo 3. conſtit. imper. p. 372.*
(b) *Lib. 2. de juriſd. cap. 5. n. 20. edit. priori.*
(c) *Receſſus Imperii de Anno 1548.* §. doch meynen vnd wollen.

Licèt autem Caroli hoc factum, & adjuncta proteſtatio, eâ ratione excuſari poſſint, quod omne, quicquid factum eſt, Ordinibus conſultis, eorumque conſenſu prævio, factum eſſe dicatur: Quo caſu (ſi nempè, re adhuc integrâ, quis conſultus, de jure ſuo ſpontè ſemel aliquantulum concedat) proteſtationes aliquid operari videntur; ut, nempè, aliâ vice, in ſimili caſu, jus ſuum ſalvum ſibi reſervaſſe, is, qui proteſtatus eſt, cenſeatur. Defuncti tamen Ferdinandi longè major adhuc fuit impudentia, qui, conſenſu Ordinum non exſpectato, ſolâ hac proteſtatione, violentas ſuas, & injuſtas actiones, inconſultis Ordinibus ſuſceptas, palliare voluit.

Ita ſpolium iſtud, quo Fridericum Palatinum, abſque Electorum conſenſu, Electoratu deturbavit, illique Bavarum ſubſtituit, Ferdinandus hic excuſare anniſus eſt, es ſey jhm niemahls in Sinn kommen / daß er hiemit dem Hochlöblichen Churfürſtlichen Collegio, oder der Keyſerlichen Capitulation, einiges præjudicium zufügen wolte: ſey auch des gnädigen vnd freundlichen erbietens / es dahin zu richten / damit der angezogenen Churfürſten præeminentz / dißfals / in einem vnd andern nichts verfänglichs entſtehe / oder angezogen werde. (*a*) Er mox iterum, (*b*) gleich wie ſeine intention, wille / vnd meynung niemahls gewe-

(a) *in replicâ, in Conventu Ratisbonenſi Anno* 1623. *de date* 6. *Februarii.* (b) *in ultimâ declaratione ad Electorum & Principum ulteriorem deliberationem in d. Conventu de date* 23. *Februarii apud Lundorp. tomo* 1. *act. Publ. libro* 6. *cap.* 157. *p.* 1081.

weſen/hiemit/weder der Churfürſtlichen præeminentz/noch ſeiner Königlichen Capitulation, der Güldnen Bullen oder andern Reichs-conſtitutionibus, im geringſten etwas zu derogiren / oder darwider zu handlen / als ſey er nicht gemeynet/ jemands hiedurch ſein recht zu benehmen/ vnd abzuſchneiden.

Qua declaratione Eccleſiaſtici Electores, juri Imperii, ac dignitati Electorali ſatisfactum rati, acquieverunt. Ita enim Moguntinus in ſuffragio ſuo (*a*) judicavit, Weil Keyſerliche Majeſtät ſich erkläret/ daß ſie nicht gemeynet geweſen / dem hochlöblichen Collegio, oder der Keyſerlichen Capitulation (in dem ſie mit den Chur-Fürſten/ berührter Achts-erklärung halber/ nicht communiciret / noch deren rahts gepflogen hätte) einiges præjudicium zu zuzihen / werde ſich dahero nicht thun laſſen / dieſelbe hierunter förters zu ſatagiren/ vnd zu behelligen.

Pariter Colonienſis quoque ſenſit, (*b*) wann gleich der modus procedendi ſo punctualiter nicht gehalten werden konnen: weiln dennoch Ihre Majeſtät ſich erbieten / daß des Chur-Fürſtlichen Collegii præeminentz conſerviret; ſo würde ſolches ſo hoch nicht zu achten ſeyn/ daß wegen des modi anitzo zu retractiren / was ſonſten in juſtitiâ wohl fundiret/ vnd den Reichs-conſtitutionen wohl gemäß iſt.

Vnde

(a) *in d. Conventu die 11. Februarii apud Lundorp. tomo 2. actor. publicor. libro 6. tract. 24. pag. 1165.* (b) *in voto ſuo. d. Conventu die 13. Februarii apud Lundorp. d. loco. pag. 1168.*

Vnde poſteà ille idem Moguntinus, quo, in corrumpendo Saxone, mediatore Ferdinandus uſus eſt, hoc eundem argumento, ad approbandam Palatini proſcriptionem, & Electoratus tranſlationem, inducere laboravit, (a) damit allen beſorgenden præjudiciis (da je hierunter einiges verſiren thäte) vorgebawet werde/ wolte er verhoffen/es ſolte Ihre Keyſerlichen Mayt. wie auch/ da nötig/ Chur-Beyern nicht zu wider ſeyn/ eine recognition von ſich zugeben/ daß dieſe vorgegangene tranſlation, andern Chur vnd Fürſtlichen Häuſern/ an jhren habenden rechten/ wie auch der diſpoſition der güldenen Bulla vnſchädlich ſeyn/ &c. ſolte; Dadurch würden eines jeglichen jura, inſonderheit auch die Chur-Fürſtliche præeminenz ſalviret.

Et Saxo tandem Bavarum, ſub hac ipſa conditione, pro Electore agnovit, wann von Jhr. Keyſerlichen Mayt. vnd Hertzog in Beyern/ ein ſchein ausgeantwortet würde/ daß/ was/ wegen des Pfaltz-Grafen Achts/ vnd translation der Chur vorgangen/ dem Churfürſtlichen Collegio, deſſen præeminenz/ vnd Hoheit/ diſpoſition der güldnen Bulla, Keyſerlichen Capitulation, vnd andern Chur- vnd Fürſtlichen Häuſern/ an jhren habenden rechten/ erlangten belehnungen/ vnd geſamter Hand vnnachtheilig/ vnhätlich/ vnd gegen dieſelbe/ zu einigem præjudiz nicht angezogen werden ſolle. (b)

Eandemque proteſtationem, ſed adhuc in ampliori formâ, conſenſui ſuo adjunxit Elector

(a) *In literis de dato 7. Octobris Anno 1623. cujus verba referuntur in Manifeſto Electoris Palatini pag 41.* (b) *In literis ad Moguntinum de dato* Dreſden *1. Martii Anno 1624.*

Elector Brandenburgicus, (a) hat ſich darbey deſſen nochmahl bedungen / daß er von dem jenigen / ſo er hiebevor bey gehaltenen Chur- vnd Fürſtlichen Convent zu Regenſpurg / vnd ſonſten / wegen geſchehener Achts-erklärung / wider den Pfaltz-Grafen / vnd darauff erfolgten translation der Chur / ſeinem gewiſſen nach / votiren / vnd anbringen / vnd oftmahls erinnern vnd bezeugen laſſen / nicht zu weichen vermöge. Wolle auch / durch dieſe erklärung am allerwenigſten / des Churfürſtlichen Collegii præeminentz / vnd der diſpoſition der güldnen Bullæ, Keyſerlichen Capitulation, vnd andern herkommen des Reichs / hiedurch etwas begeben / oder andern Chur- vnd Fürſtlichen Häuſern / an ihren habenden rechten / erlangten belehnungen / vnd geſamter Hand / einig præjuditz, oder gefährliche nachfolg / vnd conſequentz zugezogen / oder eingewilliget haben.

Ex quibus omnibus conſtat, quantam vim ac efficaciam, verbalibus ejuſmodi proteſtationibus tribuant Germaniæ noſtræ Principes.

Idem Ferdinandus Imperator, Pragenſia quoque ſua Pacta, contra Imperii Libertatem, Ordinumque jura, inter ipſum, & ſolum Saxonem inita, hoc mantello convelavit, weil auſſer eines gemeinen Reichs / oder zum wenigſten deputation-tages dergleichen / das gantze Reich betreffende hohe ſchlüſſe nicht zu machen / iſt ſich demnach verwahrt worden / vñ klärlich bedingt / daß der / dißmahl aus vnumgänglicher nohtdurft gebrauchte / modus. dem

(a) *In Reſolutione Legato Cæſareo, Carolo Hannibali à Donâ. datâ in Monte Regio 12.22. Maji Anno 1627. cujus verba referuntur in manifeſto Electoris Palatini p. 70.*

dem heiligen Römiſchen Reiche / vnd deſſen ſämt-oder ſonderlichen Glidern / ſonſten in ewigen tagen / keine præjudicirliche conſequentz / oder beſchwerlichen eingang bringen / oder von jemand / vor ein Exempel / angezogen werde ſolle / *(a)*

Sed ſi proteſtatio iſta, & huic ſimiles inſidioſam Ferdinandi, cum ſolo Saxone contractam, Pacem, aliaſque, Ordinum juribus ac privilegiis contrarias, Auſtriacorum molitiones, excuſare ſufficientes ſunt: Quis non videt, iterumque, ac quoties collibitum fuerit, jura Imperii & Ordinum eos involare, ac ſubvertere poſſe? Modo ſemper verbalem, & inanem ejuſmodi proteſtationem, jura Imperii ſalva fore, ſubnectant.

Eluſoria certè, hoc modo, Ordinum evadet autoritas: Quam, verbis quidem, & per proteſtationem, ſalvam illis relinquet; re vero ipsâ, quoties voluerit, infringet Imperator.

Proteſtationes, in jure publico, nullius momenti ſunt.

Quanquam igitur in foro, ſeu privatis litigiis, proteſtationes non parum operentur: In publicis tamen, & Rationem Status concernentibus negotiis, Legiſtarum hæ cautelæ, ſeu cavilla, nihili, & nullius momenti ſunt; præſertim, ſi, re jam conſummata, ac ad exitum perducta, ex intervallo interponantur. Et quicquid nos dicamus, aut proteſtemur, illi, qui rerum potentes ſunt, cum Coſmo, magno Hetruriæ Duce, ſufficere ſibi credent, ut poſſint facere. *(b)*

Vt autem exorbitans illud, quod ſuperius adduximus, Ferdinandi factum, in proſcribendo Palatino, & Electoratu transferendo, huc

(a) Pragiſcher Frieden-ſchlus §. *fin.* (b) *Scip. Ammir. lib.* 1. *diſſert. in Tac. diſc.* 1.

huc applicemus: Quid obſtiterit, quo minus Imperator, hodiè, vel cras, Saxonem aut Brandenburgicum, aut ipſum Bavarum, ſi Majores eum ſuos æmulari contigerit, Electoratu deturbare poſſit? Modo verbis aſſerat ac proteſtetur, ſe nihil facere, aut facturum eſſe in Imperii præjudicium.

Et, utcunque reliqui Electores contradicant, verbiſque contra proteſtentur, is, quem Imperator voluerit, excluſo altero, nihilominus, re ipsâ, erit ac manebit Elector: Quippe Bavarus eodem modo Elector factus eſt, &, non obſtante hac proteſtatione, Elector manſit.

Nec hodiè, aut Saxo, aut alius quiſpiam plus in Electoratu ſuo juris habet, quàm Palatinus præterito tempore habuit.

Tolerando itaque hujuſmodi injurias, provocabimus novas: Et Palatini proſcriptio ſeu excluſio, utut hodiè recens ſit, inveteraſcet aliquando; quodque hodiè exemplis tuemur, inter exempla erit. (*a*)

Sed hæ ſunt perverſæ Legiſtarum noſtrorum, in Aulis Principum dominantium, ſubtilitates; quibus, inter alia, Libertatem Patriæ iſti malè feriati peſſum dederunt, & Auſtriacis tantum non prodiderunt.

Similes ſtultæ iſti hyenæ, quæ, modo is venator, qui, ejus vinciendæ causâ, in cavernam introrepit, illam non adeſſe, ſubinde clamitet, ſe latere, neſcitique, ex ejus ſermone, putans, manet immota, donec ſibi crus fune vinciatur: (*b*) Nam & hi, etiamſi, re ipſa, duro ſervitutis vinculo ſe innodari, ab Imperatore, ſentiant, modo bona illis verba affatim det, ſed mera verba, facto con-

(a) *Tiberius apud Tac. lib. 11. annal.* (b) *Buſbequius epiſt. 1. Legat. Turcica.*

contraria, acquieſcunt, & rebus ſuis, communique Libertati pulchrè conſuluiſſe, videntur.

Vel ipſo Electore Saxoniæ teſte.

Certè ipſemet Elector Saxoniæ, cum aliquanto ſanioris adhuc mentis eſſet, ejuſmodi proteſtationes inutiles judicavit: Vt, cum de illâ proteſtatione, quæ ob conjunctionem Electorum, & Principum, protocollo inſerta eſt, ſcripſit, (*a*) die conjunction Chur-vnd Fürſten ſey wider ſeine erinnerung vorgangen/ dergleichen Exempel nicht vorhanden/ wann das Churfürſtliche Collegium, wie bey dieſem Convent, ergäntzt geweſen/vnd laſſe ſich nicht wol/ durch die allbereit gethane/ vnd ad protocollum genommene/ proteſtation, in deme es doch eine einführung machet/ ſalviren.

Idemque Saxo de clauſulâ iſta, qua Imperator Palatini proſcriptionem ac Electoratus tranſactionem coloraverat, daß es dem Churfürſtl. Collegio ohne præjudicat ſeyn ſoll/ judicavit (*b*) daß die proteſtationes, vnd beſchehene erklärungen geringen effects ſeyn/ wann das factum contrarium.

SECTIO IV.

IV. Neceſſitatem, vel bonum publicum prætexendo.

IV. ET ultimo tandem neceſſitas ac bonum publicum ubivis obtentui & velum illud ſunt, quo crimina ſua, in Imperium ac in Ordines commiſſa, occultare Imperatores hucuſque conſueverunt.

Cui occaſionem Ordines ipſi dederunt.

Et certè, ut ingenuè fateamur, quod res eſt, ipſimet Ordines, non ſatis cauti, aut providi, malo huic anſam dederunt.

Stante

(*a*) *In literis ad Moguntinum de dato* 23. *Febr. Anno* 1623. *apud Lundorp. tomo* 1. *act. publ. lib.*6. *c.* 161. *p.* 1085. (b) *In d. literis ad Moguntinum de dato* 23. *Febr. Anno* 1623. *apud Lundorp. d. loco.*

Stante enim adhuc in vigore ſuo Regimento (quod totum Imperium repræſentabat) cum, Anno 1524. in tranſlatione ejuſdem Norибergâ Eſlingam, exercitium ejus, ad feſtum uſque Pentecoſtes ſuſpenſum, ac Aſſeſſores eò uſque eſſent demiſſi, Ordines Imperii permiſerunt, ut, emergente interim neceſſitate, ſoli Præſidi, ſeu Imperatoris Vicario, res Imperii expedire liceret, daß wann die ſachen groß eyl erfordern würden / oder doch alſo geringſchätzig vnd nohtdürfftig ſeyn / daß ſie erforderung vnd ankunfft der Fürſten nicht erwarten möchten / ſolle vnd möge der Stat-halter alsdann für ſich ſelbſt / als ob die Regiments Perſonen gar beyeinander wären / zum geſchicklichſten vnd beſten / vermöge der Regiments-Ordnung / vnd des Abſchieds / darin handlen. (a)

Idque primo intuitu, forſan exigui momenti viſum, nec ab Ordinibus Imperii animadverſum eſt: Quinimo, è re Imperii id eſſe, potius judicârunt.

Sed non exiguum pro Imperatore præjudicium fuit, confeſſionem hanc extorſiſſe ab Ordinibus: Poſſe Imperatoris Vicarium, in caſu neceſſitatis, abſque Ordinum, ſeu eorum qui Ordines repræſentant, conſenſu, in rebus, Imperium concernentibus, diſponere ac decernere, perinde ac ſi ipſimet, more conſueto, præſentes adeſſent.

Si enim Vicario hoc permiſſum: Quanto magis ipſi Imperatori licebit? Et, ſi ſtante adhuc, ſed ſuſpenſo, ad breve tempus, Regimento (quod tamen facilè convocari potuit) hoc licitum viſum eſt: Quanto magis hodiè,

X

(a) *Receſſus Imperii de Anno* 1524. §. doch ob ſich zwiſchen.

diè,ſublato penitus Regimento, cum Ordines quàm difficillimè congregari, ac Comitia haberi queant, idem licitum habebitur.

Per quam periculoſam conſequentiam, quàm ingens, poteſtatem omnem ad ſe trahendi, Libertatemque Patriæ, ac Ordinum autoritatem invadendi, opprimendive, feneſtra, inexplebili Auſtriacorum dominandi libidini aperta ſit, nemo non videt.

Strenuè autem, præ aliis, hoc prætextu defunctus Ferdinandus uſus eſt.

Cum enim illi objiceretur, quod ſolus ad Friderici Palatini proſcriptionem proceſſiſſet, mox repoſuit, (*a*) daß zu einem Churfürſtlichen Convent, deliberation, vnd ausſchlag/ wegen aller Oerter entſtandener/oder doch beſorgter Gefahr entwedero gar nicht/oder doch beſchwerlich / oder erſt nach langer zeit / welche der proſcribirte Pfaltzgraff zu ſterckung ſeiner rebellion, zu Ihrer Keyſerlichen Maieſtät höchſter gefahr vnd nachtheil gewunnen hätte/ zugelangen geweſen/vnd es/ in hoc exorbitanti caſu, wegen anſtellung einer Perſöhnlichen Zuſammenkunft/an Ihrer Keyſerlichen Maieſtät guten willen nicht gemangelt.

Quam excuſationem Elector Colonienſis, (*b*) odio Palatini, ſeu amore potius fraterni commodi, eumque ſecuti alii Pontificii, non admiſerunt modo, ſed approbârunt, daß darüber / als in einer wichtigen Sache / mit dem Churfürſtlichen Collegio keine vorgehende communication gepflogen / da ſey gnugſam kündig / daß Ihre Maieſtät der Churfürſten Con-

(*a*) *In replicam, in Conventu Ratisbonenſi Anno* 1622. *de dato* 6. *Febr.* (*b*) *In voto ſuo d. Conventu de dato* 11. & 13. *Februarii apud Lundorp. tomo* 2. *actor. publ. lib.* 6. *tract.* 24. *p.* 1160. & 1168.

Conventum gern vorlängſt geſehen/auch darzu Zeit vnd Mahl-platz zum andern mahl beſtimmet/vnd ausgeſchrieben/derſelbe aber/aus ihres gegentheils verurſachten/vnd von denſelben angeſtellten allgemeiner empörung verhindert.

Cum Ferdinando iterum vitio verteretur, quod, Electoribus inconſultis, arma hinc inde, in Imperio, & extra Imperium, circumferret, illicò reſpondit,(*a*) Ihre Keyſerliche Majeſtät wolte nicht vnterlaſſen haben / mit den hochlöblichen Herrn Churfürſten nohtwendige communication zu pflegen/vnd ſich deroſelben hoch-vernünfftigen Rahts / in gnädigen vnd freundlichen vertrawen/jedesmahl zubedienen/ da deroſelben/ vnd des Heiligen Reichs Feinde/vnd dero widerwertige/liſtige Anſchläge/an einem/ oder andern Ort/ nicht allemahl / alſo geſchwind vnd vnverſehens herfürbrechen/vnd deren Macht vnd Stärcke/ auch durch vnterſchiedliche geheimbde / vnd öffentliche / Bündnüſſen / vnd adhærentien / faſt täglich zugenommen/daß ſie ſich/in ſolcher eyl vnd gefahr/ dero gutachtens / in tempore, nicht erholen können / zumahl Ihr Keyſerlichen Majeſtät nicht vnbekant geweſt/daß ſich die Hochlöbliche Herren Churfürſten / in derogleichen Sachen nicht pflegen abſonderlich einzulaſſen/ noch ihre meynung vnd gutachten/ ohne der andern vorwiſſen/ad partem zueröffnen/ ꝛc.

Cumque iidem Electores, Ferdinando, militarum exactionum acerbitatem exprobrarent, ſine mora regeſſit,(*b*) daß bey dieſen leidigen innerlichen Kriegen / vnd hochgefährlichen zerrüttungen / die Reichs-conſtitutiones in allem / dero behuff nach / nicht ſo genaw

(a) *In replica, in Conventu Ratisbonenſi An.* 1630. *de dato* 20. *Iulii.* (b) *dicta Replica.*

allerſeits gehalten werden können / die einige Wurtzel deſſen ſey / die vnvermeidliche nohtwendigkeit ſich den Feinden zu widerſetzen.

Hæc enim neceſſitas vera Panacea eſt a parte Imperatoris, quæ omnibus vulneribus, morbis ac incommodis remedium affert, die Kriegs-beſchwerungen ſeynd der Zeit vnd leufften / auch inevitabili neceſſitate, bey ſo eylends vorbrechenden / des Heiligen Reichs / Feinde / friedbrüchigen einfällen / da man zu ſolchen ordentlichē mitteln nicht gelangen können oder mögen, vornemlich zuzuſchreiben (a)

Nec aliunde, niſi hunc neceſſitatis der vnumgänglichen nohtdurfft / (b) colorem habet, quem Placitis ſuis Pragenſibus Ferdinandus, cum ſocio Saxone obtendat.

Sed neceſſitas hæc perpetuum, potentiæ enormioris eſt patrocinium; nec alio, quàm indigentiæ communis, titulo, populationes militares exercentur: Violentia, quicquid coëgit, defendit; &, prætextu neceſſitatis, ex illicitis & turpibus, licita facit, ac honeſta. (c)

A Mutiano, tempore belli civilis, locupletiſſimus quiſque in prædam correpti: Quæ, gravia atque intoleranda, ſed neceſſitate armorum excuſata, etiam in pace manſere. (d)

Eandem aleam Patria noſtra ſubit: Periculum enim eſt, ne gravia & intoleranda iſta onera, quibus ſub Ferdinandi tyrannide preſſa, ingemuit, neceſſitate armorum hucuſque excuſata, etiam, armis ceſſantibus, in pace maneant.

Tri-

(a) *Reſolutio Cæſaris, Legatis Electoris Saxoniæ data Viennæ Anno* 1630. 26. *Maji.* (b) Pragiſcher Friedenſchlus §. *final.* (c) *Iuſtus Aſterius in deplor. Pacis German.* (d) *Tacit. l. 2. hiſtor.*

Tributa enim, quæ ſubditis difficillimo belli tempore imperantur, confecto bello ſæpiùs continuari ſolent: Eſtque illud, inter arcana veterum Tyrannorum, nimis contritum, belli occaſiones conquirere, ut tributis ſubditos, etiam confecto bello, ſemper urgeant. *(a)*

Magna quidem neceſſitatis privilegia ſunt, utpotè, cui omnia privilegia cedunt; nec neceſſitas ullam habet legem, ſed ipſa ſibi facit legem, *(b)* Vbi tamen aliquid permittitur ob cauſam neceſſitatis, requiritur, ut diſponenti ſit, in eum modum, permiſſa poteſtas: Hoc eſt, ut ejus arbitrio jaceat, judicare, utrum talis neceſſitas incumbat, necne, quæ ab ordinariis Legibus *(c)* recedere jubeat.

Id verò in Imperatoris arbitrium conferri non debet; nec ulla ab eodem neceſſitas quantacunque ſit, obtendi poteſt, ut ſub hoc prætextu Leges Imperii, præſertim fundamentales, ſubvertere illi liberum ſit. *Imperator, neceſſitatis prætextu, Leges, præſertim fundamentales, tollere nequit.*

Vnde Elector Brandenburgicus Ratisbonæ rectè ſenſit, *(d)* in was groſſer gefahr das Heilige Reich geſtanden/vnd noch/ wäre für Augen; aber doch hätte man/vmb derſelben willen/ von dem Lege fundamentali Imperii der Capitulation nicht abweichen ſollen.

Et Saxoniæ Elector, ſub idem tempus, ad Moguntinum ſcripſit, *(e)* Es wolle ſich

(a) *Bodin. lib. ult. de Republ. c.2.* (b) *c. remiſſionem v. ſed notandum* 1. *qu.*1. (c) *Petra de poteſtate Principis c.* 42. *quæſt.*4. *n.* 30. (d) *In voto ſuo, in Conventu Ratubonenſi Anno* 1623. 11. *Febr. apud Lundorp. tomo* 2. *act. publ. l.*6. *tract.*24.*p.*163. (e) *de dato* Dresden 23. *Febr. Anno* 1623. *apud Lundorp. tomo* 1. *act. publ. lib.* 6. *c.*161. *p.* 1085.

mit der neceſſitet nicht entſchüldigen laſſen/ in deme die Capitulationes ſtricti juris, keine exceptiones admittiren; die limitationes aber/ vnd interpretationes derſelben/ bey dem ſämtlichen Churfürſtlichen Collegio beruhen.

Cumque Comes de Arnholt/contra Leges Imperii, imò contra ſpeciales Cæſaris aſſecurationes, ſub neceſſitatis obtentu, in Saxoniæ inferioris Circulo nidulari vellet, Ordines ejuſdem Circuli illi reſponderunt, (a) Sie können ſich nicht überreden laſſen / daß die vorgewandte neceſſitet, auff der benachbarten Fürſten vnd Stände Land vnd Leute/ vnd ſo weit zu extendiren / daß dieſelben darumb ſchuldig ſeyn ſolten / durch einlagerung oder verpflegung / von Haab vnd Gütern ſich vertreiben zu laſſen/Fürſten vnd Stände haben des Heiligen Reiches Landfrieden / vnd Executions-Ordnung vor ſich/ inſonderheit aber der Keyſerlichen Mayt. Keyſerliche ſtarcke ſpecial zuſage / vnd verſicherung in handen/ vnd halten dafür / es beſtehe der Keyſerliche reſpect auch in deme / daß ſolche vnverbrüchlich gelebet / vnd ſie durch keine herfürgeſuchte diſtinction, vmgeſtoſſen vnd genichtiget werde: Sonſten dürffte es endlich dahin außſchlagen/ daß vnter dergleichen fürwand/ zu erſt habenden occaſionen/ Fürſten vnd Herren ihrer Land vnd Leute entſetzt zu werden/ täglich gewarten müſten.

Idemque adhuc expreſſius, & directo in faciem ac barbam, Ferdinando ab Electoribus, præcipuè Bavaro, Anno 1630 ingeſtum eſt, es iſt zu Regenſpurg von den ſämtlichen Churfürſten anſehnlich außgeführet / vnd von

(a) *de dato* Braunſchweig 4. *Mart. Anno* 1624. *exſtat in Apologia Ducum Megapol. inter documenta n.* 90.

von Chur-Beyern/ in deſſen ſonderbarn voto geſetzt worden/ daß die Reichs-conſtitutiones, durch keine noht vnd gefahr / ſie ſey auch ſo groß als ſie immer wolle / nicht zu rück geſtellet/vnd überſchritten werden ſollen: Sie seynd planè immotæ,vnd die norm vnd richt-ſchnur/ darnach Chur-Fürſten / vnd Stände des Reichs regiret werden ſollen. (*a*)

Has enim Imperii conſtitutiones præcisè & ad unguem ſervari ratio ſuadet, ſi ipſum Imperii ſtatum, ac communem Libertatem ſartam tectam manere velimus.

Alioqui, ſub neceſsitatis prætextu (qualis ſubinde novus fingi,& obtendi poteſt)poterit ab unico Imperatore pro lubitu id expediri, quod toti Imperio expediendum incumbit: Poterit ab unico Imperatore, hoc prætextu, Reſpublica, pro lubitu adminiſtrari; Libertas, jura Imperii, ac Ordinum privilegia negligi; poteſtas omnis ad Imperatorem ſolum trahi; denique, ut ſummatim dicam, electitium Imperium in hæreditarium Regnum, ariſtocratica Reipubl. forma, in monarchicum verti dominatum.

Quomodo Auguſtus quoque eodem reſpectu, tituloque, Romæ rerum potitus, à Tacito (*b*) ſcribitur, quod, omnem poteſtatem ad unum conferri, pacis interfuerit; nec diſcordantis Patriæ aliud repertum ſit remedium, quàm ſi ab uno regeretur.

Vnde circa ejuſdem tempora Pomponius notat. (*c*) per partes, ſeu ſuccedaneas mutationes eveniſſe, *ut neceſſe eſſet, Reipublicæ per unum conſuli.*

(a) *Euangelici Ordines in literis de dato* Leipzig 18. *Martii Anno* 1631. (b) *lib.* 1. *annal.* (c) *l.* 2. §. 11. *de orig. juris.*

Sectio V.

Ex his,quæ in medium adduximus,perſpicuè ut opinamur,intelligi poteſt, quantoperè è Familiâ Auſtriaca prognati Imperatores,Ordinum autoritati, proximo elapſo ſeculo, derogaverint,ſibique ſolis pleraque omnia,quæ totius Imperii erant, variis coloribus conquiſitis arrogaverint.

In quo Ordines, maximè verò Electores, ſi Patres Patriæ,quod audiunt,agere,& communi Libertati, debito modo, patrocinari voluiſſent, ne in minimis quidem rebus Imperatori, vel latum unguem, ſub quocunque tandem prætextu,cedere,ſed jura ac privilegia ſua præcisè & præfractè tueri debuiſſent.

Mutationes Rerumpubl. à minimis initium capiunt.

Nam in publica hac Status materia, ex levibus cauſis magnarum ſæpe rerum motus oriuntur: (a) Si non corrigantur ea, quæ quidem pœnâ digna nondum ſunt, neglecta tamen & inſuper habita, multorum magnorum malorum cauſam præbent. (b) Eaque mutationis iſtius,quæ in Republ. non violento modo, ſed longo tractu, & ſenſim fit, natura eſt; ut à minimis incipiat, & tandem, ubi per ea aditum ſibi fecit, majora audeat, ac ad maxima progrediatur.

Hinc,ut in vita privata,ſic & Republica,deſidia & ſocordia quotidiana, non in ſingulis ſtatim,ut quicquam eſt neglectum,ſed in ſumma rerum demum apparet: (c) Vixque, præſertim initio,animadvertimus, mutari Rempublicam,donec,mutatam eſſe,ſeriò plerumque, ac magno noſtro cum malo deprehendamus. Et

(a) *Tacit. lib. 4. annal.* (b) *Dion. lib. 25.* (c) *Demoſth. 4. Philipp.*

Et quemadmodum hectica febris, ubi primum aliquem init, facilis eſt curatu, ſed cognitu difficilis; progreſſu vero temporis, non percepta, nec curata, facilis eſt, ut cognoſcatur, at, ut quis eam ſanet, perdifficilis: Sic in rebus Imperii, ſi in poſterum, quam longiſſimè, proſpiciantur (quod nonniſi prudenti Viro, conceditur) quæ in eo ſuboriuntur incommoda, illis expedita patebit curatio; verum ea, non deprehenſa, ſi creſcere permittantur, quo omnibus perſpecta pateant, nullus amplius eſt illis medendi locus. (*a*)

Fuerat itaque Ordinibus quam frequentiſſimè, in Comitiis, conveniendum, ac ſemper ad principia ſua redigenda Reſpublica: Actiones omnes ac ſingulæ Imperatorum ad calculum revocandæ, atque, etiam in minutiſſimis quibuſque, ad normam Legum fundamentalium Imperii, & obſervantiæ, antiquæ, amuſſitandæ.

Qui, ſi ultra limites ſibi præſcriptos, & contra Imperii jura, Ordinumque privilegia, quid molitus, aut tentâſſe, deprehenſus fuiſſet, Ordinum fuerat officium, eundem in ordinem redigere, & providere, ne quid Reſpubl. aut communis Libertas detrimenti caperet.

Ea enim eſt natura Rerumpublicarum, ut, niſi aliquando emendentur, ſenſim in pejus ruant, donec planè enerventur.

Emendandarum autem Rerumpubl. optima eſt ratio, ſi ad principia ſua revocentur: Ita nimirum, ut primi illi mores, & antiquæ Leges ac conſuetudines rurſus introducantur, atque revocentur in uſum. *Reſpubl. ſemper ad principia ſua revocanda.*

X 5 Alio-

(a) *Machiavellus cap. 3. de Principe.*

Alioqui perinde accidit, ut de corpore humano loquuntur Medici, in quo ſingulis diebus aggregatur aliquid, quod curatione indiget, & niſi tollatur, tandem morbos lethales parit. (*a*)

Eodem namque modo Reſpublicæ facilè ultrò aliquid attrahunt, ſive ex progreſſu temporis, ſive incuriâ atque negligentiâ eorum, qui Rempubl. adminiſtrant: Quod ſi ſerpat ulterius, neque abſcindatur, ſtatum Rerumpublicarum peſſumdat, & in aliam formam mutat. (*b*)

Et hoc quidem eo magis procedit, ſi mutatio illa eam inducat Reipubl. faciem, quæ olim fuit: Vnaquæque enim res facilè redit ad naturam ſuam, & ſtatum primævum, faciliſque datur ad priſtinam rei naturam regreſſus.

Imperii noſtri ſtatus mutatus ſub Auſtriacis.

Quemadmodum noſtrum etiam Imperium, quod, potentiâ Procerum, & beneficio electionis, ex Monarchia in Ariſtocratiam verſum, cujuſque ſtatus, ante Caroli V. tempora, ſine dubio talis erat, ut Imperatori vix tenuiſſima Libertatis umbra competeret; poſtquam ille adminiſtrationi admotus eſt, ſucceſſu temporis, ſub eodem, & ejus ſucceſſoribus, è Domo Auſtriaca oriundis, potentiæ ſuæ ſemper ſtudioſis, adeo degeneravit, ut hodiè Imperio, ejuſque membris vix tenuiſſima Libertatis umbra relicta ſit, & in moderno Imperio vix veſtigia aliqua illius reperire liceat Imperii.

Nam

Poſtquam unius facta eſt pro lege voluntas
Cæſaris, hoc, noſtrum hoc, occidit Imperium.

Vt

(*a*) *Machiavellus lib.* 3. *diſput. de Republ. cap.* 1.
(*b*) *Clapmar. lib.* 2. *cap.* 10.

Vt non nemo, jam Maximiliani I. tempore, non inconcinnè verſificatus eſt. (*a*)

Id vero omne, Ordinum Imperii, cum primis Electorum, qui columnæ proceres, ſacrum ædificium, circumſpectæ prudentiæ, ſolerti pietate ſuſtentantes, (*b*) audire volunt, & aliorum quoque Principum, quorum major, quam reliquorum Ordinum in Imperio autoritas eſt, fatali, aut fatuâ potiùs, & ſupinâ negligentiâ factum eſſe, meritò conquerimur; quibus ſanguinis adhuc Germani gutta, & antiquæ Libertatis, dignitatiſve quædam ſuperat memoria. *Idque Electorum & Principum negligentiâ.*

Sed quid ab iis aliud exſpectaveris? Quorum plerique Vitellio haud diſpares, ut ignava animalia, ſi cibum ſuggeras, jacent, torpentque; &, præterita, inſtantia, futura, pari oblivione dimittunt; (*c*) Qui, dediti ventri atque ſomno, indocti, incultique, vitam, ſicut peregrinantes, tranſeunt: quibus corpus voluptati, anima oneri eſt: (*d*) Qui, ut noſtri ſeculi non incelebris Autor eos inculpat, (*e*) vino, venationibus, & aliis voluptatibus obruti, & impediti, bonam mentem, in extremo conſtituti periculo, ab aliis mendicare coguntur.

Talem nobis Principem, elegantiſſimis pariter, & ſalſiſſimis verbis, deſcribit Daniel Eremita: (*f*) Nihil in illo, inquiens, quo Principem agnoſcas. Immanis bellua, voce, auribus, omni corporis geſtu deſtituta, nutu tantum, & concrepitis digitorum arti-

 culis

(a) *apud Naucler. vol. 3. chronogr. gener. 50.* (b) *Aurea Bulla tit. 3.* (c) *Tac. lib 3. hiſt.* (d) *Saluſt. in bello Catilin.* (e) *VVarem. ab Erenb. parte 1. de fœder. c. 1. n. 70.* (f) *in deſcript. itineris German, Anno 1609.*

culis loquitur. Ne inter familiares quidem, niſi obſcœna quædam, & per convitium, jactat. In vultu ejus nihil placidum: Rubor, & maculæ è vino contractæ, oris lineamenta confugerant. Vaſta corporis forma: Proceri & immenſi artus, ſed inconditi. Veſtis nullo cultu, ſed detrita, & ſordibus obſita. Atque ut in breve omnia contraham, nomine-tenùs Princeps eſt. Obriguiſſe illi membra videbantur, poſtquam aſſedit: Adeo, ut nec vox illius ulla, nec actio excepta. Nec tunc quidem, cum nos honore menſæ dignaretur, aliud, quàm ſubinde ſurgebat in pedes; eo ipſo, hauſturum vini poculum, pro ſalute Principis alicujus, ſignificans: Nec præter proximè aſſidentem, quempiam, vel tralatitiâ propinatione, dignum judicabat. Sæpè circumfuſos menſæ miniſtros extrema parte potionis adſpergebat. Ludionibus inſulſis, ſcurriſque mimariis, quos ferè epulis adhibebat, excuſsâ aliquando palma, os verberabat: Et conſumtâ frigidiſſimâ urbanitate, redibat ad pocula ſua: Ad quorum hauſtus, omnium tubarum ſiſtrorumque acuta murmura perſonabant. Ipſe ſilens, æquum dari ſibi, per interpretem poſtulabat: Nec traditas pateras ullo ſermone, aut vultus compoſito decore comitabatur. Vno verbo abſolvam; Saxo illi verè ſaxeus.

Et iterum: Noli magnitudinem ejus Ducis aliâ, quam epulandi, bibendique virtute metiri: Alibi parum erit, quod in illo mereris. In hoc ſupra omnes eſt; amphoras binas vini in diem ſiccare; velut ex lege ſolitus. Renatus mihi in illo Maximianus Imperator videbatur; quem Capitolinam amphoram ſiccâſſe, Hiſtoriæ loquuntur. Ipſe, non ſecus, ac Romanus ille Patritius, Syriæ Rector, vino ſe & epu-

lis

lis ſepelit, &, quaſi toties ſibi parentârit, in cubiculum à cœna, ad ſymphoniam, & barbaros tubarum concentus, effertur.

CAPUT IX.

De quintâ STATUS RATIONE, *quæ eſt; quod Ordinum Imperii vita, fama, ac fortuna, Imperatoris ſolius arbitrio ſubjacere non debeant.*

In Principatu Principi ſoli in ſingulos Optimates nulla debet eſſe poteſtas.

QUintò, in omni Ariſtocratia, in qua unus ſummus Princeps eſt, Ratio & incolumitas Status id maximè poſtulat, ut Optimatum, qui participes regiminis unà cum Principe ſunt, non dignitas modo, & reſpectus, ſarta tecta conſerventur, ſed vita quoque, fama, ac fortunæ, in ſalvo & plenâ ſecuritate ſint, nec ſolius Principis ſubjaceant arbitrio: Neve in ſingulos illorum liceat, quod in univerſos non licet.

Alioqui Princeps, ſi tyrannidem meditetur, nobiliora, & conatibus ſuis magis obſtantia, membra, carptim, & ſucceſſivè detruncabit: Dumque ſinguli ejus lubidini expoſiti ſunt, univerſi tandem peribunt; aut certè, potioribus ſublatis, reliqui ſubjugabuntur.

Sic etiam in Democratia, quæ monarchicè, vel ariſtocraticè adminiſtratur, maximum Status firmamentum eſt, quod Magiſtratui, injuſſu Populi, in quemvis de plebe animadvertere non licet.

Quomodo, apud Romanos, P. Valerius, Publicola ob id dictus, (*a*) Legem primus tulit,

(a) *Liv. lib. 2. hiſtor.*

tulit, ut ab Conſulibus provocatio eſſet, neve poſſent in caput Civis Romani animadvertere, injuſſu Populi: Solumque relictum eſt illis, ut coërcere poſſent, & in vincula publica duci juberent. *(a)* Quod ſummum erat ac præcipuum jus, Romanis Civibus tributum, ne à Magiſtratibus capite, aut exſilio extra provocationem, punirentur. *(b)*

Eandemque Legem, quaſi admodum ſalutarem, atque, ad Libertatem conſervandam, neceſſariam, Hieronymus Savonarola, Florentiæ, in populari Statu, regavit: *(c)* Nec immerito, hujuſmodi criminum judicia præcipuum appellantur, conſervandis Imperiis, inſtrumentum. *(d)*

In Polonia, ubi vis Regimenti totius penes Nobilitatem exſiſtit, rectè, ut ſupra monuimus, proviſum eſt, ne Regi, de Nobilium Capite, ac fama, niſi in Comitiis, cum Senatu Regni, judicare liceat.

Danorum quoque Optimates ac Patricii, ineunte Friderico Rege principatum, id quod factum Anno 1559. non priùs illum initiari, aut à Pontificibus inaugurari, permiſerunt, quàm juràſſet, ſe nullum ex Nobilitate capitis damnaturum, aut proſcripturum, ſed judicium Senatui relictum. *(e)*

Idque olim in Imperio noſtro obſervatum.

In noſtro itidem Imperio, quò eminentiorum ejus membrorum, qui ſunt Principes, autoritas illibata maneret, & illi plena gauderent ſecuritate, quàm prudentiſſimè introductum eſt, ne hi Principes, in ullo

(a) *l*, 2. §. 16. *de orig. juris*. (b) *Bodin. lib.* 1. *de Republ. c.* 6. (c) *Guicciard. lib.* 3. *hiſt.* (d) *Ab eodem lib.* 4. *hiſt.* (e) *Bodin. lib.* 1. *de Republ. cap.* 8.

nullo penè, Imperatori ſoli eſſent obnoxii; ſed ubicueque de Feudo aliquo regali, aut fama, ac vita Principis ageretur; ad Principes, unà cum Imperatore, ejus rei pertineret notio.

Maximè verò cautio fuit, ne Imperator ſolus ad proſcriptionem Principis procedere, & ita forſan, unum alterumve qui intentioni ipſius erant impedimento, pro arbitrio ſuo è medio tollere poſſet.

Nam hæc duo præcipua fuerunt ariſtocratici ſtatus ſtabilimenta, quæ Principum potentiam Imperatori formidabilem, minimèque obnoxiam reddiderunt.

Vice verſa Monarchiæ contraria planè eſt natura, quæ non tantum poteſtatem vitæ necisque, in omnes ſibi vindicat, ſed & eminentiora iſta papaverum capita, ſi quæ ſint, libenter, aut vi demetit, aut per occultos cuniculos ſubruit: Nihilque Principi, ac potiſſimum Tyranno tam metuitur, quàm familiarum illuſtrium opes ac potentiæ; quæ ipſius potentiæ maximæ obſtaculo eſt. (a) *In Monarchiâ Monarcha ſummam habet in omnes poteſtatem nec patitur potentes Cives.*

Ita Agathocles, figulo Patre natus, & per militarem diſciplinam ad eum gradum evectus, ut Syracuſarum Prætor crearetur, tyrannidem meditans, ac id, quod omnium conſenſu ipſi fuerat conceſſum, retinere, ut nemini devinctus, ſtatuens, Populum, Senatumque Syracuſanum die quadam coëgit; tanquam aliqua, quæ è Republica eſſent, deliberaturus. Deinde, ad nutum conſtitutum, juſſit à ſuis militibus omnes Senatores, omnes è Populo ditiores, ad unum interfici: Quibus trucidatis, Principatum illius Civitatis occupavit,

(a) *Bodin. libro 5. de Repabl. cap. 2.*

Moguntinus Elector, in electione Caroli V. tulit. (*a*) Animi, nempè, magnitudinem ea propter illi tribui; ſed ad Monarchiam illam ſpectare: Nobis verò Ariſtocratiam eſſe retinendam.

Horum verò inſtitutum per conniventiam, & ignaviam noſtrorum Principum, Auſtriaca Domus, examuſſim, imitari incepit; & non Principum tantum autoritatem pedibus conculcavit, ſed & vitam, famam, ac Regalia eorundem, lubidini ſuæ, liberæque diſpoſitioni ſubjecit. *Auſtriaci Imperatores Monarchiæ veſtigia ſecuti ſunt.*

Nam Jus illud Principum, das Fürſtenrecht/ tanquam figmentum aliquod, exploſerunt, & omnes Principum cauſas, etiamſi integros Ducatus concernerent, ut ſupra oſtenſum eſt, ad aulicum ſuum judicium pertraxerunt.

Banno quoque, quoties ipſis libitum, & è re ſua viſum fuit, inconſultis & Electoribus, & aliis Ordinibus in Principes uſi ſunt: Cujus exempla ſuprà adduximus, & in recenti adhuc ſunt memoriâ.

Feuda verò Regalia, & veteribus Dominis adimere, & ſuis Clientibus, creaturiſve conferre, nulla ipſis religio fuit.

Nec opus eſt, ut in præteritum ſeculum, & anterioris belli civilis architectonem, Carolum V. retroſpiciamus; cui, non abs re, à Mauritio, Saxoniæ Electore, objectum fuit, (*b*) daß er damit vmbgienge/ wie er aus Vrſachen / die er liederlich fünde/ vollends einen Fürſten nach dem andern hinzihen / vnd ſeine ſo lang gepracticirte Monarchy (die dann nichts anſehnlichs neben ſich leiden kan) einmahl zu begehrtem ende führen möchte: Ferdinan-

(*a*) *apud Sleidan. lib. 1. hiſtor.* (b) *apud Hortled. vol. 2. de bello German. lib. 5. c. 4. n. 2.*

dinandus defunctus, in Domus Palatinæ, Ducum Megapolenſium, & aliarum aliquammultarum nobiliſſimarum Familiarum ſuppreſſione, recens, ſed memorabile præbet exemplum.

Tranſlatio enim Electoratus, ac Palatinarum ditionum, quaſi in abſoluta Cæſaris poteſtate eſſet ſita, Ratisbonæ, per modum nudæ intimationis, non conſultationis, Electoribus fuit propoſita.

Quâ re, Saxo & Brandenburgicus, Electores, non parum ſe gravatos ſenſerunt, daß bey dem Convent, der Herren Chur-Fürſten raht nicht erfordert / ſondern denſelben bloß intimiret / vnd ſignificiret werden wolle / was vorgangen: welches vor dieſem nicht beſchehen. (a)

Et Salzburgenſis quoque Archiepiſcopus idem rectè animadvertit; ſed, conſueto Eccleſiaſticorum Principum modo, ad ſervitutem diſpoſitus, Cæſaris violento conatui malè ceſſit, weil die Keyſerliche Maieſtät ſolche tranſlation, nur per modum intimationis, vel ſignificationis, nicht Conſilii, eingeführet; vnd weil dabey / re conſummata, vnd zwar de plenitudine poteſtatis, gehandelt wird: alſo ſehen Ihre Hoch-fürſtliche Gnaden nicht / warum ſie ſich in ein vnnötig diſputat einzulaſſen. (b)

Alterum recentius exemplum exſtat in Ducatu Megapolenſi, quem Ferdinandus, antiquis poſſeſſoribus ereptum Duci Fridlandiæ, ejuſque hæredibus, maſculis, ac agna-

(a) *In votis ſuis, in Conventu Ratisbonenſi Anno 1623. 11. Febr. apud Lundorp. tomo 2 act. publ lib. 6. tract. 24. p. 1162. & 1164.* (b) *in voto ſuo. d. Conventu 13. Febr. apud Lundorp. d. loco p. 1174.*

agnatis, in Feudum contulit, für ſich/ ſeinen ehelichen Männlichen Leibs erben/ vnd dero Männliche Leibs erben/ als auch alle dero Vettern/ vnd Agnaten/ des gantzen Geſchlechts/deren von Wallenſtein/ nebenſt vollkommener Macht vnter erſtgeſagten ſeinen Lehenserben/ vnd Agnaten/ wie dieſelbe jhm ſuccediren ſollen/eine diſpoſition vnd ordnung auff zurichten. (a)

In quo proceſſu eo major injuſtitia elucet, quod Duces antiqui, nec citati, nec auditi ſunt; Imò, quod poſt multas ſupplicationes, & variorum Principum interceſſiones, ſalvus illis, ad comparendum & purgandum ſeſe, conductus denegatus fuit.

Id quod, ex Electoralis Collegii interceſſione, (b) inprimis notum eſt, daß die Hertzoge ſich/ ſo wol auff das herkommen im heiligen Reich/vnd die heilſamen Reichs-conſtitutiones, als auch die/ von Ihr Keyſerlichen Majeſtät jhnen ertheilte aſſecurationes beruffen/ vnd anders nicht geſucht vnd gebeten/ als daß bey Keyſerliche Majeſtät/ jhnen ein zutritt/ jhre defenſion vnd nohtdurfft einzubringen/ verſtattet/ vnd ſie angehöret/ nicht dergeſtalt mit exſecutif proceſſen/ an Land vnd Leuten übereilet/ vnd verkachtheiliget werden mögen: darumb ſie (die Chur-Fürſten) keinen vmgang nehmen können/ Ihre Keyſ. Mayt. zubitten/ mehr gedachte ſupplicirende Hertzogen/ in ſolchem ihrem anligen/ nicht allein begehrter maßen zuhören/ vnd jhre defenſion auff vnd an-

(a) *ex tenore inveſtituræ de dato* Wien 16. *Iunii Anno 1629. exſtat in apolog. Ducum Megapol. inter documenta n. 4.* (b) *de dato 13. Ian. Anno eod. exſtat in d. apolog. inter documenta n. 39.*

anzunehmen / ſondern ſich auch darauff alſo zuerklären / wie es / diß-fals / obangezogenes / Heiligen Reichs Herkommen / vnd die Reichs verfaſſungen mit ſich bringen.

Denique tranſactione Pragenſi, quanta in Procerum ordine ruptura facta ſit, ex ſpecificatione exceptorum ab amniſtiâ, in propatulo eſt.

Si verò in aliâ quapiam, hac certè in re, magna Principibus Germaniæ cautio fuiſſet adhibenda, ne ad pœnam, de Principibus, etiam apertè noxiis, pro arbitrio ſuo ſumendam Imperatoribus feneſtram aperirent, & periculoſum facerent aditum.

Nam, utut hic bonum publicum, ſeu Imperii obtendant Auſtriaci; attamen, ut Julius Cæſar prudenter, & quidem ferè in terminis infert, (a) omnia mala exempla ex bonis initiis orta ſunt: Sed, ubi Imperium ad ignavos aut minus bonos pervenit, novum illud exemplum, ab dignis ad indignos transfertur. Lacedæmonii, devictis Athenienſibus, triginta Viros impoſuêre, qui Rempublicam tractarent. Hi primum cœpere peſſimum quemque, & omnibus inviſum, indemnatum necare. Ea Populus lætari, & meritò dicere, fieri. Poſt, ubi paulatim licentia crevit, juxtà bonos & malos lubidinoſè interficere, cæteros metu terrere. Ita Civitas ſervitute oppreſſa, ſtultæ lætitiæ graves pœnas dedit. Apud Romanos, victor Sulla, cum Damaſippum, & alios hujuſmodi, qui malo Reipublicæ creverant, jugulari juſſit: quis non factum ejus laudabat? Homines ſceleſtos, & factioſos, qui ſeditionibus Rempublicam exagitaverant, meritò necatos, ajebant; Sed ea res magnæ initium cladis fuit. Nam-

(a) *apud Saluſt. in bello Catilin.*

Namque uti quiſque domum, aut villam, poſtremo, aut veſtimentum aliquod concupiverat, dabat operam, ut is in proſcriptorum numero eſſet. Ita illi, quibus Damaſippi mors lætitiæ fuerat; paulò poſt ipſi trahebantur; neque priùs finis jugulandi fuit, quàm Sulla omnes ſuos divitiis implevit.

Hæc ſuo tempore Cæſar: quæ ad noſtra tempora optimè applicari poſſunt. Poſito enim, non conceſſo, quod pœna hucuſque intra noxam ſteterit: Attamen, ſi meræ Imperatorum voluntati rem committamus, facilè à noxiis illi ad innoxios facient tranſitum.

Decem Viri Romanorum, poſituri Imperium, monebant ac orabant Patres, ut ipſis ab invidiâ caveretur; nec, ſuo ſanguine, ad ſupplicia Patrum, Plebem aſſuefacerent. *(a)*

Arcanum hoc erat Optimatum contra Plebem, cui (utut extrema illi eſſent meriti) aures præbuiſſe, ac morem geſſiſſe oportuerat.

Sed & poteſt eſſe arcanum Optimatum contra Tyrannum: Ne is, per unius alteriuſve Principis ſupplicium, aut pœnam, abſque Ordinum conſenſu inflictam, ad Principes, pro ſuo arbitratu plectendos aſſuefiat.

Si enim in uno id conceſſerimus, in pluribus idem tentabit: Ac cuivis Principum accidere poterit, quod cuiquam accidit.

Inprimis iſta injuria, Palatino facta, reliquis Proceribus paria minatur: Et excluſio primi Principum, Ordinum inferiorum ruinam ſecum trahit. Si enim victores Auſtriaci tam propudiosè caput Electorum tractare non erubeſcunt; quid de cæteris membris Imperii futurum ſperamus, quæ, nec

(a) *Liv. lib. 3. hiſt.*

nec potentia, nec dignatione, nec amicitia, Exteriorum illi ſunt conferenda? (*a*)

Proindè videant ipſi, memores rerum humanarum, ne fortè peſtilentis hujus exempli contagium, ſumpto à Palatino exordio, cæteros etiam quandoque Regni Principes inficiat: Et ita nunc infelicibus eventis Palatini moderentur, ita calicem hunc felliis & abſinthii miſceant & propinent Palatino, ut ſibi quoque paulò poſt eundem meminerint eſſe bibendum. Quæ Saxonum, cum Heinricus IV. Imperator in eorum excidium rueret, verba, (*b*) leviter inflexa, examuſſim hunc congruunt.

Et hoc quoque Electori Saxoni, ac Brandenburgico, rectè in memoriam revocavit Palatinus, (*c*) er habe zu jhnen/vnd andern Euangeliſchen Chur-Fürſten/ vnd Ständen/ das hohe vnfehlbare vertrawen/ ſie werden ſolch vnausſprechlich præjudicium, deſſen immerwehrenden nachtheil nicht mehr zu repariren, wol behertzigen/ ſich ſelbſten/ vnd jhren Nachkommen/dergleichen Joch/ vnvermerckt/ vnd vngeändert/ nicht über den hals ziehen laſſen; vielmehr ſich trew-eyferig bemühen/ damit die Reichsverfaſſung/ vnd geſchworne Capitulation, in dergleichen/ vnd andern fällen obſervirt, ernewert/ vnd vmb der künfftigen occurrentien willen/ mit mehrerm nachdruck beſtercket werden mögen. Dann ſie ja hoch vernünfftig zuerachten/ da dieſer eingang an jhm/ gleichwol/ ohne ruhm zu melden/ an einem

(*a*) *Iuſtus Aſterius in deplorat. Pacis German.*
(*b*) *apud Lampertum Schaffnaburg. de rebus German.* (*c*) *in literis ad eoſdem de data* Gravenhage 12. *Ian. Anno* 1623. *apud Lundorp. tomo* 1. *act. publ.* 6. *c.* 165. *p.* 1091.

einem vornehmen Weltlichen Chur-Fürſten/ vnd deſſen löbliche vorfahren dem Reich Teutſcher Nation, von ſo viel hundert Jahren hero/ treffliche nützliche dienſte geleiſtet haben / dergeſtalt vnerhört gemacht/vnd mit gewalt oder in andere / nicht herkommende wege, durchgedrungen werden ſolte/ daß kein Evangeliſcher Chur-vnd Fürſt ſeyn würde / der ſeines Stands/ ſeiner Hoheit / vnd privilegien mehr geſichert / vnd deme nicht ebenmäſſig / mit dergleichen proceſſen / vnterm ſchein der Juſtitien / vnverſehens der garaus gemacht werden könte.

Initio quoque apud eoſdem Electores hæc res in conſiderationem venit; (a) modo in propoſito ſuo conſtanter ac firmiter perſeveraſſent; Jhnen lige deſto mehr ob/ hierinnen ein ſorgfältiges auge vnd obacht zu haben; dieweil ſie/ als die Weltlichen Chur-Fürſten/ deren dignität / jure hæreditario, ad poſteros transfertur wird/ am meiſten intereſſiret: Vnd würden ſie allen Chur-vnd Fürſtlichen Häuſern ein ſolches præjudicium zuziehen/ welches vnwiderbringlich/ vnd gegen den Chur-vnd Fürſtlichen Häuſern vnverantwortlich.

Et quis tandem, pro Libertate ac ſalute Patriæ, ſi Imperator eam oppugnet, ſi Leges fundamentales ſubvertat, ſi juratæ ſuæ Capitulationi contraveniat, vel hiſcere auſit? Quando Imperatori, abſque conſenſu Ordinum Imperii, ſub hoc ſolo prætextu, quod ipſe læſam Majeſtatem, aut Pacem publicam violatam, aſſerit, vibrare Bannum in quemvis Imperii Principem licet: Cujus Majores,

(a) *In literis ad Cæſarem de dato* Annenberg 12. *Martii Anno* 1623 *apud Lundorp, tomo* 1. *act. publ. l.* 6, *c.* 164. *p.* 1039.

res, jam tum, magni nominis, & eximiæ autoritatis Principes, in Imperio fortè fuerunt; cum Auſtriaci iſti, qui hodiè Archi-Ducatus, eines hohen Ertz-Hauſes / titulo tantoperè ſeſe inflant, ac jactitant, tanquam non multum nobilis ſtirps, ut Antonius Epiſcopus Florentinus eam vocat, (a) in obſcuro adhuc nigræ ſylvæ angulo deliteſcerent.

CAPUT X. & ultimum.

De ſextâ STATUS RATIONE, *quæ eſt; ne militia & loca munita ſolius Imperatoris poteſtati committantur.*

SExtò, Proceribus Imperii noſtri magnâ cura providendum fuit, ne ſolius Imperatoris arbitrio, rei bellicæ cura, & adminiſtratio, militiæque robur committeretur, neve Exercitus Imperii ad illum principaliter haberent reſpectum.

Nam in Republica illa pars potentiſſima eſt in qua robur belli conſiſtit, & quæ eſt in poſſeſſione armorum: (b) Adeoque, qui arma non habent, facilè fiunt ſervi eorum, qui habent. (c)

Vnde, ſub antiquis Imperatoribus, tanti id olim Romæ, nec injuria æſtimabatur, ut caveretur; ne ad Exercitum vel ſcriberet alius, præter unum Principem. (d)

Porro, cum in Imperio noſtro, quod in varia territoria ſcinditur, quilibet ferè Procerum & Ordinum, in ſua ditione, munita quædam loca, & caſtra poſſideat; nihil magis

(a) *parte 3. hiſtoriali tit. 20. c. 2. §. 6.* (b) *Ariſtot. lib. 2. Polit. c. 5.* (c) *Idem lib. 2. Polit. cap. 8.* (d) *Clapmar. lib. 3. cap. 5.*

gis vitandum fuit, quam ne imperatores in his nidularentur, ac ita velut frenum ipſis injicerent.

Quis enim neget, actum, hoc modo, & conclamatum eſſe, de potentia ac autoritate Procerum, Imperiique Libertate, cujus frenum arces à Crantzio dicuntur; (a) cum iſti, hujuſmodi pedicis impediti, contra Imperatorem, quidvis tentantem, ne mutire quidem auſint?

Equus certè, qui frenum patitur, neceſſum eſt, ut & ephippium, & jugum, & calcaria, & quidlibet patiatur.

Julius Cæſar, cum potiſſimum Romanarum legionum florem, per integrum decennium obtinuiſſet, poſt ſubactas Gallias, cum iiſdem copiis, quas longo uſu jam quaſi ceperat, ac ſuas fecerat, quorumque Imperium Senatus ipſi extorquere, nequicquam nitebatur, Patriam ipſammet ſuam, otio ac voluptatibus diffluentem, felici exitu aggreſſus eſt.

Manlius, Capitolii, quod, velut arx quædam munita, Urbi imminebat, inhabitator, occaſionem ex eo arripuit, ut Patriam, & communem Libertatem, quam in Capitolio anteà fortiter conſervârat, deinde per Capitolium proditoriè penè peſſumdaret.

Dyoniſius, Achradinâ Syracuſarum arce per fraudem occupatâ, Urbem eam Populumque in ſervitutem redegit.

Piſiſtratus, cum ſatellitium ei à Civibus conſtitutum eſſet, arce occupatâ, Athenarum tyrannidem ſimiliter ſibi vindicavit.

Id enim omnibus conſtare oportet, eum, qui Reipubl. arces & Exercitus habet, Reipubl. dominatum habere. (b)

(a) *lib.* 12. *Vendal. c.* 10. (b) *Bodin. lib.* 4. *de Republ. c.* 1.

Maximo itaque opere proviſum eſt à Majoribus noſtris, ne armorum vis, ac militiæ robur, à ſolo Imperatore dependeret: Neve Cæſarum potentia, hac ratione, tanta evaderet, ut reliqui eis parere cogerentur. (*a*)

Hinc licet Imperatori nomen iſtud, quod Caput Imperii, das Ober-Haupt/ tam in militaribus, quàm civilibus ſit, tribuatur; jus tamen creandi ſupremum belli Ducem, Imperium ſibi reſervavit: Ne Imperator illum conſtitueret, qui, ſecundum ipſius ſolius nutum, omnia ageret, adeoque facilè, contra communem Libertatem, ejus juſſu aliquid moliretur.

Et, plerumque, ſupremus hic belli Dux, inſignis Imperii Princeps fuit, nec ab Imperatore, ſed ab Imperio, ac Regimento (cum id in ſuo adhuc vigore eſſet) dependere ſolitus, ejuſque mandatis obtemperare juſſus eſt: Quod, ut eò impenſius obſervaret, certi Conſiliari bellici, quorum conſilio omni, etiam repentina, ageret, illi adjuncti ſunt; ut ſuperius explicavimus.

Ferdinandus abſolutum militiæ arbitrium ſibi arrogavit.

Defunctus vero Ferdinandus, in præſentibus turbis, abſolutum belli armorumque arbitrium ſibi ſoli vindicavit: Et ſe, Exercituum omnium Caput eſſe, reliquos vero Duces à ſe creari, ac dependere, aſſeveravit, Er ſelbſt ſey der Keyſerlichen Armada höchſtes Ober-Haupt vnd capo, vnd werde auſſer zweifel/ von jedwedern darvor gehalten / vnd erkennet: ſey auch der andern höchſten Kriegs Officierer wol mächtig / ſolche anordnung zu thun / daß ſich mit fug niemand möge zubeſchweren haben. (*b*)

Adeo-

(a) *Guicciard. lib. 7. hiſtor.* (b) *In replica in Conventu Ratisbonenſi Anno* 1630. *de dato* 20. *Iul.*

Adeoque, non Wallenſteinium modò, ſupremum Exercitus Ducem, in Imperio, cum ſummâ, quidlibet pro lubitu ſuo audendi, & quadrata rotundis mutandi, poteſtate conſtituit, mit einem ſolchen ungemeſſenen abſoluten gewalt / daß er alles / nach eignem willen und gefallen / darinnen anſtellen / dirigiren / und handeln mögen: (a) Sed &, in tranſactione Pragenſi, pro arbitrio ſuo, ſummi Exercituum Ducis conſtituendi poteſtatem, indubitanter ſibi aſſeruit. Hac quippe expreſsè cautum eſt. (b) daß alles Volck unter des Königs in Hungarn und Böhmen general, commando, und wem es der Keyſer / negſt demſelben / gantz / und zum theil / zu dirigiren / allbereit vertrawet hätte / oder noch vertrawen würde / ſeyn und bleiben ſolle.

Licet vero quarta Exercitus pars, Saxonis fidei commiſſa ſit, attamen is etiam Imperatoris mandato, ſine tergiverſatione, ſtare jubetur, wann einem corpori, von der Keyſerlichen Mayt. als dem Ober-Haupt wegen des Reichs / eine execution auffgetragen / ſoll daſſelbe unweigerlich pariren / und von dem andern ihme / darinnen / kein einhalt / oder eingriff geſchehen. (c) *Nomine tamen Ordinibus relictо.*

Exercitus itaque hic, quem communibus Imperii impenſis Imperator & Saxo alere, in Pragenſibus ſuis Pactis decreverunt, re ipſa à ſolo Imperatore dependet: Vocari tamen meruit, der Römiſchen Keyſerlichen Mayt. und des Heiligen Römiſchen Reiches Kriegs-Heer;

(a) *Electorum duplica, in d. Conventu Ratisbonenſi An.* 1630. *de dato* 20. *Jul.* (b) Pragiſcher Friedensſchlus. §. zu deſſen allen. (c) Neben *reces* wegen der *conjunction* zwiſchen Keyſer und Chur-Sachſen. §. wan einem *corpori*.

Herr; *(a)* dicis, ſcilicet, causâ, & nomine magis, quam re.

Vbi Autor Collationis Pirnenſium & Pragenſium Pactorum argutè notat; *(b)* utraſque tabulas, non iiſdem verbis, ſed diverſimodè eſſe conceptas.

In Pirnenſibus enim ſcribitur, daß es ſoll genant vnd gehalten werden / der Römiſchen Keyſerlichen Majeſtät vnd des heiligen Römiſchen Reichs Kriegs-Herr: *(c)* Quod verbum, gehalten werden/ aliquatenùs adhuc rem ipſam inferre videtur.

Sed hoc poſteà deletum, eidemque in Pragenſibus ſubſtitutum fuit, daß es ſoll heiſſen vnd genennet werden: Quæ duo ſynonyma, nil, niſi merum & nudum nomen denotant.

Notamus autem hic meritò inane Libertatis ſimulacrum, quod, loco rei ipſius, ad veterum Imperatorum exemplum, Ordinibus & Imperio reliquit Ferdinandus Imperator: Nam, & veterum Imperatorum tempore, quamvis illi Populo Romano monarchicè & abſolutè dominarentur, militiaque ipſorum nutu adminiſtraretur, Exercitus Populi, non Principis appellati ſunt. *(d)* Quaſi verborum diverſitas rerum naturam immutare poſſet. *(e)*

Quorſum jam Exercitus hic in Imperio tendat, exactè judicavit, extraneus quidam, magni nominis Princeps: Qui, cum tabulas Pactorum Pragenſium, uſque ad hunc articulum, pervolviſſet, quicquid, præter hunc articulum, in iſtis Pactis continebatur, ſuper-

(a) Pragiſcher Fridenſchluß. *d.* §. zu deſſen allen würcklichen. (b) *n.* 339. (c) vnd nach dem zu deſſen. (d) *Clapmar. lib.* 7. *c.* 9. (e) *Guicciard. lib.* 8. *hiſtor.*

pervacuum eſſe dixit. Solo enim hoc tam ingenti Exercitu, reliqua omnia, ſecundum placitum & voluntatem Imperatoris, facilè actum iri, & tranſactum. (*a*)

Qui etenim rerum potiuntur, imbecillioribus interpretantur jus, ac definiunt: (*b*) Fruſtraque iura, & immunitates ſuas allegabunt Imperii Ordines, coram Imperatore, per Exercitum ſuum, rerum potente. Namque audient inſolentiſſimum iſtud Pompeji (*c*) ad Mamertinos, ſimili excuſatione uſos: Non ceſſabitis nobis, gladio accinctis, Leges & privilegia prædicare?

Ferdinandus quoque loca munita poteſtati ſuæ ſubjicit aut ſubjicere voluit.

Ne verò ulla reſiſtendi, aut impetrata abnuendi facultas, ullave, ad id idonea, media relinquerentur Ordinibus Imperii: Auſtriaci ad eum ſemper ſcopum conſilia ſua direxerunt, ut loca Imperii munitiora, & oportuniores Urbes, aut caſtellis quibuſdam, tanquam compedibus, vincirent, aut, validis præſidiis occupata, tenerent.

Qua in re, ut taceamus, quod jam olim Carolo V. crimini datum eſt; (*d*) eum, nempè, gloriatum dixiſſe, fore, ut ſubacta Germania patrimonio Cæſaris conjungatur, & in primariis Vrbibus exædificentur arces atque propugnacula: Ferdinandi noſtri propoſitum ex ipſius rebus geſtis, tanquam ſuo ſe indicio ſorex, dudùm prodidit.

Ita enim Civitati Argentoratenſi, Aſchaffenburgi, à Cæſaris Commiſſariis ſanctè fuit

(a) *Autor d. Collationis Pirnenſium & Pragenſium Paſtorum num.* 134. (b) *Demoſt. in orat. de Rhodior. libert.* (c) *apud Plutarch.* (d) *à Mauritio apud Sleidan. lib.* 24. *hiſtora & Hortled. tomo* 2. *de bello German. l.* 5. *c.* 13. *num.* 15.

promiſſum, (*a*) daß ſie (die Stadt Straſburg) mit einiger guarniſon, oder auch vmb verſtarckung/ durchzugs die Stadt/ wieder derſelben willen nicht belangt/ oder beladen werden/ ſondern vielmehr/ auff jhr begehren/ vnd da ſie ſich/ zu jhrer ſelbſt handhabung vnd defenſion, (welche jhr/ wieder allen vnziemlichen gewalt/ in allweg vnbenommen ſey) nicht gnugſam befinden würde/ ſich alles Keyſerlichen/ würcklichen/ möglichen/ vnd vnausbleibliche̅ gebürlichen ſchutz/ ſchirm/ troſt/rath/ hülffe/ vnd rettung/ zu erfrewen haben ſolle.

Quæ tranſactio, à ſolis Argentoratenſibus inita, omnibus Imperialibus Civitatibus proſpexit, Ihr Keyſerliche Mayt. hat in jhrer/wegen der Stadt Straſburg beſchehener Keyſerlichen erklärung/nicht auff dieſelbige Stadt allein/ſondern zugleich auch/ auff alle andere/ der Union zugethane/ Ehrbare frey-vnd Reichs-Städte geſehen: vnd iſt itzt-berührten Reichs-Städten frey vnd bevorgeſtanden/ inner ſechs Wochen in dieſe handlung mit einzutreten. (*b*)

Idque proprio ſigillo ac manu Imperator confirmarat, hat am 32 Ian. ejuſdem anni, dero Keyſerliche verſicherungs-Schreiben/bey eignem curier, proprio motu, an vnd ausgehen/vnd darinnen/mit geehrten hohen Keyſerlichen Worten/ vnter dero Keyſerlichem handzeichen/ vnd auffgedrucktem Sigel/ aſſecuriren laſſen/ daß ſie/ſamt allen jhren/ etwan in Unione geweſenen/ mit Städten/ mit einiger guarniſon, oder auch nur vmb verſtattung durch-

(a) *In tranſactione ibid. Anno* 1621. 14. 24. *Martii inita.* (b) *d. Tranſactione Aſchaffenburgii inita.*

durchzugs durch die Stadt / nicht ſolten be- drängt/ noch beladen werden. (a)

Hoc verò non attento, quomodò cum minorum gentium & illis, quæ facilè occupari poterant, Civitatibus, actum ſit, ex gravaminibus, quæ tres principaliores Civitates (die drey ausſchreibende Reichs-Städte) ad Imperatorem ac Electorale Collegium, Anno 1623. detulerunt, liquet.

Colorem tamen, & prætextum aliquem habuit, hæc quarundam Civitatum occupatio: Es hätte die einlägerung / an theils örtern/ fürnemlich darumb nicht wol vmbgangen werden können / weil ſolches der offnen Feinde/ erklärten Aechter vnd Rebellen/ ſtets fürgegangene vnd beharrende anſchläge / vnd practiken/ damit zuforderſt / Ihre Keyſerliche Mayt. vnd alle obgenante getrewe Chur-Fürſten/vnd Stände/ wie auch ſie die Städte ſelbſten / vnd allerſeits Lands-leute vnd Vnterthanen in eufferſtes verderben vnd vntergang geſetzet werden können / wie Land- Welt-kündig/ verurſachet/ &c. (b)

In eo verò abſurdus planè & ridiculus fuit Ferdinandus noſter, quod ab Argentoratenſibus, contra Pacta Aſchaffenburgi inita, & proprias ſincerationes, unis iiſdemque literis flagitavit: Vt & Cæſareanum militem in Vrbem, tuendæ ejus gratiâ, reciperent; & ipſi, adversùs Mansfeldium, in Alſatiâ id temporis graſſantem, fortiter egreſſi, foris pugnarent, daß ſie ſich in die beſte bereitſchafft

Y 4 ſtellen/

(a) *Reſponſum Civitatis Argentoratenſis ad Cæſarem de dato 9. Ian. Anno 1622.* (b) *Commiſſio Cæſarea Electori Moguntino, & Ludovvico Landgravio Haſsiæ data, gravamina Imperialium Civitatum concernens, de dato* Regenſpurg/ *9. Martii Anno* 1623.

ſtellen/mit Ihrer Keyſerlichen Mayt. Kriegs-armaden vergleichen/vnd alſo den von Manſfeld / mit zuſammen geſetzten kräfften / aller möglligkeit nach/entgegen ziehen: ſo dann/vnd fürs ander / in die Stadt nothwendige beſatzung / gegen dieſem Keyſerlichen anerbieten/ annehmen ſolten daß dieſelbe von dannen alſobald nach geändertem beſſern Standt wieder abgeführt / vnd weggethan werden wolte. *(a)*

Si enim à milite & armis imparati fuerunt Argentoratenſes, Imperator quidem, ut militem ſuum reciperent, ſub hoc prætextu poſtulare potuit; Aſt illi, qui domi ſuæ tutari non poterant, multò minùs foràs exire, & pugnare cum hoſte potuerunt: Quod ſi eos ſatis à milite & armis inſtructos exiſtimavit Imperator, milite certè ejus, ad tuendam Vrbem, opus haud fuit.

Illud verò inſolens, inauditum, ac impudens foret, Dominum jubere exire domo ſua, ut alius ingrediatur; & Cives, extra Vrbem, ducere in hoſtes, Extraneis verò committere nudatæ Vrbis mœnia.

Qua propter Argentoratenſes Imperatori rectè reſcripſerunt. *(b)* Es ſey viel leichter vnd practicirlicher/daß ſie die Stadt ſelbſt in ihrer patriotiſchen getrewen verwahrung halten/ vnd die Mansfeldiſche Armee vnangegriffen laſſen/ dann daß ſie/ ſamt ihren Bürgern / geworbenen/vnd noch werbenden Knechten/derſelben Kriegs-Macht hinaus entgegen ziehen / hingegen aber eine beſatzung frembdes Volcks eingenommen werden / vnd in der Stadt liegen bleiben ſolte.

Fer-

(a) *Vt ipſi teſtantur in d. reſponſo ad Cæſarem de dato 9. Ian. Anno 1622.* (b) *in d. Reſponſo.*

Ferdinandus autem, hac ſpe occupandæ Vrbis lapſus, aliâ viâ; nempe, facti, rem aggreſſus eſt; ad eumque modum, circumpoſitis præſidiis, illos concluſit, ut vix ullus Vrbe egredi, aut eò intrare poſſet, iſt ein paß nach dem andern / in der Stadt Straßburg nachbarſchaft / dermaßen ein genommen / daß ſie von allen enden inclaviret/ blocquiret/ vmringet / vnd gleichſam belägert ſeyn/ſo gar / daß faſt kein einiger Weg/ zu Waſſer oder Lande mehr offen geweſen / durch welche einer der ihrigen ſicher reiſen können/ &c. (a)

Quod, quo fine, & eo tempore, & novè adhuc, antequam Illuſtriſſimus, nunc beatiſſimæ memoriæ, Dux Saxoniæ, Bernhardus, avitarum injuriarum vindex acerrimus, invicta antehac Rheni clauſtra perrumperet, ac occuparet, factum ſit, altiori haud opus eſt indagine.

Nos autem Argentoratenſium hoc exemplum eò lubentiùs & prolixius induximus, ut, quando nupera eorum conſilia cum paulò antiquioribus conferre lubet, Argentoratenſes, ne quidem, quod ſimplices piſcatores ſolent, ictos ſapere, ſed eandem erroris viam ſemper repedare, fraudulentiſque Auſtriacorum ſincerationibus nimis fidenter inſiſtere, ex eo pateſiat.

Tandem, in tranſactione Pragenſi, omnia, in quinque ſuperioribus Circulis, munita loca, ſuis præſidiis firmandi poteſtatem, ſibi expreſſe reſervavit Ferdinandus: (b) Donec

(a) *Litera* der drey ausſchreibenden Reichs-Stände *ad Electorem Saxon. de dato.* 2. *Maj. Anno* 1622. (b) §. wan auch im Chur-Reiniſchen/ & §. *ſequ.*

nec Pax iſta Pragenſis ad plenarium finem deducatur.

Pax, nempe, cui comes adhæret ruina lamentabilis, aut ſervitus morte triſtior, & quovis ſupplicio magis deteſtanda, Populis ac Principibus, ad decus & Libertatem natis: Quo encomio propudioſam hanc Pacis tranſactionem cohoneſtavit Magnæ Britanniæ Rex. (*a*)

Et hoc encomio, tam inſigni, ſcilicet! parti ſecundæ noſtri Diſcurſus colophonem imponimus.

(*a*) *per Legatum ſuum in propoſitione ad Magnum Regni Sueciæ Cancellarium Stralſundæ* 3. *Ian. Anno* 1636. *habita.*

PARS

De MEDIIS, quibus antiquus Imperii noſtri Status avitaque Libertas reſtaurari, & de novo, impoſterum firmari poſſit.

CAPUT I.

De primo reſtaurandi antiqui Status MEDIO; *quod eſt, univerſalis amneſtiæ ſanctio, & Concordiæ reſtitutio.*

AN ergò deſperata jam planè Imperii noſtri ſalus eſt, & æquo animo ſubeundum iſtud, quod evitare planè non poſſumus, jugum? Fatemur equidem, actum quàm peniſſimè eſſe, &, jamjam ire licere à communi Libertatis noſtræ ſacrificio; quam Auſtriacæ Domui immolarunt ipſimet Ordines, & cumprimis ſeptem Principes Electores: Cui tandē ſacrificio, tanquam Præco, colophonē impoſuit, iſtudq; *ire licet*, per tranſactionē ſuam Pragenſem, publicè proclamavit Saxoniæ Elector.

Niſi tamen generoſus aliquis genius, Germanorum noſtrorum, & præcipue Principum, mentem ac ingenia, quæ jam, neſcio quo fato torpent, ad ſervitutem inclinant, ita invertat, temperetve, ut glorioſam Libertatem fœdæ ſervituti, inſidioſæ Paci & turpi quieti ingenuum bellum anteponant.

——— Facilis deſcenſus Averni,
Sed revocare gradum, ſuperaſque evadere ad auras
Hoc opus, hic labor eſt, ———

Maximum nobis incumbit periculum: Maximum ergo debet adhiberi remedium. (a) Inveteratus, extremus, ac ſummè acutus hic, quo laboramus, morbus eſt: Extrema itaque & acerrima remedia poſtulat.

Quæ ſi adhibuerimus, non, niſi quod officii noſtri fuerit, faciemus.

Concordia inter Ordines re ſarcitor,

Omnes primùm, tam Pontificii, quam Proteſtantes Ordines, privatorum gravaminum, quò in mutua odia præcipuè concitati ſunt, prætextu omiſſo, concorditer inter ſe coëunto, & ad commune incendium reſtinguendum, concurrunto.

Dilato gravaminum & religionis prætextu.

Nam, ut ſimile hoc, ab incendio deſumptum, Anonymus quidam (quem Lundorpius (b) D. Vincentium Mullerum, Syndicum quondam Hamburgenſem eſſe, ex quorundam opinione refert) in Germanico Diſcurſu, warumb / vnd wie die Römiſchen Catholiſchen in Teutſchland ſich billig/von Spaniern vnd Jeſuitern abſondern ſollen / graviter & cordate huc applicat, man ſol thun / wie die noth in auffgehenden ſchädlichen Feursbrunſten lehret / da ein jeder für ſich ſelbſten / vnerwartet des andern erinnerung / mit Waſſer tragen / vnd zugieſſen / mit niederreiſſen auch eigener Heuſer / mit hin lehnung aller / zur brandleſchung dienenden / mobilien/ ja mit darſtreckung / vnd in gefahr ſetzung ſeines eignen Leibs vnd Lebens / allein dahin ſihet vnd trachtet / daß dem Feur zuforderſt gewehret / nicht aber alsdann erſt geſtritten/ vnd erörtert werde / ob / vnd wer / an dieſem/ oder jenem Orth intereſſiret: vnd ſiehet man alsdann nicht an/ob dieſen oder jenen noch zur Zeit der brand-ſchaden berühre / oder nicht; ob

(a) *Aurea Bulla titul. 24. §. ſi cæteros Principes.*

(b) *tomo 2. act. publ. lib. 1. tract. 11. p. 161.*

ob vnſers Nachbarn baw / mit dem wir in freund-oder feindſchaft leben/brenne: dann wo man ſolche/ vnd dergleichen obſtacula, in ſolchen nothfällen erſt examiniren/vnd immittels das Feur fortbrennen laſſen wolte / ſo müſte einer mit dem andern verderben. Alſo auch in dieſer gemeinen vor Augen ſtehenden Feursbrunſt / über das gantze Teutſchland / müſſen alle Stände des Reichs zu ſammen tretten/ein jedweder das ſeinige / vnd was jhm immer möglich/ vnerfordert/ treulich darbey thun/die privat ſtreiten / ſo lange / biß die gemeine gefahr gedämpft / bey ſeit ſetzen / vnd das liebe getrewe Vaterland retten helffen.

Coëunto itaque inter ſe Pontificii, & Proteſtantes Ordines: Nec Pontificii ſeſe difficiles nimis hic præbento.

Vtut enim Auſtriaci Imperatores ipſorum voluntati adhucdum pulchre per omnia veliſicentur, nec proprium, ſed Pontificiorum commodum, in actionibus ſuis ſpectare videantur; attamen devoratis penitùs Euangelicis ambitioſa iſta & inſatiabilis Domus nihilo magis Pontificiis parcet, quam Polyphemus ille Homerico ſuo Vdi.

Religionum inter ſe diſſidentes factiones, qui Libertatem ac ſtatum Imperii maximè peſſumdederint, & Imperatoribus, è Familia Auſtriaca oriundis, amplificandæ ſuæ potentiæ, præcipuam anſam præbuerint, nullatenus dubitamus.

Nam Pontificii (qui ſuæ Religioni Cæſarem addictum, ſibique in omnibus morigeraturum, noverant) ut ſaltem Proteſtantibus ægrè facerent, multa, contra jus, faſque de Majeſtate Imperii, Imperatori largiti ſunt.

Qua-

Quare de illis non nemo rectè ſcripſit; (*a*) wie man auff der Proteſtirenden ſeite/nach den Stifftern vnd Geiſtlichen gütern gegriffen/ haben die Geiſtlichen Chur-Fürſten angefangen ſich an das Hauß Oeſterreich zuhalten/vnd mit demſelben/ in ſachen/ des Reichs/ vnd der Stände intereſſe, Freyheit vnd Hoheit betreffend / etlicher maßen durch die Finger zuſehen: vnd hat die affection, devotion, vnd das vertrawen nicht wenig zugenommen/wie ſie vor dreyſſig vnd viertzig Jahren / in der that geſpüret / daß ſie beynahe / vmb beyde herliche Stiffte/Cöllen vnd Straßburg/auch kommen wären / wann Oeſterreich vnd Burgund / nicht das beſte bey der Sache gethan hätten.

Et, ſi conſilia, ſuffragia, actioneſque Pontificiorum exactè conſideres, ex illis omnibus, nimium eos Imperatoribus indulſiſſe, aut tribuiſſe, facilè notare licet.

Vnde Albertus, Marchio Brandenburgenſis, autores eos oppreſſionis vocat, daß die höchſten vnd fürnehmſten Biſchöffe/ vnd Prælaten im Reich / des heiligen Reichs beſchwerlicher vnterdrückung / vnd allerley practiken vrſach geweſt/ vnd noch ſeynd. (*b*)

Mitiùs verò, & non ſine ulla penitus cauſſa, homines, ad ſervitutem natos, Ludovvicus Camerarius illos indigitavit. (*c*)

Proteſtantes quoque, ſeſe ab invicem disjungi, paſſi ſunt, multique noſtratium, ſeu odio

(a) *Author Diſcurſus*, daß das Römiſche Reich nunmehr / nicht ein wahl-reich/ &c.
(b) *apud Hortled. vol. 2. de bello German. lib. 5. cap. 5. num. 21.* (c) *in literis ad Principem Anhaldinum de 12. Aug. Anno 1619. apud Lundorp. tomo 1. act. public. lib. 4. cap. 79.*

odio Calvinianorum, ſeu Cæſareæ Majeſtatis, qualem falsò ſibi imaginabantur, reverentiâ impulſi, ſeu alia quapiam cauſa adducti, in Cæſaris caſtra, haud inviti tranſierunt; Inter quos Elector Saxoniæ Auguſtus, neſcio quo aurigante genio, à reliquis proteſtantibus, Anno 1576. Pontificiis impensè gloriantibus, divortium fecit. (*a*)

Ita dum utrinque pari pertinacia, & internecino odio de Religione certatur, Imperatores, potentiæ ſuæ augendæ ad ſingula momenta intenti, rem ſuam luculenter egerunt, ac multa, communi Libertati exitioſa, Imperio obtruſerunt.

Tantum Religio potuit ſuadere malorum!

Sileat autem, ac ceſſet tandem vanus ille Religionis prætextus: Non enim credimus, de religione jam amplius principaliter, ſed de regione potius agi; ut aut liberi vivamus, aut jugo Domus Auſtriacæ, Hiſpanico ſanguini mixtæ, colla noſtra turpiter ſubdamus.

Bellum hodie, religionis cauſa, principaliter non geritur.

Vtrinque Pontificii militant; utrinque noſtræ Religionis: Hinc Galliæ Rex; iſthinc, cum conſortibus ſuis, Saxo Elector: Quorum neuter, ſi Religionis res eſſet, ſine ſacrilegii crimine, arma movere poſſet.

Sive itaque Pontificiæ, ſive Proteſtantium religionis es; Germanus certè es: Cujus Majores mortem potiùs ſubire optarunt, quam ſervitutem.

Vtrorumque arma, utrique eſtis experti: Paria penè damna ſuſtinuiſtis; totaque Patria, communi omnium diſpendio, ferro, flammâque vaſtata eſt.

Damna ergo iſta compenſantor: Inimicitiæ

(a) *Burchardus parte* 1. von der Freyſtellung *cap.* 6. *p.* 109. & 119.

Amneſtia itaque generalis, remoto religionis prætextu, ſancitor.

citiæ inde ortæ tolluntor: Odia ſepeliuntur: Res in eum ſtatum, in quo ante hoc bellum fuit, reſtituitor: Amneſtia ſeu præteritorum malorum oblivio, omnium conſenſu ſancitor.

Amneſtia, inquam, non tamen doloſa, ſubdola, particularis, ac multimodis occultè reſtricta; qualem defunctus Ferdinandus, & Saxo privatim inter ſe fabricarunt: Sed univerſalis, fida, & omnimoda; Quæ reverà omnium injuriarum tumulus ſit, quæ ſit omnium oblivio, ſit fœdus conſtantis amicitiæ, fideſque benevolentiæ, ac moderationis ſempiterna, (*a*) quæ denique omnibus ac ſingulis, antiquam plenamque præſtet ſecuritatem.

CAPVT II.

De ſecundo reſtaurandi & firmandi Status MEDIO; *quod eſt, Domus Auſtriacæ exſtirpatio.*

SECTIO I.

Domus Auſtriaca exſtirpator.

SEcundò, omnium arma, in defuncti Tyranni liberos, ac totam iſtam familiam, Imperio noſtro, avitæque Libertati exitioſam, nulli que quàm ſibi fidam, Domum, inquam, Auſtriacam convertuntor: Illa, prout de Republica noſtra merita eſt, Germaniâ in totum peſſitor: Ditiones ejus, quas ampliſſimas Imperii beneficio conſecuta eſt, & ſub Imperio poſſidet, in fiſcum rediguntor.

Si enim verum eſt, quod Machiavellus (*b*) ſcripſit; eſſe in ſingulis Reſpubl. familias

(a) *Herod. in orat. Maximi.* (b) *libro 3. hiſt. Florent.*

lias fatales, quæ earum exitio naſcantur: Hæc certè Familia Germaniæ noſtræ fatalis eſt; quæ, ab exiguis orta initiis, eò progreſſa eſt potentiæ, ut toti Imperio formidoloſa, imò exitioſa exſiſtat.

Novimus, hoc paſſu, plerorumque hodiernorum Politicorum indignationem nos incurſuros: Qui, tempori & auræ ſe accommodantes, in laudibus hujus Familiæ toti ſunt, & merita ejus plenis deprædicare buccis, nunquam deſinunt.

Sed oſtendant illi, quæſo, ubi & quando Auſtriaci (præſertim recentiores) munere, ſibi concredito, benè functi fuerint, ac, prout ex capitulationis ſuæ tenore, obligati erant, Imperii res adminiſtraverint: Vbi, & quando Imperium auxerint, & Auguſti nomen, ſi tamē ab augendo id derivatur, reapſe meruerint.

Et nos, ut jam antè, in ſecundâ diſcurſus noſtri parte demonſtravimus, Auſtriacos multoties in Leges Imperii pecaſſe, Capitulationi ac juramento ſuo contraveniſſe, jura ac privilegia Ordinum intervertiſſe, imo ipſum Imperii ſtatum penitus invertiſſe: Ita, facili operâ, demonſtrare poſſumus; publicis Imperii opibus ac viribus, ad privatam potentiam ſuam ſtabiliendam, eos abuſos, quantumque illi viribus & potentiâ aucti ſunt, tantum decreviſſe Imperii Majeſtatem, Ordinum autoritatem, communemque Libertatem. Vt de liene referunt; eo creſcente, reliquum corpus imminui.

Auſtriaci Imperii beneficio creverunt.

Imperio quidem Auſtriaci ipſam debent Auſtriam; quam Rudolphus Habſpurgenſis, primarius eorum ſtipes, Ottocaro, Bohemiæ Regi, ereptam, Domui & liberis ſuis mancipavit: Idque omnium primum Auſtriacæ potentiæ incrementum fuit.

Fuere

Fuere tamen Ducis adhuc titulo, cum aliis Familiis communi, contenti, donec Maximilianus I. Majoribus ſuis altiora jam ſpirans, & pro fortunâ animos gerens, Archi-Ducis titulum ſibi primus, ut opinor, adſcivit.

Nam, quod alii, in primâ inveſtiturâ, Rudolphum Imperatorem Alberto, filio ſuo, Auſtriam, ſub titulo Archi Ducatus, contuliſſe, ſcribunt, (*a*) alii, Rudolphum, Imperatoris Alberti filium, Anno 1298. Auſtriæ Archi-Ducem creatum tradunt; (*b*) eò non credimus, quod Fridericus III. Maximiliani Pater ſolo adhuc Ducis titulo contentus fuiſſe, legatur. (*c*)

Hunc vero Archi-Ducis titulum ob meram arrogantiam Auſtriaci adſciverunt, ut alias Principum Familias, longè antiquiores & eminentiores, aliquà præcellerent.

Sicut enim Archi-Epiſcopi præferuntur Epiſcopis; ſunt enim quaſi Principes Epiſcoporum: (*d*) Ita etiam Archi-Dux omnes Duces præcedere debet. (*e*)

Vnde Bruno, Otthonis I. Cæſaris frater, nomen ſibi aſſumpſit Archi-Ducis Lottharingiæ, ut, prurientibus auribus, ſumma cum voluptate audiret, ſe Ducem Ducum appellari: Non quod omnibus Ducibus ſe præeſſe, aut diceret, aut cogitaret; ſed quod ſibi excellentiſſimi Ducis arrogaret æſtimationem. *f.*

Porro,

(a) *quos citat, & ſequitur Reink. lib.* 1. *cl.* 4. *cap.* 10. *n.* 5. (b) *Gerhard. de Roo liber.* 2. *hiſtor. Auſt.* (c) *In reformatione de Anno* 1442. (d) *cap. cleros. Diſtinct.* 21. (e) *Bartol. Chaſſanæus in catalogo gloriæ mundi* 5. *conſil.* 44. (f) *Robertus Cœnalis Epiſcopus Abricenſis in lib. de re Gallica.*

Porro, quod hic Maximilianus, ejuſque liberi, tot, tantiſque provinciis ac Regnis, ſub utroque ſole, potiti ſunt, id certè Imperio, & Imperatorio nomini potiſſimùm acceptum ferre debent: Abſque cujus fulgore, ad ſublimes ac opimas ejuſmodi nuptias, quas conſecuti ſunt, haud quaquam feliciti exitu adſpirare potuiſſent.

Vt ita Domus hæc Auſtriaca, ſi à Rudolpho uſque Habſpurgenſi conſideres, Imperii beneficio, ex obſcuro loco, ac tenuibus initiis, ad maximam pervenerit dignationem & potentiam.

Imperium verò ſub ipſis decrevit.

Jam ſi, vice verſâ, Imperii noſtri ſtatum hodiernum reſpicias, illud, quod ad Virtutem & Fidem, quâ neminem mortalium Germanis eſſe ſuperiorem, Friſiorum quondam Legati jactarunt; *(a)* ſub Auſtriacorum regimine, priſtinæ integritati penitus decoxit; Quod ad tranquillitatem regiminis; ab ipſis ſæpè Auſtriacis turbis non neceſſariis involutum fuit: Quod ad Libertatem; ab iiſdem, ut prolixè in parte ſecunda noſtri operis explicavimus, in ſervitutem peniſſimè depreſſum reperitur: Quod ad honorem & gloriam; omnibus vicinis nationibus factum eſt ludibrio; Quod ad fines & terminos; undique coarctatum, & in maximas anguſtias redactum apparet.

Imò ab ipſiſmet expilatum eſt.

Neque ab exteris modo, (id quod, propriâ Ordinum culpâ factum, illi forſan dixerint) ſed ab ipſiſmet Auſtriacis, Aquila Imperii, hinc inde, variè deplumata eſt.

Vnde hi ipſi, non Auguſti, ab augendo, *(b)* ſed, verbis Engelberti, Abbatis Admontienſis,

(a) *apud Tac. l. 13. Annal.* (b) *de ortu & fine Romani Imperii c. 10. quem refert Goldaſt. in rationali Conſtit. Imper. p. 65.*

nec Pax iſta Pragenſis ad plenarium finem deducatur.

Pax, nempe, cui comes adhæret ruina lamentabilis, aut ſervitus morte triſtior,& quovis ſupplicio magis deteſtanda, Populis ac Principibus, ad decus & Libertâtem natis: Quo encomio propudioſam hanc Pacis tranſactionem cohoneſtavit Magnæ Britanniæ Rex. (*a*)

Et hoc encomio, tam inſigni, ſcilicet! parti ſecundæ noſtri Diſcurſus colophonem imponimus.

(a) *per Legatum ſuum in propoſitione ad Magnum Regni Sueciæ Cancellarium Stralſundæ 3. Ian. Anno* 1636. *habita.*

PARS III.

De

MEDIIS,

quibus antiquus Imperii noſtri Status avitaque Libertas reſtaurari, & de novo, impoſterum firmari poſſit.

CAPUT I.

De primo reſtaurandi antiqui Status MEDIO, *quod eſt, univerſalis amneſtiæ ſanctio, & Concordiæ reſtitutio.*

AN ergò deſperata jam planè Imperii noſtri ſalus eſt, & æquo animo ſubeundum iſtud, quod evitare planè non poſſumus, jugum? Fatemur equidem, actum quàm peniſſimè eſſe, &, jamjam ire licere à communi Libertatis noſtræ ſacrificio; quam Auſtriacæ Domui immolarunt ipſimet Ordines, & cumprimis ſeptem Principes Electores: Cui tandē ſacrificio, tanquam Præco, colophonē impoſuit, iſtudq; *ire licet*, per tranſactionē ſuam Pragenſem, publicè proclamavit Saxoniæ Elector.

Niſi tamen generoſus aliquis genius, Germanorum noſtrorum, & præcipue Principum, mentem ac ingenia, quæ jam, neſcio quo fato torpent, ad ſervitutem inclinant, ita invertat, temperetve, ut glorioſam Libertatem fœdæ ſervituti, inſidioſæ Paci & turpi quieti ingenuum bellum anteponant.

—— *Facilis deſcenſus Averni,*
Sed revocare gradum, ſuperaſque evadere ad auras
Hoc opus, hic labor eſt, ——

Maximum nobis incumbit periculum: Maximum ergo debet adhiberi remedium. (*a*) Inveteratus, extremus, ac ſummè acutus hic, quo laboramus, morbus eſt: Extrema itaque & acerrima remedia poſtulat.

Quæ ſi adhibuerimus, non, niſi quod officii noſtri fuerit, faciemus.

Concordia inter Ordines re ſarcitor,

Omnes primùm, tam Pontificii, quam Proteſtantes Ordines, privatorum gravaminum, quo in mutua odia præcipuè concitati ſunt, prætextu omiſſo, concorditer inter ſe coëunto, & ad commune incendium reſtinguendum, concurrunto.

Dilato gravaminum & religionis prætextu.

Nam, ut ſimile hoc, ab incendio deſumptum, Anonymus quidam (quem Lundorpius (*b*) D. Vincentium Mullerum, Syndicum quondam Hamburgenſem eſſe, ex quorundam opinione refert) in Germanico Diſcurſu, warumb / vnd wie die Römiſchen Catholiſchen in Teutſchland ſich billig/von Spaniern vnd Jeſuitern abſondern ſollen / graviter & cordate huc applicat, man ſol thun / wie die noth in auffgehenden ſchädlichen Feursbrunſten lehret / da ein jeder für ſich ſelbſten / vnerwartet des andern erinnerung / mit Waſſer tragen / vnd zugieſſen / mit niederreiſſen auch eigener Heuſer / mit hin lehnung aller / zur brandleſchung dienenden / mobilien/ ja mit darſtreckung / vnd in gefahr ſetzung ſeines eignen Leibs vnd Lebens / allein dahin ſihet vnd trachtet / daß dem Feur zuforderſt gewehret / nicht aber alsdann erſt geſtritten/ vnd erörtert werde / ob / vnd wer / an dieſem/ oder jenem Orth intereſſiret: vnd ſiehet man alsdann nicht an/ob dieſen oder jenen noch zur Zeit der brand-ſchaden berühre / oder nicht; ob

(a) *Aurea Bulla titul.* 24. §. *ſi cæteros Principes.*

(b) *tomo* 2. *act. publ. lib.* 1. *tract.* 11. *p.* 161.

ob vnſers Nachbarn baw / mit dem wir in freund⸗oder feindſchaft leben/brenne:dann wo man ſolche/ vnd dergleichen obſtacula, in ſolchen nothfällen erſt examiniren/vnd immittels das Feur fortbrennen laſſen wolte / ſo müſte einer mit dem andern verderben. Alſo auch in dieſer gemeinen vor Augen ſtehenden Feursbrunſt / über das gantze Teutſchland / müſſen alle Stände des Reichs zu ſammen treten/ein jedweder das ſeinige / vnd was jhm immer möglich/ vnerfordert/ treulich darbey thun/die privat ſtreiten / ſo lange / biß die gemeine gefahr gedämpft / bey ſeit ſetzen / vnd das liebe getrewe Vaterland retten helffen.

Coëunto itaque inter ſe Pontificii, & Proteſtantes Ordines: Nec Pontificii ſeſe difficiles nimis hic præbento.

Vtut enim Auſtriaci Imperatores ipſorum voluntati adhucdum pulchre per omnia velificentur, nec proprium, ſed Pontificiorum commodum, in actionibus ſuis ſpectare videantur; attamen devoratis penitùs Euangelicis ambitioſa iſta & inſatiabilis Domus nihilo magis Pontificiis parcet, quam Polyphemus ille Homerico ſuo Vdi.

Religionum inter ſe diffidentes factiones, qui Libertatem ac ſtatum Imperii maximè peſſumdederint, & Imperatoribus, è Familia Auſtriaca oriundis, amplificandæ ſuæ potentiæ, præcipuam anſam præbuerint, nullatenus dubitamus.

Nam Pontificii (qui ſuæ Religioni Cæſarem addictum, ſibique in omnibus morigeraturum, noverant) ut ſaltem Proteſtantibus ægrè facerent, multa, contra jus, faſque de Majeſtate Imperii, Imperatori largiti ſunt.

Quæ-

Quare de illis non nemo rectè ſcripſit; (*a*) wie man auff der Proteſtirenden ſeite/nach den Stifftern vnd Geiſtlichen gütern gegriffen/ haben die Geiſtlichen Chur-Fürſten angefangen ſich an das Haus Oeſterreich zuhalten/vnd mit demſelben/ in ſachen/ des Reichs/ vnd der Stände intereſſe, Freyheit vnd Hoheit betreffend / etlicher maßen durch die Finger zuſehen: vnd hat die affection, devotion, vnd das vertrawen nicht wenig zugenommen/wie ſie vor dreyſſig vnd viertzig Jahren / in der that geſpüret / daß ſie beynahe / vmb beyde herrliche Stiffte/Cöllen vnd Straßburg/auch kommen wären / wann Oeſterreich vnd Burgund / nicht das beſte bey der Sache gethan hätten.

Et, ſi conſilia, ſuffragia, actioneſque Pontificiorum exactè conſideres, ex illis omnibus, nimium eos Imperatoribus indulſiſſe, aut tribuiſſe, facilè notare licet.

Vnde Albertus, Marchio Brandenburgenſis, autores eos oppreſſionis vocat, daß die höchſten vnd fürnehmſten Biſchöffe/ vnd Prælaten im Reich / des heiligen Reichs beſchwerlicher vnterdrückung / vnd allerley practiken vrſach geweſt/ vnd noch ſeynd. (*b*)

Mitiùs verò, & non ſine ulla penitus cauſſa, homines, ad ſervitutem natos, Ludovvicus Camerarius illos indigitavit. (*c*)

Proteſtantes quoque, ſeſe ab invicem diſjungi, paſſi ſunt, multique noſtratium, ſeu odio

(a) *Author Diſcurſus*, daß das Römiſche Reich nunmehr / nicht ein wahl reich/ &c.
(b) *apud Hortled. vol. 2. de bello German. lib. 5. cap. 5. num. 21.* (c) *in literis ad Principem Anhaldinum de 12. Aug. Anno 1619. apud Lundorp. tomo 1. act. public. lib. 4. cap. 79.*

odio Calvinianorum, ſeu Cæſareæ Majeſtatis, qualem falsò ſibi imaginabantur, reverentiâ impulſi, ſeu alia quapiam cauſa adducti, in Cæſaris caſtra, haud inviti tranſierunt; Inter quos Elector Saxoniæ Auguſtus, neſcio quo aurigante genio, à reliquis proteſtantibus, Anno 1576. Pontificiis impensè gloriantibus, divortium fecit. (*a*)

Ita dum utrinque pari pertinacia, & internecino odio de Religione certatur, Imperatores, potentiæ ſuæ augendæ ad ſingula momenta intenti, rem ſuam luculenter egerunt, ac multa, communi Libertati exitioſa, Imperio obtruſerunt.

Tantum Religio potuit ſuadere malorum!

Sileat autem, ac ceſſet tandem vanus ille Religionis prætextus: Non enim credimus, de religione jam amplius principaliter, ſed de regione potius agi; ut aut liberi vivamus, aut jugo Domus Auſtriacæ, Hiſpanico ſanguini mixtæ, colla noſtra turpiter ſubdamus.

Bellum hodie, religionis cauſa, principaliter non geritur.

Vtrinque Pontificii militant; utrinque noſtræ Religionis: Hinc Galliæ Rex; iſthinc, cum conſortibus ſuis, Saxo Elector: Quorum neuter, ſi Religionis res eſſet, ſine ſacrilegii crimine, arma movere poſſet.

Sive itaque Pontificiæ, ſive Proteſtantium religionis es; Germanus certè es: Cujus Majores mortem potiùs ſubire optarunt, quam ſervitutem.

Vtrorumque arma, utrique eſtis experti: Paria penè damna ſuſtinuiſtis; totaque Patria, communi omnium diſpendio, ferro, flammâque vaſtata eſt.

Damna ergo iſta compenſantor: Inimicitiæ

(a) *Burchardus parte* I. von der Freyſtellung *cap. 6. p. 109. & 119.*

Amneſtia itaque generalis, remoto religionis praetextu, ſancitor.

citiæ inde ortæ tolluntor: Odia ſepeliuntur: Res in eum ſtatum, in quo ante hoc bellum fuit, reſtituitor: Amneſtia ſeu præteritorum malorum oblivio, omnium conſenſu ſancitor.

Amneſtia, inquam, non tamen doloſa, ſubdola, particularis, ac multimodis occultè reſtricta; qualem defunctus Ferdinandus, & Saxo privatim inter ſe fabricarunt: Sed univerſalis, fida, & omnimoda; Quæ reverà omnium injuriarum tumulus ſit, quæ ſit omnium oblivio, ſit fœdus conſtantis amicitiæ, fideſque benevolentiæ, ac moderationis ſempiterna, (a) quæ denique omnibus ac ſingulis, antiquam plenamque præſtet ſecuritatem.

CAPUT II.

De ſecundo reſtaurandi & firmandi Status MEDIO; *quod eſt, Domus Auſtriacæ exſtirpatio.*

SECTIO I.

Domus Auſtriaca exſtirpator.

SEcundò, omnium arma, in defuncti Tyranni liberos, ac totam iſtam familiam, Imperio noſtro, avitæque Libertati exitioſam, nulliquè quàm ſibi fidam, Domum, inquam, Auſtriacam convertuntor: Illa, prout de Republica noſtra merita eſt, Germaniâ in totum peſſitor: Ditiones ejus, quas ampliſſimas Imperii beneficio conſecuta eſt, & ſub Imperio poſſidet, in fiſcum rediguntor.

Si enim verum eſt, quod Machiavellus (b) ſcripſit, eſſe in ſingulis Reſpubl. familias

(a) *Herod. in orat. Maximi.* (b) *libro 3. hiſt. Florent.*

lias fatales, quæ earum exitio naſcantur: Hæc certè Familia Germaniæ noſtræ fatalis eſt; quæ, ab exiguis orta initiis, eò progreſſa eſt potentiæ, ut toti Imperio formidoloſa, imò exitioſa exſiſtat.

Novimus, hoc paſſu, plerorumque hodiernorum Politicorum indignationem nos incurſuros: Qui, tempori & auræ ſe accommodantes, in laudibus hujus Familiæ toti ſunt, & merita ejus plenis deprædicare buccis, nunquam deſinunt.

Sed oſtendant illi, quæſo, ubi & quando Auſtriaci (præſertim recentiores) munere, ſibi concredito, benè functi fuerint, ac, prout ex capitulationis ſuæ tenore, obligati erant, Imperii res adminiſtraverint: Vbi, & quando Imperium auxerint, & Auguſti nomen, ſi tamẽ ab augendo id derivatur, reapſe meruerint.

Et nos, ut jam antè, in ſecundâ diſcurſus noſtri parte demonſtravimus, Auſtriacos multoties in Leges Imperii pecaſſe, Capitulationi ac juramento ſuo contraveniſſe, jura ac privilegia Ordinum intervertiſſe, imo ipſum Imperii ſtatum penitus invertiſſe: Ita, facili operâ, demonſtrare poſſumus; publicis Imperii opibus ac viribus, ad privatam potentiam ſuam ſtabiliendam, eos abuſos, quantumque illi viribus & potentiâ aucti ſunt, tantum decreviſſe Imperii Majeſtatem, Ordinum autoritatem, communemque Libertatem. Vt de liene referunt; eo creſcente, reliquum corpus imminui.

Auſtriaci Imperii beneficio creverunt.

Imperio quidem Auſtriaci ipſam debent Auſtriam; quam Rudolphus Habſpurgenſis, primarius eorum ſtipes, Ottocaro, Bohemiæ Regi, ereptam, Domui & liberis ſuis mancipavit: Idque omnium primum Auſtriacæ potentiæ incrementum fuit.

Euere

Fuere tamen Ducis adhuc titulo, cum aliis Familiis communi, contenti, donec Maximilianus I. Majoribus ſuis altiora jam ſpirans, & pro fortunâ animos gerens, Archi-Ducis titulum ſibi primus, ut opinor, adſcivit.

Nam, quod alii, in primâ inveſtiturâ, Rudolphum Imperatorem Alberto, filio ſuo, Auſtriam, ſub titulo Archi Ducatus, contuliſſe, ſcribunt, (*a*) alii, Rudolphum, Imperatoris Alberti filium, Anno 1298. Auſtriæ Archi-Ducem creatum tradunt; (*b*) eò non credimus, quod Fridericus III. Maximiliani Pater ſolo adhuc Ducis titulo contentus fuiſſe, legatur. (*c*)

Hunc vero Archi-Ducis titulum ob meram arrogantiam Auſtriaci adſciverunt, ut alias Principum Familias, longè antiquiores & eminentiores, aliquà præcellerent.

Sicut enim Archi-Epiſcopi præferuntur Epiſcopis; ſunt enim quaſi Principes Epiſcoporum: (*d*) Ita etiam Archi-Dux omnes Duces præcedere debet. (*e*)

Unde Bruno, Otthonis I. Cæſaris frater, nomen ſibi aſſumpſit Archi-Ducis Lottharingiæ, ut, prurientibus auribus, ſumma cum voluptate audiret, ſe Ducem Ducum appellari: Non quod omnibus Ducibus ſe præeſſe, aut diceret, aut cogitaret; ſed quod ſibi excellentiſſimi Ducis arrogaret æſtimationem. *f.*

Porro,

(a) *quos citat, & ſequitur Reink. lib. 1. cl.* 4. *cap.* 30. *n.* 5. (b) *Gerhard. de Roo liber.* 2. *hiſtor. Auſt.* (c) *In reformatione de Anno* 1442. (d) *cap. cleros. Diſtinct.* 21. (e) *Bartol. Chaſſanaus in catalogo gloriæ mundi* 5. *conſil.* 44. (f) *Robertus Cœnalis Epiſcopus Arbricenſis in lib. de re Gallica.*

Porro, quod hic Maximilianus, ejuſque liberi, tot, tantiſque provinciis ac Regnis, ſub utroque ſole, potiti ſunt, id certè Imperio, & Imperatorio nomini potiſſimùm acceptum ferre debent: Abſque cujus fulgore, ad ſublimes ac opimas ejuſmodi nuptias, quas conſecuti ſunt, haud quaquam feliciti exitu adſpirare potuiſſent.

Vt ita Domus hæc Auſtriaca, ſi à Rudolpho uſque Habſpurgenſi conſideres, Imperii beneficio, ex obſcuro loco, ac tenuibus initiis, ad maximam pervenerit dignationem & potentiam.

Imperium verò ſub ipſis decrevit.

Jam ſi, vice verſâ, Imperii noſtri ſtatum hodiernum reſpicias, illud, quod ad Virtutem & Fidem, quâ neminem mortalium Germanis eſſe ſuperiorem, Friſiorum quondam Legati jactarunt; *(a)* ſub Auſtriacorum regimine, priſtinæ integritati penitus decoxit; Quod ad tranquillitatem regiminis; ab ipſis ſæpè Auſtriacis turbis non neceſſariis involutum fuit: Quod ad Libertatem; ab iiſdem, ut prolixè in parte ſecunda noſtri operis explicavimus, in ſervitutem peniſſimè depreſſum reperitur: Quod ad honorem & gloriam; omnibus vicinis nationibus factum eſt ludibrio; Quod ad fines & terminos; undique coarctatum, & in maximas anguſtias redactum apparet.

Imò ab ipſiſmet expilatum eſt.

Neque ab exteris modo, (id quod, propriâ Ordinum culpâ factum, illi forſan dixerint) ſed ab ipſiſmet Auſtriacis, Aquila Imperii, hinc inde, variè deplumata eſt.

Vnde hi ipſi, non Auguſti, ab augendo, *(b)* ſed, verbis Engelberti, Abbatis Admontienſis,

(a) *apud Tac. l.13. Annal.* (b) *de ortu & fine Romani Imperii c. 10. quem refert Goldaſt. in rationali Conſtit. Imper. p. 65.*

tienſis, anguſti, ab anguſtando, fines Romani Imperii poſſent appellari.

Sub Rudolpho quidem I. imò ejuſdem Rudolphi facto & culpâ, Romani Imperii potentia ingens detrimentum paſſa eſt.

Hinc enim Rudolphus rem Principi turpem commiſit, univerſam penè Italiam ſui juris faciens, comparandæque pecuniæ ſtudioſus, Cancellarium ſuum eò mittens, quî Populos in Etruriâ omnes liberos faceret, & eos potiſſimùm, qui ſe pecuniâ redimere curarent. Perſolvêre, ob eam rem, Lucenſes duodecim millia nummûm auri; Florentini, ſex millia, *(a)* In hunc modum & reliquæ Civitates pleræque ſeſe, pecuniâ interveniente, in Libertatem contulerunt. *(b)* Ita graves ære mulos egit ſecum ex Italia Rudolphi Legatus: Quod Rudolpho admodùm fuit gratum; nam pecuniæ ferunt ſtudioſiorem fuiſſe. *(c)*

Idem Rudolphus Pontifici, Exarchatum Ravennatem, item Bononiam, præfecturasque, Ducatus, Vrbes, Regiones Italiæ, hactenus Imperatoribus parentes, (Romaniolam vocant) quæ quotannis millia drachmarum auri ſeptingenties penſitarent, conceſſit: Quemadmodum, ex ipſius poſteris, Maximilianus Imperator Principibus aperuit, Edictoque, dato ex Oenobrigâ, 13. Cal. Auguſti, Anno 1511. conqueſtus eſt. *(d)*

Nec

(a) *Nauclerus vol. 3 chronogr. gener.* 43. (b) *Abbas Trithem. in Chron. Hirſaug. ſub Anno* 1276. (c) *Hieron. Mutius lib.* 21. *Chron German.* (d) *Avent. libro* 7. *annal. Bojar. Mutius d. l.* 21. *Paulus Langius Cygnaus Monachus Bozavvienſis in Chronico Citizenſi.*

Nec itaque falſò de eo ſcribit Antonius: (*a*) *Quod ſemper conatus fuerit, dominium ſuum, & potentiam ſuam augere in Alemannia.* nec viſus ſit curare de Italiâ; unde non ingreſſus ſit eam. Sed *quod ſtudii ſui fuerit, procurare filiis tenas & divitias:* Vnde & acquiſiverit ſibi Ducatum Auſtriæ, & partem magnam Sueviæ.

Filius hujus Rudolphi, Albertus, contra Adolphum Imperatorem ſe erexit, dicens: Imperium ad ſe pertinere jure paterno, neque alium eligendum, quamdiu, de regali proſapia, idoneus aliquis ad Regnum poterit inveniri. (*b*) Eo ipſo patriæ Libertatis hoſtem ſe declarans; impotentique ambitu eò tandem evectus, ut eundem Adolphum, nefario auſu trucidaret.

Hic verò *Adolphus valdè fidelis Imperio fuit, in nullo ſuos liberos de rebus Imperii ditavit, ſed Imperium ampliare diſpoſuit:* Totum enim Principatum Miſnenſem coëmit, & Imperio incorporavit, quem, uſque ad mortem ſuam, quietè tenuit: *Sed Succeſſor ſuus, Rex Albertus, totum perdidit:* Is unoculus adſpectu trux erat, & avarus; *curabat* enim *ditare liberos.* (*c*)

Nec abſimiliter de utroque hoc Hieronymus Mutius. (*d*) ſcribit. Adolphus regnavit magnâ cum laude, & ita adminiſtravit omnia, ut nuſquam notari potuerit ſua quærere, aut favore ſuos evehere. Præfecit rebus adminiſtrandis, quos dignos putavit,

(a) *quem refert Nauclerus, d. vol. 3. chronogr. gener. 44.* (b) *Tritbem. in Chronico Hirſ. aug. ſub Anno* 1292. (c) *Naucler. d. vol. 3. gener. 43. & ex eo Hartmannus Schedel in hiſtoria ſex ætatum mundi ætate* 6. (d) *lib. 22. Chron. Germ.*

tavit, qui idoneis virtutis dotibus utiles videbantur. Magnis laboribus, & vitæ diſcrimine ſæpè dilatare Imperium ſtuduit. Pecunia ſua coëmiſſe, ſcribitur, ad Imperium quaſdam Vrbes. E contrà Albertus fuit prorſus ad rem attentus, liberis volens amplum patrimonium relinquere: Habuit autem numeroſam prolem. Studium igitur illi fuit, inſanum penè dixerim, quam plurimum relinquere liberis.

Hinc plerique (ut mos eſt hominum) quem vivi perſecuti fuerant, Adolphum, illum mortuum poſt deſiderarunt. *(a)*

Alberti filius Fridericus quomodò perpero ſuo ambitu totum Imperium turbis involverit, ex hiſtoriis obvium eſt.

Si qui verò electionem ejus, tanquam legitimam, propugnent, illis meritò objicere poſſumus, quod Lutharius Comes Ekkihardo Marchioni, Imperium, mortuo Otthone III. ambienti, objecit: *(b)* Num currui tuo quartam deeſſe non ſentis rotam?

Quatuor enim Electores ſuffragia ſua Ludovvico Bavaro indubitatò dederant; tribus, ad ſummum, à Friderici latere ſtantibus.

Albertum II. cujus ſeu virtutes ſeu vitia fata nobis tantùm oſtenderunt, ut prætereamus, Fridericus III. cunctator fuit (ut diu habebatur) ſalutaris, quod maturitati dabatur: Sed illa nunquam pervenit, ut vim oſtenderet. Quoties enim apud illum fieret rerum comploratio, quod hæc & illa fierent, hæc & illa timerentur, ferunt reſpondiſſe: Necdum eſſe tempus illa emendandi. Nec tamen,

(a) *Aventius lib. 7. annal. Bajor.* (b) *apud Ditmarum Epiſcopum Mertsburgenſem lib. 4. Chronic.*

tamen, illo vivente, hoc tempus impletum eſt; neſcitur quando impletum, ut ſuo tempore ſcribit Crantzius. (*a*)

Hinc ſolebant per contemptum ex Germanis Itali requirere; viveretne, an mortuus eſſet Imperator? Quem nullis ſuis injuriis, nullis Reipubl. Chriſtianæ detrimentis commoventem ſe, audiviſſent. Vivere namque difficulter crediderunt, qui, nulla inſigni edita opera, ſe vivere declararet. (*b*)

Hoc quoque de eo conſtat, illum æquis oculis videre potuiſſe, quod priores Imperatores non poterant; de viſceribus Imperii alios incraſſatos; Nimium enim quietus, toleravit hæc omnia. (*c*)

De eodem Andreas Bonfinius notat. (*d*) Quod non modò parcus & frugi, ſed avarus, & plus pecuniarum quam honoris appetens fuerit, ad magna Reipubl. Chriſtianæ pericula animum nunquam extulerit: Otii, & quietis amator, quin & plus æquo negligens, deſidioſus & tardus: In pace bellum, in bello pacem optare, & nullam in utroque conſtantiam retinere ſolitus.

Nec ab hoc abludit, quod Antonius, Epiſcopus Florentinus ſcribit. (*e*) Nil imperialis Majeſtatis viſum eſt in eo; nec Libertas, nec ſapientia; quaſi ſemper per alium loquebatur: Sed multa cupiditas; cum munera honeſtè quæreret, & libenter acciperet. Demùm Româ reverſus eſt domum ſuam, cum modica opinione virtutis ſuæ.

Quem Antonium citat Paulus Langius Cygnæus,

(a) *lib.* 11. *Saxon. c.* 33. *& ex eo Autor Paralipom. ad Abbatem Urſperg.* (b) *d. Autor Paralipomen.* (c) *d. Autor Paralipom.* (d) *decade* 4. *rerum Ungaric. lib.* 4. (e) *parte* 3 *hiſtoriali tit.* 22. §. 3. *in fine.*

Cygnæus, Monachus Bozavvienſis (*a*) adverſus noſtrates, qui hunc Cæſarem Fridericum, adhuc in humanis degentem, ſuprà modum (ut ipſe loquitur) beatificaverunt, & velut omnigena virtute ſuffultum; ad aſtra uſque. encomiis (ut dicam, adulatoriis ſuis næniis) tulerunt.

Ut verò etiam inſigne quippiam è rebus geſtis ipſius excerpamus, Concordata iſta Nationis Germanicæ, tum Libertati, tum exiſtimationi, tum utilitati Imperii penitiſſimè contraria cum Pontifice, Fridericus hic, annuentibus Moguntino, & uno alterove è raſâ cohorte, toti Imperio, ſeu obtruſit, ſeu obtrudere voluit.

Qua de re prolixè Carolus Molinæus ſcribit; (*b*) Germani, miſeram ſortem ſuam deflentes, perſuadere nixi ſunt Imperatori, ne Pontificibus Romanis amplius obtemperaret, niſi ſaltem quædam, ad pragmaticam tendentia, priùs ab eis impetraſſet. Oſtendebant enim, ſuam longè deteriorem eſſe conditionem Gallis, vel Italis, quorum ſervi (Italorum inprimis) niſi res immutarentur, meritò dicebantur. Rogabant, urgebant. Proceres, Populique Germaniæ, graviſſimis tum rationibus, tum exemplis, tum utilitatem, tum neceſſitatem Imperii: Imperatoriſque fidem implorabant, obteſtabantur (quà ipſis vel Sacramento obſtrictus erat) nec non dedecus & verecundiam, quod decretorum, in ſua natione digeſtorum, ſoli fructu carerent. Quod Gallica Natio adverſus exactiones Pontificum non fruſtra recurſum habuerit ad regem ſuum, à quo protecta ſit: Quodq; non diu, ex dictis decre-

tis

(a) *in Chronico Citizenſi.* (b) *quem refert Goldaſtus in rationali Conſtitut. Imperii p.* 116.

tis pragmaticam ſanctionem, pro Libertate ſuæ Nationis feliciter confeciſſet, & utiliter ſervari faceret. Quod Imperator nec minùs poſſit in ſuo Imperio, nec minus debeat, Populo & Statibus Imperii, quam alius Rex in Regno ſuo. Quidnam ad ſupremum futurum, ſi exteri, ad Regem ſuum recurrentes, præſidium inveniant, & ab eo contra dictas exactiones protegantur; Germani verò & Status Imperii, ad ſuum Imperatorem recurrentes, ab eo deſerantur, ſive potiùs prodantur, decretiſque, in ſua Natione factis, priventur? Imperator verò ab Ænea Sylvio dementatus, ſpreta tot Populorum ſuorum tam æqua, juſta, & neceſſaria poſtulatione, eundem Oratorem delegit, quem ad Papam mitteret, ſuo nomine juramentum in ejus verba præſtare, & abſolutam totius Germaniæ obedientiam; utpotè meram, (quam vocant,) obedientiæ patriam, Conciliaribus patriiſque decretis calcatis, effectam: Prout idem Orator, eodem Friderico mittente, & ejus nomine, Eugenio IV. publicè renunciaverat, ſe, ſcilicet, Fridericum, ac Germanos omnes, in humanis diviniſque, ei obtemperaturos. Itaque *Fridericus Auſtraſius* bis *Germanos* ſprevit, & eluſit, nativiſque & conciliaribus decretis ſpoliatos, *ſervituti Papæ ſubjecit:* Quæ partim cauſa fuit, quod ſeptem annis, priuſquam moreretur, curavit, filium ſuum Maximilianum non ſolum eligi & coronari Regem Romanorum, ſed etiam in Imperii adminiſtrationem aſſociavit, ne poſt obitum ſuum transferretur Imperium in aliam familiam; ſuſpectos habens Germanos, quos bis, contra Conciliaria decreta, poſtulatis eorum ſpretis, ſervituti Papalium exactionum ſubjecerat. Hucuſque Molinæus; cui

Cygnæus, Monachus Bozavvienſis (*a*) adverſus noſtrates, qui hunc Cæſarem Fridericum, adhuc in humanis degentem, ſuprà modum (ut ipſe loquitur) beatificaverunt, & velut omnigena virtute ſuffultum; ad aſtra uſque. encomiis (ut dicam, adulatoriis ſuis næniis) tulerunt.

Ut verò etiam inſigne quippiam è rebus geſtis ipſius excerpamus, Concordata iſta Nationis Germanicæ, tum Libertati, tum exiſtimationi, tum utilitati Imperii penitiſſimè contraria cum Pontifice, Fridericus hic, annuentibus Moguntino, & uno alterove è raſâ cohorte, toti Imperio, ſeu obtruſit, ſeu obtrudere voluit.

Qua de re prolixè Carolus Molinæus ſcribit, (*b*) Germani, miſeram ſortem ſuam deflentes, perſuadere nixi ſunt Imperatori, ne Pontificibus Romanis amplius obtemperaret, niſi ſaltem quædam, ad pragmaticam tendentia, priùs ab eis impetraſſet. Oſtendebant enim, ſuam longè deteriorem eſſe conditionem Gallis, vel Italis, quorum ſervi (Italorum inprimis) niſi res immutarentur, meritò dicebantur. Rogabant, urgebant. Proceres, Populique Germaniæ, graviſſimis tum rationibus, tum exemplis, tum utilitatem, tum neceſſitatem Imperii: Imperatoriſque fidem implorabant, obteſtabantur (quà ipſis vel Sacramento obſtrictus erat) nec non dedecus & verecundiam, quod decretorum, in ſua natione digeſtorum, ſoli fructu carerent. Quod Gallica Natio adverſus exactiones Pontificum non fruſtra recurſum habuerit ad regem ſuum, à quo protecta ſit: Quodq; non diu, ex dictis decre-

tis

(à) *in Chronico Citizenſi.* (b) *quem refert Goldaſtus in rationali Conſtitut. Imperii p.* 116.

tis pragmaticam ſanctionem, pro Libertate ſuæ Nationis feliciter confeciſſet, & utiliter ſervari faceret. Quod Imperator nec minùs poſſit in ſuo Imperio, nec minus debeat, Populo & Statibus Imperii, quam alius Rex in Regno ſuo. Quidnam ad ſupremum futurum, ſi exteri, ad Regem ſuum recurrentes, præſidium inveniant, & ab eo contra dictas exactiones protegantur; Germani verò & Status Imperii, ad ſuum Imperatorem recurrentes, ab eo deſerantur, ſive potiùs prodantur, decretiſque, in ſua Natione factis, priventur? Imperator verò ab Æneâ Sylvio dementatus, ſpreta tot Populorum ſuorum tam æqua, juſta, & neceſſaria poſtulatione, eundem Oratorem delegit, quem ad Papam mitteret, ſuo nomine juramentum in ejus verba præſtare, & abſolutam totius Germaniæ obedientiam; utpotè meram, (quam vocant,) obedientiæ patriam, Conciliaribus patriiſque decretis calcatis, effectam: Prout idem Orator, eodem Friderico mittente, & ejus nomine, Eugenio IV. publicè renunciaverat, ſe, ſcilicet, Fridericum, ac Germanos omnes, in humanis diviniſque, ei obtemperaturos. Itaque *Fridericus Auſtraſius* bis *Germanos* ſprevit, & eluſit, nativiſque & conciliaribus decretis ſpoliatos, *ſervituti Papæ ſubjecit:* Quæ partim cauſa fuit, quod ſeptem annis, priuſquam moreretur, curavit, filium ſuum Maximilianum non ſolum eligi & coronari Regem Romanorum, ſed etiam in Imperii adminiſtrationem aſſociavit, ne poſt obitum ſuum transferretur Imperium in aliam familiam; ſuſpectos habens Germanos, quos bis, contra Conciliaria decreta, poſtulatis eorum ſpretis, ſervituti Papalium exactionum ſubjecerat. Hucuſque Molinæus; cui

cui ne,ut extero,fides derogetur,idem Goldaſtus optionem adjungit Caſparum Hedionem, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Scriptores.

Magis ſuccincto,&,ſeu Papatus amore, ſeu Imperatoris metu, ſubobſcurè quidem Crantzius;(*a*) haud tamen ſine aculeo.Laus egregia Friderici, Pacem Eccleſiæ rediddiſſe: Sed,aliquanto major, ſi hoc adjeciſſet operi ſuo, ut auro Provinciæ non emungantur, vel ut ipſe Pater Patrum ex auro,quod ex annatis corrodit, Chriſtianiſmum tutaretur, non ſuos nepotes glorificaret. *Hæc* qualiacunque oculo tum *Rex*, *ut per omnem ætatem reliqua Imperii detrimenta, diſſimulabat.*

Talis ergo Imperio fuit Fridericus: Sibi vero,ſuiſque optimè proſpexit; nec deſtitit, donec filio ſuo Maria,totius Belgii hæres copularetur.Hic enim exitus & fructus belli cum Carolo Audaci ad Nuſſam geſti fuit: Graviſſimaſque expenſas Imperii Status ſuſtinuerunt fruſtra,ut Maximilianus, Imperatoris Friderici filius,Mariam illam,ſponſam, inde conjugem haberet. (*b*)

Fridericum Imperatorem Maximilianus excipit,quem ingenii vigore & fortitudine Patri anteferendum, negare haud poſſumus: Nam Maximilianus varia quidem & ingentia,in Italiæ confiniis, bella geſſit; ſed non tã ad publicum Imperii,quam privatumDomus ſuæ emolumentum. Nec enim bellum, quamvis ipſius adminiſtratione atque conſiliis, prorſus Imperii nomine geri, atque Duces Imperii juſſu eligi,ejuſdemque nomine milites conſcribi,& parta loca, ex Comitiorum præſcripto, diſtribui voluit: Sed ullum ſociorum, aliudve, quam ſuum

(*a*) *l.* 11. *Saxonia c.* 30. (*b*) *ex Crantzio Auter Paralipom. ad Abbatem Urſpergenſem.*

ſuum nomen admittere, victoriæve præmia aliorum, quàm ſuorum, quamvis Imperii nomine, eſſe noluit. (a) Vnde parcius ab Imperii Statibus ſubſidia illi ſubminiſtrata, aut, ſi Mutio credimus, (b) omnino denegata ſunt.

Fuerit itaque fortis, fuerit bellator Maximilianus: Sibi tamen, ſuiſque, non Imperio fuit.

Carolum V. Heroëm, prudentiâ & fortitudine inſignem fuiſſe, jactitant, nec nos adeo id diffitemur: Non is tamen his ſuis virtutibus Imperium auctum, ſed, modo proprio commodo velificaretur, diminutum potius ivit.

Nam, ut in Italiam tranſeamus, Mediolanum, à Gallis recuperatum, Hiſpani, ſecundum Electoris Moguntini vaticinium, (c) ſibi retinuerunt: Et adeo hunc Mediolanenſem Principatum ſuum eſſe, putavit Carolus V. ut Anno 1544. Pace apud Sueſſiones factâ, filio Regis Galliæ, Aureliano Duci, Ferdinandi Fratris filiâ in matrimonium promiſſâ, illum in dotem conſtitueret. (d)

Florentinis, quos ſubegerat, & ex officii ſui ac Capitulationis præſcripto, Imperio unire debuerat, idem Alexandrum Medices, cui filiam ſuam notham, Margaritam, in matrimonium promiſerat, Principem conſtituit: (e) Eoque trucidato, rei ſummam commiſit Coſmo, Qui, de voluntate Cæſaris, in matrimonium duxit, Petri Toletani, Pro Regis Neapolitani filiam, Eleo-

 noram:

(a) *Guicciard. libro* 7. *hiſtor.* (b) *libro* 30. *Chron. German.* (c) *apud Sleidan. lib.* 1. *hiſtor.* (d) *Sleidan. lib.* 15. *hiſtor.* (e) *Sleidan. lib.* 7. *hiſtor.*

noram: (*a*) Sed alioquin, Imperio in nullo ſe obnoxium, agnovit.

Senarum Vrbs, quam jam olim à Maximiliano Pontifex, uſitato inter Auſtriacos mercimonio, triginta aureorum nummûm millibus, ut ei Dominum imponeret, Vrbinatium Ducem, clam emerat, (*b*) Carolo V. Anno 1555. his conditionibus dedita eſt; ut Cæſar Civitatem & Rempubl. *in fidem ſuam & Imperii* acciperet, ſalvâ Libertate, & Magiſtratuum antiquâ autoritate, &c. (*c*) Sed poſt Franciſcus Toletanus, ab eodem Cæſare eò miſſus, contra pacta ac fidem datam, non ſolum novam Reipubl. formam inſtituit, ſed omnem Libertatis ſpeciem prorsùs ſuſtulit, nec alium dixit, ſe tantarum calamitatum videre exitum, quam ſi ſe, & omnia ſua, optimorum Principum arbitrio ac voluntati, ſine conditione & exceptione, permitterent. Et quamvis Cæſar pacta, à Coſmo anteà facta, rata habuiſſet, novum denuo inſtrumentum eâ de re confici mandavit, quod ditionem Senenſem, jure Imperii ad ſe devolutam, Philippo filio conceſſit, & reſciſſis pactis, à Coſmo conventis, ſupremum ac merum in eam Rempubl. Imperium eidem attribuit, &c. (*d*) Qui Philippus, cum operâ & amicitiâ Coſmi, non multo poſt, indigeret, Senenſis ditionis poſſeſſionem Coſmo conceſſit. (*e*)

Ita Senæ, contra Capitulationem Cæſaream, ac ſpecialia deditionis pacta, à Carolo V. in filium, & ab hoc mox in Magnum Hetruriæ Ducem tranſlata ſunt: Cujus poſte-

(a) *Idem lib.* 10. *hiſtor.* (b) *Guicciard. lib.* 11. *hiſtor.* (c) *Thuan. lib.* 15. *hiſtor.* (d) *Idem lib.* 16. *hiſtor.* (e) *Idem lib.* 18. *hiſtor.*

poſteris, Imperio ademptæ, adhuc hodiè ſerviunt ſervitutem.

De Vrbibus, Parma & Placentia, Carolus V. ipſemet, ad Cardinales, Anno 1526. faſſus eſt; *(a)* Nullum eſſe Regem, qui majore ſtudio, quam ipſe, Romanam Eccleſiam complectatur. Documento eſſe Parmam atque Placentiam: *Quas Vrbes licet Imperii ſint ditiones, & ab eo nuper avulſa, reſtituerit Eccleſia; cum tamen jure non teneretur.*

In Germania noſtra Ducatus Wirtembergicus, ex primæ inveſtituræ tenore, Feudum Imperii fuit, & deficientibus legitimis Succeſſoribus, publico Imperii dominio uniri debuit, ob es were / daß der månliche Stam vnd lini, der Herzogen/vnd Herren von Wirtenberg gantz abſterben/ vnd keiner mehr ſeyn würde / ſoll oder mag alsdann ſolch Herzogthum/nicht ferner jemand/aus einiger vrſach/ oder weiſe / wie die geſeyn möchte / zu Lehen verliehen/oder/durch einen andern titul, form oder maße/ gantz oder ichzit / von Stådten/ Schlöſſern/ nützung/ oder ihrer zugehörung/ davon geben/verkaufft/verculſert/ oder in verwaltung/ in ambt-oder pflegers weiſe eingegeben/ oder in beſeß zugeſtellet werden; ſondern ſolch Herzogthum mit aller Oberkeit/Herligkeit/ Mannſchafften/ nutzen/ Leuten/vnd Gütern/ nichts ausgenommen / ſoll bleiben / bey Römiſchen Keyſern vnd Königen / vnd bey dem heiligen Römiſchen Reich ewiglich / vnd alſo in mehrung des Reichs Widdum gut der Cammer incorporiret/ vnd verleibt ſeyn.*(b)*

(a) *apud Sleidan. lib. 6. hiſtor. & Hortled. tomo 3. conſtit. Imper. p.493.* (b) *Erectio Ducatus VVirtembergici de dato* Wormbs 21. *Iulii Anno 1495. ap. Hortl. tomo 1. de bello Germ. l. 3. c. 1. n. 10.*

Hunc vero, ſimulac Domus Auſtriaca nacta eſt, mordicus tenuit, & quamvis à Landgravio vi iterum illi extorqueretur, Cadami tamen poſteà proprio ſuo commodo proſpexit, cavitque: Vt Vlricus Princeps, & ipſius hæredes maſculi, Ferdinandi Regis, tanquam Auſtriæ Principis, beneficiarii eſſent, & agri Wirtembergici poſſeſſionem ei ferrent acceptam. Exſtincta fortè familia Wirtembergica, nec exſtantibus maſculis, Auſtriaci Principes eam regionem obtinerent, Imperii beneficio & autoritate. (*a*)

Et ita nobiliſſimum Imperii Feudum, ſpeſque, eo aliquando potiundi, Imperio deceſſit, Auſtriacæ vero Domui acceſſit.

Conſtantienſes, Civitas Imperialis, proſcripti, Auſtriacæ Domui ſe dediderunt in perpetuum, & à Ferdinando his conditionibus in tutelam recepti ſunt. Ferdinandum, ejuſque liberos, & hæredes, pro Dominis ſuis impoſterum agnoſcerent, iiſque fidem omnem & obedientiam præſtarent, nec ab iis ullo tempore deficerent, neque fœdus ullum inirent: Decretis, quæ Ferdinandus, ejuſque Præfecti facturi eſſent, omnino parerent: In bellicis, aliiſque negotiis, Ferdinando, ejus liberis, & hæredibus praſto eſſent, & imperata facerent, ſicut reliqui Provinciales. (*b*)

Ad eum modum iterum, Vrbs Imperialis provincialis facta eſt, Imperioque adempta, privatum Auſtriacorum auxit patrimonium.

Memorabile quoque Cameracenſium exemplum eſt: Quos Ludovicus, Galliæ Rex, Anno 1478. ſuis Legibus vivere juſſit, & diſceſ-

(a) *Sleidan. lib.* 9. *hiſtor. Hortled. d. tomo* 1. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 4. (b) *Sleidan. lib.* 21. *hiſtor.*

diſceſſurus, vocatos ad ſe Primores Vrbis, in hæc verba allocutus eſt, (*a*) Defenſor ego veſtræ Civitatis & Vice-Comes, veſtris Legibus vos vivere, & à Maximiliani conſortio immunes eſſe, jubeo. *Imperatoris arma, quæ loco movimus,* quandò ita lubebit, *reponite, & avis illa, quæ animi gratiâ aliquandiu evagata eſt, poſtliminiò in priſtinum hoſpitium revertatur:* Id quod hirundines, ineunte vere, ſolent.

Ita externus Rex, ſive Cameraco Aquilam, ſive Aquilæ Cameracum ſponte ſuâ reſtituit.

Carolus verò V. qui non Civis modò & Germanus, ſed Imperator quoque & Auguſtus audire volebat, eandem Aquilam ruſus expulit Cameraco, & Cameracum Aquilæ eripuit, Domuique ſuæ in ſervitutem addixit. Erat autem decimus dies Novembris, quo Vrbs hæc Libertatis ſuæ jacturam paſſa eſt. (*a*)

Trajectum ad Moſam, Vrbem Imperialem, ſed ſub patrocinio, ſeu protectione, Ducis Brabantiæ, & Epiſcopi Leodenſis exiſtentem, idem Carolus V. Imperio ereptam, ad inſtantiam Brabantinorum, ſibi aſſeruit, ſuiſque privatis ditionibus inſeruit. (*b*)

Caroli V. Succeſſores ut curſim tranſſiliamus, qui, nec Pace, nec bello inſignes fuerunt, defunctus certè Ferdinandus, perfractis omnibus Legum ac Capitulationis repagulis, nullaque divini vel humani juris ratione habita, quicquid nobis, à præcedentium Imperatorum machinationibus, adhuc reliquum fuit Libertatis, uno impetu peſſumdatum ivit, diuturnoque bello omnes

(*a*) *Hubertus Thomas Leodius lib. 12. de vita Friderici Palatini, in fine.* (b) *Hubert. Thomas Leodius d. tractatu l. 13.*

Germaniæ vires penitus afflixit, nec in unam, alteramve Vrbem, ſed in univerſos Ordines indiſcriminatim ſolidam ſibi uſurpavit tyrannidem.

Quare, cum Imperii res ita malè, & ad proprium ſolum commodum, Auſtriaci geſſerint, optandum foret, Electores ſtetiſſe pacto, quod, tempore Ludovici Bavari, inter ſe feciſſe nonnulli ſcribunt, *(a)* quo cautum perhibetur, daß zu ewigen Zeiten keiner vom Haus Oeſterreich zum Römiſchen Keyſer erwehlet werden ſolte. Quale etiam Poloni, Auſtriacorum ambitionem experti, in Comitiis ſuis aliquandò ſanxere: Ne quis, ſcilicet, in Electione novi Regis Poloniæ deinceps aliquem ex Domo Auſtriaca nominare, aut ſuffragio ſuo commendare auderet; alioquin, ipſo facto, infamem fore. *(b)*.

Quia autem hujus pacti, ſi tamen ejuſmodi quid inter eos conventum eſt, haud ſatis memores Electores exſtiterunt, incendium, ab Auſtriacis in Imperio ortum, niſi totali Auſtriacorum ruinâ, exſtingui vix poterit.

SECTIO II.

NEc Virtutes, aut animi dotes, quibus, familia iſta clareſcere, vulgò jactitatur, quiſquam objiciat, & Clementiæ in primis famam, quam apud multos habet: Quorum in ore pervulgatum eſt; nullum, in hac familia, unquam exſtitiſſe Tyrannum.

Nam Virtutum quædam ſpecies, etſi primo

(a) *Autor* des *Apocalyptiſchen* / doch Politiſchen / bedencken / von dem zu Franckfurt am Meyn angeſtellten *compoſitions* tage / *ſub nomine Irenæi* Heylands / *Anno* 1631. *editum*

(b) *Chytræus in Chron. Sax. lib. 29.*

mo intuitu ſeſe offerant; attamen iſtæ quoque non minus noxiæ, quam vitia, ſunt, quoties parando Regno finguntur: (*a*) Cumque novum Imperium inchoantibus utilis ſit Clementiæ fama; (*b*) iſta quoque Clementiæ in hac Domo affectatio, tanquam novi Imperii illecebra, eò magis ſuſpecta eſſe debet.

Et, quicquid Clementiam ac manſuetudinem ſuam jactent Auſtriaci, nobis, in libertate natis & educatis, placet generoſa illa Demoſthenis vox: Qui pleriſque aliis Antipatri humanitatem ac facilitatem laudantibus; Dominum, inquit, quantumcunque facilem repudiamus. (*c*)

Scipionem Africanum, licèt nullius criminis ſuſpectum, nedum convictum, Roma, adhuc libera, ferre non potuit: Nam, ut teſtatur Livius, (*d*) periculoſum erat, unum hominem eſſe caput, columenque Imperii, ſub umbra Scipionis Civitatem terrarum, Orbis Dominam, latere, nutus ejus, pro decretis Patrum, pro Populi juſſis eſſe.

Quemadmodum, Florentinos quoque ſuos Nicolaus Vzanus, ut Johannis Biccii, Medicæi, potentiæ ab initio obſiſterent, monuit, (*e*) demonſtrans; quam periculosè iſtiuſmodi hominem foveri, in quem omnium animi concurrerent: Facilè quidem principiis obſiſti, verum, dilata in moras, invaleſcere, tandemque difficulter reprimi poſſe.

Iſta quoque Domus Auſtriaca, quæ etſi criminis omnis expers eſſet, Libertati tamen no-

Z 5 ſtræ

(a) *Tac. lib. 4. annal.* (b) *Idem lib. 4. hiſtor.* (c) *Bodin. lib. 5. de Republ. cap. 6.* (d) *lib. 38. hiſtor.* (e) *apud Machiavell. lib. 4. hiſtor. Florent.*

ſtræ jamdudum nimia eſt, quæ nutus ſuos pro Decretis Ordinum haberi vult; quæ abſolutum dominatum re ipſa in Imperio uſurpat, & tantum verbis non profitetur, finibus noſtris expellatur.

Et, quod Alexander Magnus ait, (*a*) ſicut in corporibus ægris, nihil quod nociturum eſt, Medici relinquunt: Sic nos, quicquid obſtat Imperio noſtro (cujus fundamentum Libertas, non unius arbitrium eſt) recidamus.

Athenienſum, ſeu Epheſiorum oſtraciſmus, & Syracuſanorum petaliſmus, ne quidem virtutem eminentem in Republ. tolerare poterat: Vnde apud illos cautum reperiebatur, ne quis unus de illis excelleret; ſed, ſi quis talis exſtitiſſet, alio loco, & apud alios eſſet. Verebantur enim, ne Virtutis ſplendor clariſſimus, in uno Cive alorum oculos ac mentes ita perſtringeret, ut Libertatis obliti, excellenti virtute Viro ſervire, quam imperare mallent: Eoque magis metuendum id videbatur, ſi cum Virtute, generis nobilitatem, aut potentiam, aut rerum gerendarum uſum conjunxiſſet; atque ita, aut volentibus, aut invitis Civibus, Libertem de manibus, adhibita vi, extorquere poſſet. (*b*)

Itaque peccatum hujus pœnæ fuerunt, eminens Virtus, divitiæ, multitudo amicorum, aliave civilis potentia: Et exilium hoc illis indicebatur, qui cæteros gloria, divitiis, exiſtimatione ſuperarent, adeo ut, ſine ſuſpicione, in Civitate retineri non poſſent. (*c*) Nec oſtraciſmus erat improbitatis caſtigatio, ſed elationis ad perpetrandum facinus, ac gravioris

(a) *apud Curt. lib. 6. hiſtor.* (b) *Bodin. lib. 2. de Republ. cap. ult.* (c) *Plutarchus in Nicia.*

ris poteſtatis moderatio. (*a*)

Quâ ratione etiam hodiè Veneti, neminem temerè ex Optimatibus, qui vel inſigni Virtute, vel Spiritu, in gerendis rebus, cæteris antecellat, nimio plùs clareſcere, vel, collectâ gratiâ, potentem & clarum fieri patiuntur. (*b*)

Leo enim, ex monitu Periclis, (*c*) in Vrbe nutriendus non eſt, niſi nutrito obſequium præſtare velis.

Quod ſi ejuſmodi ambitioſa ingenia honoribus nimiis cumules; intumeſcent: Et primùm corrùmpent multitudinem; hinc rapient imperium; deinceps opprimient Civitatem; poſtremò, non aliter, quam truculenti Tyranni, devaſtabunt omnia. (*d*)

Nec ergo, ex Polybii ſententia, (*e*) unquam permittendum eſt, ut cujuſquam principatus in tantum creſcat, ut, neque de manifeſta injuſtitia, liceat apud eum dubitare.

Nos ſanè, perinde ut ſuperiùs allegati Populi, Virtuti bellum indicere nolumus, nec Virtutem è medio tollendam, cenſemus: Sed ſub Virtutum larva ac ſpecie, graſſantia vitia; Ambitionem, præpoſteram dominandi libidinem, perfidiam, perjuria, tyrannidem.

His enim vitiis Domus Auſtriaca abundat: Virtutis autem, aut boni quippiam, ſi forſan ſeſe prodat, id aut ſimulatum, aut certè modicum, imo perpauxillum, nec de eo valdè curandum eſt.

Nam, velut ſanguinis emiſſione, ac purgatione,

(a) *Petrus Gregorius lib. 22. de Republica. cap. 10.* (b) *Iovius lib. 1. hiſtor.* (c) *apud Ariſtophan. in ranis, quod etiam refert Val. Max. lib. 7. cap. 2.* (d) *Boterus lib. 1. Polit. illuſtr. cap. 7.* (e) *lib. 2. hiſtor.*

ne, plurimum etiam boni ſanguinis elicitur; fieri tamen hoc expedit, niſi vitæ velis periculum facere:(*a*)Ita Imperium noſtrum, ejuſmodi potenti, & omnibus formidoloſa familia evacuari oportet; etiamſi ea in totum mala non eſſet.

SECTIO III.

Removetur quoque rei difficultas.

DIcet aliquis, Auſtriacos tam altas in Imperio egiſſe radices, ut convelli, ſine convellentium exitio, non poſſint.

Cui nos reſpondemus, quod ſatius quidem fuiſſet, providere, ne aliquis, aut aliqua familia, in Republ. nimium creſceret: Vt vero res in eum ſtatum pervenit, non ſtatim deſperandum, aut manus demittendas, jugumve ſubeundum, ſed medicina utendum eſſe Ariſtoteles (*b*) præcipit.

Et optandum equidem foret, in eo rem conſiſtere ſtatu, ut mollior Medicina adhiberi, lenioribus fomētis exortus hic tumor diſcuti, & paullatim, ac per ambages, ſeu circumductioné aliqua vires hujus familiæ frangi poſſent; Ne, dum uno ictu præcipitatur, cauſſam arriperet, extrema, eaque præcipitia, ac Reipubl. periculoſiſſima experiundi.

Imo, modo res adhuc eſſet integra, ſatius judicaremus, non moveri in Auſtriacos bellum, quam motum omitti.

Vt enim Medici plus interdum quiete, quam movendo atque agendo proficiunt: Sic potius foret, omittere prævalida ac adulta vitia, quam hoc aſſequi, ut palam fiat, quibus flagitiis impares ſimus. (*c*)

Homines enim magnos, aut non fodiendos,

(a) *Clapmar. lib. cap.* 11. (b) *lib.* 5. *Polit. cap.* 3.
(c) *Tiberius ap. Tac. l.* 3. *annal.*

doſ, aut, ſi ceperis, exſtinguendos eſſe, ajebat Rainaldus Albizius, (*a*) Quod ſi tyrannis eorum concuſſa tantum fuerit, nec tamen everſa, crudeliſſimas bonorum ac fortium Civium ſtrages conſequi, tyrannidem vero firmiſſimis præſidiis ac munimentis, ſtabiliorem, quàm anteà, fieri neceſſe eſt. (*b*)

Auſtriaci itaque, nobis jugum excutere nequicquam annifis, velut comprobata dominatione, firmiores futuri ſunt; (*c*) exutaque ſimulatione, Monarchas palam induent: Nos autem, qui hucuſque, ſi non in Libertate, certè in Libertatis opinione viximus, ſervitutem noſtram apertè confitebimur.

Sed jam, ni fallimur, Auſtriaca Domus extrema tentavit, ac auſa eſt: Cadere de faſtigio poteſt; deſcendere non poteſt. Jam tumor hic totum Imperii corpus inflammavit: Jam in virulentum erupit cacoëthes, ac ad maturitatem pervenit. Imo jam, ſectione & uſtione uti, exorſi ſumus, ſtetimuſque armati, contra armatum Auſtriacum Imperatorem.

Pergendum itaque eſt, aut recidiva longè periculioſior ipſo morbo evadet.

Et, ut ne corporis quidem morbos, dicente Tiberio, (*d*) veteres & diu auctos, niſi per dura & aſpera coërceas: Ita non, niſi acerrimis remediis, & exciſa ipſa morbi radice, hunc Imperii noſtri morbum.

Obfirmentur ergo, & conſpirent, contra vipereum hoc genus, omnium, quicunq; ſervire dedignantur, animi: Magna enim adverſus Tyrannum victoriæ pars eſt, nolle amplius tyrannidem pati. (*e*)

Con-

(a) *ap. Machiavell. lib. 4. hiſtor. Florent.* (b) *Bodin. lib. 6. de Republ. cap. 4.* (c) *Liv. l. 34. hiſt.* (d) *apud Tac. d. lib. 3. annal.* (e) *Liv. lib. 6. hiſtor.*

Auſtriaci ſuperari poſſunt, ſublatâ Ordinum diſcordia.

Conſpirent, inquam, & removeatur, ante omnia, quæ omnium malorum cauſſa ac fomes eſt, Ordinum diſcordia: Depoſitis inimicitiis, & omni privato reſpectu, coëant inter ſeſe omnes cujuſcunque tandem religionis ſint, Imperii Ordines, ac in commune conſulant; ſtatimque potiſſimum, Auſtriacorum armorum robur concidiſſe, apparebit.

Noſtris enim viribus iſti nos conficiunt; noſtris diſcordiis vincunt; noſtra ſtultitia florent; vitia noſtra in gloriam, noſtrum damnum in commodum ſuum vertunt: Nec vaſtiſſima iſta Regna, quæ ſub utroque ſole poſſident, Germaniæ, ſi concors illa, & abſque inteſtinis diffidiis ſit, ſubjugandæ ſatis ſunt.

Cum exterorum auxilio.

Præter internas vires, adſunt nobis auxilio Exteri, potentiſſima illa Sueciæ ac Galliæ Regna: Quorum hoc ſempiterno & antiquo, illud recenti quidem, ſed memorabili, in Auſtriacos odio inclaruit.

Norunt hæ Nationes, initiis potentiæ vicinæ, nimium ac manifeſtè creſcentis, à vicinis, ex præcepto Thucydidis, (a) maturè occurrendum; facilèque ſibi augurari poſſunt damna, quæ Auſtriaci ab iis hucuſque paſſi ſunt, altâ illis manere mente repôſta: Nec itaque arma unquam deponent, niſi his, ante deletis, aut ita in ordinem redactis, ut nocere amplius non poſſint.

Non enim ſalutis modò noſtræ, ſed & propriæ ſecuritatis cauſſa, arma ſumpſerunt, & adhuc manibus tenent: Ne, Germania penitus ſubjugata, Hiſpanus, à multis victoriis potens & efferatus, bellum in illos transferat, ac ferrum in ipſorum viſcera, toto conatu, idque eò validius, ſtringat.

Ita-

(a) *lib.* I. *hiſtor.*

Itaque nos, vel inſcios, vel invitos & relu-ctantes, imo vel ingratos, ſervabunt, & ab Hiſ-panorum ſeu Auſtriacorum jugo tutos red-dent: Vt Parentes ægrotis liberis ſuis, etiam reluctantibus, medicamenta ingerunt; non ad ipſorum voluntatem, ſed ſalutem, & pro-prium ſuum ſolatium.

Legati Campanorum ad Senatum Roma-num inquiunt. (*a*) Pugnavimus verbo pro Si-dicinis; re pro nobis: Cum videremus, finiti-mum Populum nefario latrocinio Samnitium peti; & ubi conflagraſſent Sidicini, ad nos tra-jectum iri incendium.

Idem de Sueciæ & Galliæ Regnis judicium eſto.

Pugnant iſta verbis pro nobis; re vero pro ſemetipſis, in noſtro territorio: nec unquam Hiſpanos, Auſtriacoſve, plenos Germaniæ vi-ctores, aut maris Balthici Dominos, æquo ani-mo patientur. Res enim ipſorum quoque agi-tur, cum proximus paries ardet: Maluntque in alieno reſtinguere, quam in proprio experiri incendium.

Vtut ergo in ſummo potentiæ ſuæ culmine hucuſque ſteterit Domus Auſtriaca; ſtetit ta-men, ut experientia teſtis eſt, lubrico admo-dum veſtigio; valdeque jam vacillat, imo ad caſum inclinat.

Quod ſi, unà cum exteris his, communi eam niſu propellamus, facilè per abrupta in præ-ceps ruet.

(a) *apud Liv. lib. 7. hiſtor.*

CA-

Caput III.

De tertio reſtaurandi & firmandi Status Medio, *quod eſt, novi Imperatoris electio, & Capitulationis eidem præſcribendæ modus.*

Sectio I.

Novus Imperator eligitor,

Oppreſſâ & è medio ſublata hac Familia, qua vigente & florente Patriæ Libertas in tuto nunquam erit, Status Reipubl. & forma eadem, quæ Patrum noſtrorum memoria fuit, maneto: Ita, ut ipſa vis imperandi ac Imperii Majeſtas penes Ordines univerſos reſideat; adminiſtratio vero, ſed limitata & reſtricta, ſeu adminiſtrationis potius directorium, uni alicui, Imperatoris nomine, committatur.

à virtute, non nobilitate, aut divitiis:

Novus itaque Imperator eligitor: Inque ea electione, non tam Familiæ, aut divitiarum, & potentiæ, quum Virtutum, ac Prudentiæ tam civilis, quam militaris ratio habetor.

Militaris verò præcipuè, quæ, turbulentis noſtris temporibus, in inclinantis hac mundi fæce, omnium maximè neceſſaria eſt: Nam ea, quæ ad ſtatum Reipubl. ſpectant, per Imperii Senatum (de quo inferius) expediri poſſunt, imo & debent.

Nec dignitas hæc ultra tres perſonas in eadem Familiâ continuetur.

Vt autem libera electio ſemper in recenti memoria maneat, nec unquam obliteretur, Lex ſolenniter fertor, ac aliis Legibus fundamentalibus inſeritor: Ne, ex eadem Principum familia, tres Reges ordine creentur.

Ita enim Imperatorum ambitioni modus ponetur, nec illi potentiæ ſuæ augendæ nimium

mium ſtudebunt; ſi Imperium, ne quidem per electionem, ad tertium ſuum hæredem derivatum iri, prævideant.

Si quis autem nobis, qui Virtutum, non opum rationem haberi volumus, cum Moguntino (*a*) opponat; Non ea jam eſſe tempora, ut noſtræ gentis aliquis Cæſar infirmior creari poſſit: Illi cum Trevirenſi (*b*) reponimus. Si deligamus idoneum, ſatis Germaniam habere nervorum, atque potentiæ, quibus ſuſtineat hoc onus. Si quem igitur ſummæ rerum præficiemus, & noſtris copiis adjuvabimus, non eſt, quod Exteros metuamus: Modo idem ſentiamus & velimus omnes, in tuto res erit. Facilè enim ratio inveniri poterit, quemadmodum, noſtræ Gentis, Cæſar deſignatus, & domi retineat & foris autoritatem. *Objectio.* *Ad eamque reſponſio.*

SECTIO II.

Cum autem reditus Imperii, qui adhuc, tempore Friderici Barbaroſſæ, ſexaginta tonnas auri confecerunt, (*c*) hodie adeo exigui ſunt, ut Imperator vitam inde ſuſtentare nequeat; (*d*) qua de cauſa, in Auſtriaca Domo, quod ea, ob ditionum amplitudinem, ſuis ſumptibus imperatoriam dignitatem tueri poſſet, immemoriali penè tempore, continuatum eſt Imperium: Bona patrimonialia ejuſdem Domus Auſtriacæ, quæ ſatis optima & lauta ſub Imperio poſſidet, in fiſcum redacta, ad Imperatoris ſuſtentationem applicantor. *Media ſuſtentandi Imperatoris ab hæreditariis Auſtriacorum bonis ſumenda.*

Nec id abſque exemplo, nec iniquum, quin

(*a*) *apud Sleidan. lib. 1. hiſtor.* (b) *Ibid.* (c) *Sneidevvin. ad tit. Inſt. de hæred. qua ab inteſtato. tit. de ſucceſſione fiſci, n. 5.* (d) *Granvellan. apud Sleid. l. 17. hiſt.*

Caput III.

De tertio reſtaurandi & firmandi Status Medio, *quod eſt novi Imperatoris electio, & Capitulationis eidem praſcribendæ modus.*

Sectio I.

Novus Imperator eligitor,

OPpreſſâ & è medio ſublata hac Familia, qua vigente & florente Patriæ Libertas in tuto nunquam erit, Status Reipubl. & forma eadem, quæ Patrum noſtrorum memoria fuit, maneto: Ita, ut ipſa vis imperandi ac Imperii Majeſtas penes Ordines univerſos reſideat; adminiſtratio vero, ſed limitata & reſtricta, ſeu adminiſtrationis potius directorium, uni alicui, Imperatoris nomine, committatur.

à virtute, non nobilitate, aut divitiis:

Novus itaque Imperator eligitor: Inque ea electione, non tam Familiæ, aut divitiarum, & potentiæ, quum Virtutum, ac Prudentiæ tam civilis, quam militaris ratio habetor.

Militaris verò præcipuè, quæ, turbulentis noſtris temporibus, in inclinantis hac mundi fæce, omnium maximè neceſſaria eſt: Nam ea, quæ ad ſtatum Reipubl. ſpectant, per Imperii Senatum (de quo inferius) expediri poſſunt, imo & debent.

Nec dignitas hac ultra tres perſonas in eadem Familiâ continuetur.

Vt autem libera electio ſemper in recenti memoria maneat, nec unquam obliteretur, Lex ſolenniter fertor, ac aliis Legibus fundamentalibus inſeritor: Ne, ex eadem Principum familia, tres Reges ordine creentur.

Ita enim Imperatorum ambitioni modus ponetur, nec illi potentiæ ſuæ augendæ nimium

mium ſtudebunt;ſi Imperium, ne quidem per electionem, ad tertium ſuum hæredem derivatum iri, prævideant.

Si quis autem nobis, qui Virtutum, non opum rationem haberi volumus, cum Moguntino (*a*) opponat; Non ea jam eſſe tempora,ut noſtræ gentis aliquis Cæſar infirmior creari poſſit: illi cum Trevirenſi (*b*) reponimus. Si deligamus idoneum, ſatis Germaniam habere nervorum, atque potentiæ, quibus ſuſtineat hoc onus. Si quem igitur ſummæ rerum præficiemus, & noſtris copiis adjuvabimus, non eſt, quod Exteros metuamus: Modo idem ſentiamus & velimus omnes, in tuto res erit. Facilè enim ratio inveniri poterit,quemadmodum, noſtræ Gentis, Cæſar deſignatus, & domi retineat & foris autoritatem.

Objectio.

Ad eamque reſponſio.

SECTIO II.

CUm autem reditus Imperii, qui adhuc, tempore Friderici Barbaroſſæ, ſexaginta tonnas auri confecerunt, (*c*)hodie adeo exigui ſunt, ut Imperator vitam inde ſuſtentare nequeat; (*d*) qua de cauſa, in Auſtriaca Domo, quod ea,ob ditionum amplitudinem,ſuis ſumptibus imperatoriam dignitatem tueri poſſet, immemoriali penè tempore, continuatum eſt Imperium: Bona patrimonialia ejuſdem Domus Auſtriacæ, quæ ſatis optima & lauta ſub Imperio poſſidet, in fiſcum redacta, ad Imperatoris ſuſtentationem applicantor.

Media ſuſtentandi Imperatoris ab hæreditariis Auſtriacorum bonis ſumenda.

Nec id abſque exemplo, nec iniquum, quin

(a) *apud Sleidan. lib. 1. hiſtor.* (b) *Ibid.* (c) *Sneidevvin. ad tit. Inſt. de hared. qua ab inteſtato. tit. de ſucceſſione fiſci, n. 5.* (d) *Granvellan. apud Sleid. l. 17. hiſt.*

quin ubivis potius gentium uſitatum eſt: Vt, qui in Patriam deſiquerint, ac Perduellionis rei ſint, illi non Patria modo, ſed & vita eareant, eorumve bona publicentur, ac in Patriæ, cujus perniciem moliti ſunt, commodum vertantur.

Tarquinii, ob malefacta Roma expulſi, mobilia eorum direpta, ager publicatus, ac Matri conſecratus. (*a*) Hi tamen, utut crudeles & iniqui in Cives, Imperium validiſſimè auxerunt, Exteriſque ac hoſtibus fuerant formidandi.

Noſtri vero Auſtriaci, tam adverſus Cives, Tarquiniis tarquiniores extiterunt; quàm adverſus Exteros ita malè rem geſſerunt: Vt, quæ formidini olim fuit, Aquila Imperii, durante eorum adminiſtratione, omnibus facta ſit ludibrio.

Et ab Electoribus. Vlterius, cuncta ſcrutantibus, juſtiſſimum videtur, inde repeti, unde inopiæ cauſa eſt. (*b*)

Inopiæ autem cauſa, non exigua, ab Electoribus eſt: Quos Carolus IV. ut filium ſuum Wenceſlaum, monſtrum illud hominis, ad Imperium promoveret, pretio nundinavit: cumque illud repræſentare non poſſet, publica illis Romanæ Reipublicæ vectigalia obligavit; perpetuum Imperii malum. (*c*)

Hinc enim Romana poteſtas ad nihilum redacta, nec poſthac extollere caput Imperium potuit: Cum Principes Electores omnia ſibi retinerent, Imperatoremque jurejurando adigerent, ne pignora revocaret. (*d*)

Ita eviſceratum eſt Imperium: Rheni vectigalia,

(a) *Liv. l. 2. hiſt.* (b) *Tacit. libro 1. hiſtor.* (c) *Hartmannus Schedel in hiſtoriâ ſex ætatum mundi, ætate 6.* (d) *Æneas Sylvius hiſtor. Bohem. c. 33. Crantz. lib. 11. Saxon. c. 25.*

ctigalia quæ pro patrimonio erant Regno, inter Electores departita ſunt. Deplumata eſt Aquila, ut, in reliquum, ſit cæteris animalibus contemptui: Quid enim poteſt ſine pennis? (a)

Vnſer Herr der Keyſer/ oder König mögen jhren ſtat nicht mehr behalten. Der hochwirtig ſtat iſt abgezogen dem Reich von den Chur-Fürſten/vnd das vnſer Reich iſt kranck/blöde/ vnd ſchwach. Scribitur in reformatione Sigiſmundi Imperatoris, de Anno 1436. (b)

Has ergo furtivas, & mala fide poſſeſſas, pennas, ſi cornices iſtæ aut reddant, aut reddere compellantur, jam Aquila noſtra iterum in ſublime ſe extollere poterit, nec alio opus habebit ſubſidio.

Quantocunque enim tempore poſſederint, mala ſemper fide, & vitioſo titulo ea poſſederunt, & adhuc poſſident, nec ulla ſe præſcriptione tueri poſſunt. Cum nec mortales contra DEUM immortalem, nec privati contra Rempubl. præſcribant: Vt Themiſtocles, & Cato Major dixerunt; cum fundos Reipubl. ſecularibus curriculis poſſeſſos, à præſcriptione privatorum vindicarent. (c)

SECTIO III.

UNoquoque autem Imperatore mortuo, Ordines Imperii univerſi ſemper conveniunto: Gravamina, quibus à defuncto Imperatore ſe oneratos opinantur, conferunto: Et, ſi is poteſtatis ſuæ ſepta tranſiliiſſe viſus fuerit, acta ejus retractantor. Fu-

(a) *Crantz. lib.* 10. *Saxon. l.* 30. (b) *in proœm. apud Goldaſt. in* Reichs *conſtitution, reformation*, ordnungen vnd ausſchreiben *p.* 127.
(c) *Plutarchus in vitâ eorundem.*

Futuroque Imperatori, iiſdem de rebus, ſevera Lex, communi ſcitu præſcribitor; quam transgredi non liceat. Ita ſtatus Reipublicæ ac communis Libertas in eodem ſemper tenore conſervabuntur, initiiſque novatorum occurretur.

Nam omnem malum naſcens facilè opprimitur; inveteratum fit plerumque robuſtius: (a) Perinde ut

Quæ præbet latas arbor ſpatiantibus umbras
Quo poſita eſt primùm tempore, virga fuit.
Tunc poterat manibus ſummâ tellure revelli:
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis. (b)

Et hac Status Ratione, Poloni libertatem ſuam hucuſque propugnaſſe videntur: Licèt enim Reges eorum ſæpiſſimè ſolidæ potentiæ fundamenta, non exigua, jecerint; poſt mortem tamen illorum ea à Nobilitate, illico, cum pulviſculo ſublata ſunt.

Apud Venetos quoque, defuncto Duce, haud diſpari modo proceditur: Apud quos, hoc in caſu, quinque creantur Correctores, tres Inquiſitores. Et horum quidem munus eſt, perquā diligenter inquirere in Vitam ſuperioris Ducis, actaque univerſa; & obſervare, an diſceſſerit aliquatenùs à præſcripto Legum, & eum, ſi quid offendiſſe fortaſſe comperiant, illico differre. Pœna, quâ mulctandus ille foret, in hæredes transfertur: ſed mulcta pecuniaria tantùm irrogatur.

Partes vero Correctorum ſunt, videre & animadvertere, an novâ Lege quapiam, quâ is, qui futurus eſt Princeps, obſtringendus veniat, opus ſit, & an aliquid vitii ſit emendandum, quod exſtiterit in adminiſtratione demortui Ducis.

Horum

(a) *Cic.* 5. *Phil.* (b) *Ovid. l.* 1. *de remedio Amoris.*

Horum gratiâ, ſtatim ubi creati fuerint, ſeſe conferunt in ſedes attributas ipſis, &, quoties opus eſt, iterant conventum: Donec ea, quæ, vel immutanda, vel prorſus innovanda videantur, habeant conſtituta.

Rebus omnibus diligenter expenſis, atque animadverſis, ſignificant id Conſiliariis, & Præſidibus quadraginta Virorum, à quibus indicuntur Comitia, more & loco, uſitatis.

Congregatio Concilio, accedunt eò quinque Correctores, à quibus refertur de iis, quæ viſa fuerint, vel emendenda, vel in mores etiam inducenda: Et ſingula, vel approbantur, vel rejiciuntur, ſuffragiis adhibitis.

Qua ſanè ratione, quicquid opus habet emendatione, ſtatim corrigitur: Et, ſi quid erutum fuerit, quod expediat Reipubl. promulgatione Legis alterius, id facilè adſciſcitur. *(a)*

Imitemur ergo hunc Venetorum morem, Libertati conſervandæ apprimè accommodum. Et Electores quidem Correctorum vices ſuſtinento: Non ipſi tamen Capitulationes Cæſareas pro lubitu formanto, ac reformanto, ſed, ſi quid corrigere viſum fuerit, ad univerſale Ordinum Concilium deferunto.

CAPUT IV.

De quarto reſtaurandi & firmandi STATUS MEDIO, *quod eſt, diffidentiæ eradicatio, & vera confidentiæ reſtitutio.*

SECTIO I.

NE verò recidivam patiamur, & poſterior paroxiſmus vehementior ac nocen- *Concordia ſtudendum.*

(a) *Donatus Iannottus de Republica Venetâ.*

Futuroque Imperatori, iiſdem de rebus, ſevera Lex, communi ſcitu præſcribitor; quam tranſgredi non liceat. Ita ſtatus Reipublicæ ac communis Libertas in eodem ſemper tenore conſervabuntur, initiiſque novatorum occurretur.

Nam omnem malum naſcens facilè opprimitur; inveteratum fit plerumque robuſtius: (a) Perinde ut

Quæ prabet latas arbor ſpatiantibus umbras
Quo poſita eſt primùm tempore, virga fuit.
Tunc poterat manibus ſummâ tellure revelli:
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis. (b)

Et hac Status Ratione, Poloni libertatem ſuam hucuſque propugnaſſe videntur: Licèt enim Reges eorum ſæpiſſimè ſolidæ potentiæ fundamenta, non exigua, jecerint; poſt mortem tamen illorum ea à Nobilitate, illico, cum pulviſculo ſublata ſunt.

Apud Venetos quoque, defuncto Duce, haud diſpari modo proceditur: Apud quos, hoc in caſu, quinque creantur Correctores, tres Inquiſitores. Et horum quidem munus eſt, perquā diligenter inquirere in Vitam ſuperioris Ducis, actaque univerſa; & obſervare, an diſceſſerit aliquatenùs à præſcripto Legum, & eum, ſi quid offendiſſe fortaſſe comperiant, illico differre. Pœna, quâ mulctandus ille foret, in hæredes transfertur: ſed mulcta pecuniaria tantùm irrogatur.

Partes vero Correctorum ſunt, videre & animadvertere, an novâ Lege quapiam, quâ is, qui futurus eſt Princeps, obſtringendus veniat, opus ſit, & an aliquid vitii ſit emendandum, quod exſtiterit in adminiſtratione demortui Ducis.

Horum

(a) *Cic. 5. Phil.* (b) *Ovid. l. 1. de remedio Amoris.*

Horum gratiâ, ſtatim ubi creati fuerint, ſeſe conferunt in ſedes attributas ipſis, &, quoties opus eſt, iterant conventum: Donec ea, quæ, vel immutanda, vel prorſus innovanda videantur, habeant conſtituta.

Rebus omnibus diligenter expenſis, atque animadverſis, ſignificant id Conſiliariis, & Præſidibus quadraginta Virorum, à quibus indicuntur Comitia, more & loco, uſitatis.

Congregatio Concilio, accedunt eò quinque Correctores, à quibus refertur de iis, quæ viſa fuerint, vel emendenda, vel in mores etiam inducenda: Et ſingula, vel approbantur, vel rejiciuntur, ſuffragiis adhibitis.

Qua ſanè ratione, quicquid opus habet emendatione, ſtatim corrigitur: Et, ſi quid erutum fuerit, quod expediat Reipubl. promulgatione Legis alterius, id facilè adſciſcitur. *(a)*

Imitemur ergo hunc Venetorum morem, Libertati conſervandæ apprimè accommodum. Et Electores quidem Correctorum vices ſuſtinento: Non ipſi tamen Capitulationes Cæſareas pro lubitu formanto, ac reformanto, ſed, ſi quid corrigere viſum fuerit, ad univerſale Ordinum Concilium deferunto.

CAPUT IV.

De quarto reſtaurandi & firmandi STATUS MEDIO, *quod eſt, diffidentiæ eradicatio, & vera confidentia reſtitutio.*

SECTIO I.

NE verò recidivam patiamur, & poſterior paroxiſmus vehementior ac nocen- *Concordia ſtudendum.*

(a) *Donatus Iannotius de Republica Venetâ.*

centior priori exiſtat, ante omnia, cauſſa & origo omnis mali in Imperio Diffidentia inter Ordines ac ſimulates, è medio tolluntor, priſtinaque Concordia & Confidentia ſancitor.

Quomodo namque diſcordiâ & diffidentiâ res noſtræ attritæ, dilapſæ, & ad unam iſtam Domum, quæ omnium cervicibus jam imminet, devolutæ ſunt; Ita non, niſi concordiâ & confidentiâ reſtituentur, ac rurſus firmabuntur.

Adeoque noſtros hic monites volumus, quod T. Quintius Græcos olim monuit: *(a)* Vt concordiæ in Civitatibus, Principes, & in commune, omnes Civitates conſulerent. Adverſus conſentientes, nec Regem quenquam ſatis validum, nec Tyrannum fore: Diſcordiam & ſeditionem omnia opportuna inſidiantibus facere.

Sed quibus mediis Concordia, non obtineri, verum ſtabiliri potius & conſervari poſſit, ardua, ſatiſque impedita quæſtio eſt, & dignus vindice nodus.

Gravamina tollenda.

Sanè, niſi gravaminibus Ordinum, quæ indies magis magiſque coacervata ſunt, è fundamento ſublatis, nullam inter eos ſinceram amicitiam coire poſſe, certum eſt.

Ordines itaque imperii, tam Pontificii, quam Proteſtantes, in certum locum congregantor: Amicèque, ac fraternè inter ſe tractanto, ac tranſigunto: Quod quo facilius fiat, quiſque de præconcepto ſuo jure, ac præfracto ſenſu paululum concedito.

Ab utraque parte hic peccatum est.

Nam Iliacos intra muros, & extra, peccatum eſt; & nos ingenuè fatemur: Quod noſtræ quoque Religionis Principes ac Proceres aliquando, non ſoli Pontificii, in culpâ

(a) *apud Liv. lib. 34. hiſtor.*

culpâ hîc ſint, liteſque ejuſmodi, ſeu intempeſtivo pietatis zelo, ſeu eccleſiaſticorum bonorum aviditate, ſeu præpoſtera ambitione, excitârint, quas tranquillitati publicæ merito condonare debuiſſent.

Idque jam olim intellexit, magnæ Vir prudentiæ, Zacharias Geitzkofler/ quando ad Cardinalem Cleſelium ſcripſit, *(a)* peccari intra muros, & extra, vnd gehe beyderſeits viel intempeſtivè vor/ ſo / zu verhütung mistrawen vnd verbitterung / wol vnterlaſſen werden könte.

Idemque Philippus, Pomeranæ Dux, profundæ doctrinæ, & magni judicii Princeps, verum eſſe, agnovit, *(b)* Man habe/ etlicher örter / Evangeliſchen theils/ den bogen auch zu hoch geſpannen/ vnd allzu-hitzige Conſilia, vnd viel privat reſpecte mit vnterlauffen laſſen.

Quare, ut dictum, quiſque alteri concedito, ipſique Ordines eodem modo, ut Auguſtæ, Anno 1530. factum eſt, inter ſe, de controverſiis ac difficultatibus hinc inde motis, amicè tranſigunto ac conveniunto: Quod vero convenerit, Imperatori promulgandum injungunto.

SECTIO II.

PRæcipua autem gravamina diſſidium, è religione ortum concernunt, ex quo omnia in Republ. mala prodierunt: Quod ipſi quoque Receſſus Imperii fatentur, (c) daß ſolcher zwieſpalt der religion eine gewiſſe *Diſſidentia præcipuè ex religionum diſſidio orta.*

(a) *de dato* Vlm/ 8.18. *Febr. Anno* 1621. *apud Lundorp. tomo* 1. *actor. publicor.* 10. *cap.* 31. p. 1453. (b) *in liter. ad Electorem Saxoniæ de dato* Alten Stettin 31. *Martii Anno* 1615.
(c) *de Anno* 1548. §. vnd nachdem wir vns.

wiſſe Wurtzel vnd Haubt-vrſach ſey alles übels/Vnglücks/vnd vnfals teutſcher Nation; daraus nicht allein viel vnrichtige / ſondern auch alles mistrauwen/ vnfreundſchaft/ vnd vnwille/ zwiſchen gemeinen Ständen erfolget iſt.

Hæc ergò cauſa ſubmovenda, & hic, velut fons, obturandus eſt, ex quo mala omnia indeſinenter profluunt.

Vnam ſanè religionem in uno Regno, unave Republica teneri, non divinis modo præceptis conforme, ſed & politica ratione conſultius eſt: Cum vix in civilibus coaleſcant ſubditorum animi, niſi in ipſa actionum ſumma, religione ſcilicet, priùs conveniant.

Quapropter Melchior de Oſſa Auguſtum, Saxoniæ Electorem, prudentiſſimè monuit;(a) ut non unam modo religionem in ditionibus ſuis tueretur, ſed & diſcordiis Theologorum, in prima herba, occurreret: dann/wo ſpaltung vnter den Theologen vnd Predigern eines Reiches/ oder Landes einwurtzelt / erfolgen bald hernach vnter den Einwohnern/ rotten/ zwitracht/vnd viel übels: Vnd iſt warer einigkeit nichts ſo hoch entgegen / als ſpaltung in der Religion, vnd Chriſtlichen lehr.

Sed in noſtro Imperio optare iſtud potiùs, quam ſperare licet. Firmiores enim in eo radices egerunt diverſæ religiones, quam ut armis, ſine totali Imperii exitio, exſtirpari poſſint. Et hinc, & illinc argumenta; & hinc, & illinc arma ſunt: Quiſque ſuæ fidei, linguâ, manuque patrocinatur.

Mode-

(a) Im bedencken/wie eine Obrigkeit in jhrem Regiment eine rechtmäſſige Juſtitz erhalten könne. *parte 1, c. 1.*

Moderatores itaque Imperii neceſſum eſt, ut in eo genere prudentem navis gubernatorem imitentur; qui cum eo, quo cupit, pergere non poſſit, eo, quo poteſt, curſum dirigit, ac, ſæpe velificatione mutatâ, procellis tempeſtatibusve contemperat; Ne, ſi adverſantibus ventis, recto curſu portum tenere velit, ſemper ſubvertat, ac naufragium patiatur. *(a)*

Saluberrimum huic modo remedium fuit Pax Religionis, Anno 1555. inſtituta, in eum finem, ut antiqua confidentia & concordia inter Ordines ſtabiliretur, **alle nachdenckliche vnſicherheit aufzuheben/ der Stände vnd Vnterthanen Gemüter / widerumb in ruh vñ vertrawen gegeneinander zu ſtellen/ die Teuſche** Nation **vor endlicher zertrennung vom vntergang zu verhüten.** *(b)* *Cui olim à Pace Religionis remedium fuit.*

Atque utinam Pax iſta, variis cuniculis debilitata, ac tandem ſubverſa non fuiſſet! forſan magis adhùc ſerena Imperii noſtri eſſet facies. Cum jam, exacerbatis utrinque odio animis, Auſtriaci interim in turbulentâ hac aquâ piſcati ſint, ac religionum factiones in commodum ſuum verterint.

Pax itaque iſta Religionis poſtliminio reducitor: Scrupuloſæ magis, quàm fructuoſæ diſputationes, contentionum unicæ matres, ſubmoventor: Omniaque Germanâ antiquâ (nam de nova iſta Germaniæ ſeu facie, ſeu larva, multis perfidiæ maculis deturpata, qualem Auſtriaci & Saxo Elector induxerunt, nihil nobis rei eſt) Germana, inquam, antiqua, hoc eſt, ſincera fide aguntor. *Illa itaque reducenda.*

A a Cer-

(a) *Bodin. lib. 3. de Republ. c. 7.* (b) *Receſſus Imperii de Anno 1559.* **§. In ſolcher fürgeſetzter.**

Certæ quoque Auſtregæ quædam, cum renunciatione omnium ſubterfugiorum; conſtituuntor. Per quas ſi quid, poſt Pacem Religionis de novo ſancitam, controverſi inter Ordines emerſerit, decidatur.

Prohibitis privatis diſputationibus & gloſſis. Declaratio ejuſdem Pacis Religioſæ publico Ordinum Conventui reſervator: Privatæ vero interpretationes ac gloſſæ, quæ proximis abhinc annis, ab utraque parte emanârunt, tanquam concordiæ peſtis, diffidiorumque fomes, exſulanto, & impoſterum ſeverè prohibentor. Adeoque antiquiſſima iſta Lycurgi Lex, quam Florentini, diſputatores omnium ſubtiliſſimi, in populari ſtatu juſſerunt, ne, ſcilicet, de rebus, ſemel receptis ac probatis, diſſerere liceret, (*a*) hic inprimis obſervator.

Si enim Iuſtinianus juri ſuo privato Commentarios; præter ea, quæ *Paratitla* vocant, annecti, prudenter & rectè interdixit; (*b*) cui prohibitioni ſi proximis ſeculis ſtetiſſimus, minus intricatum jus, & juſtitiam magis expeditam, indubiè habuiſſemus: Quanto magis idem in fundamentali hac Imperii Lege, à quâ ſalus & tranquillitas Reipublicæ ſine controverſiâ dependet, faciendum eſt?

Deque eo jam olim, Anno 1608. in Comitiis Ordines Imperii prudenter ſolliciti fuerunt, Iſt bey der berathſchlagung fürkommen/ (c) daß ſich hin vnd wider/ Scribenten befinden / ſo ſich faſt bemühet / in privat-ſchriften vnd gedruckten Büchern/ den Religion-Frieden / nach ihrem privat-Verſtande zu deuten/ auszulegen/ vnd zu diſputiren; daſſelbe aber/ neben

(a) *Bodin. libr.4. de Republica, cap. ult.*
(b) §. 20. *de confirmat. Digeſt.* (c) *Id factum die Saturni 6. Febr. ante meridiem.*

neben dem es/ der im Jahr 1577. aufgerichteten Policey-Ordnung/ ſonderlich im 35. titul vom Buchdrucken §. wann wir nun/ &c. mit dem folgenden §. vnd ſetzen/ordnen/&c. gantz vngemäß / vnd zugegen iſt; auch leichtlich den Ständen/ zu vngleichem verſtande/ vnd mißträwlichen nachdencken / anlaß geben könte: Iſt derhalben ins gemein nicht für rathſam oder überflüſſig ermeſſen / bey der Römiſchen Keyſerlichen Mayt. oder deren hoch-anſehnlichem Herrn Commiſſario, Alter vnd Vnterthänigſte erinnerung zu thun / damit der Paſſawiſche vertrag / auch darauff gefolgte/ vnd Anno 1555. beſchloſſene Religions-friede/ an ſeinen kräfften beſtändig bleiben / vnd das Bücherſchreiben / ſo dem zu Augſpurg auffgerichteten Religions frieden vngemäß vnd widerwertig / oder zur vnruh vnd weiterung vrſach geben könte/wie in obgemelten verſen der Policey-Ordnung/ohne das/wol verſehen/ bey denen darin angedräweſen ſtraffen / eingeſtellet werde.

Quam declarationem Electores Ferdinando, tunc temporis Cæſaris Rudolphi Commiſſario, dederunt. *(a)*

Inprimis vero odium iſtud Vatinianum quo alter alterum,diverſam Religionem ſecutum, perſequitur, ex animis hominum, quantum pote, eradicator; & quiſque ſua fide vivito, ſtatoque, caditoque.

Cum enim divinitas patiatur multas religiones eſſe;quare nos unam audeamus imponere? Inquit Theodatus, inter Conſtitutiones regias Gothorum. *(b)*

A a 2 Nec

(a) *Zacharius* Geitzkofler im bedencken an Keyſer Matthias / wegen des Reichs-tags *An.* 1612. *de dato* 15. 25. *Octobr.* (b) *apud Goldaſt. tom. ult. Conſtit. Imp.* 113.

Nec tamen, ſine freno, quarumvis ſectarum evagetur licentia, Religionum tolerandarum numerus certus definitor: Reliquis ſectariis Imperio ſeverè interdicitor.

Æqualitas ſubique ſervanda. Præ aliis autem omnibus Ordinum intentio in ſanctione Pacis Religioſæ ad eum ſcopum collimato, ut inter Religiones æqualitas ſervetur, nec una alteri, vel in leviculis rebus præferatur.

Æqualitas enim bellum non parit: Contra vero inæqualitas inter eos, qui pari jure ſe cenſeri, æquum eſſe autumant, omnis diffidentiæ, odii, ac diſcordiarum mater eſt.

Nec ulla regula naturali æquitati magis congruit, quàm ut, quod in altero quis æquum eſſe crediderit, eodem ipſemet jure utatur: Vixque in alterum, alteriuſve Religionis factionem id quis ſtatuet, quod in ſe, aut ſuæ Religionis complices ſtatui non volet.

Quod ſi quis, cujuſcunque is tandem religionis aut dignitatis ſit, Pacem Religionis ſemel iterum firmatam, in controverſiam vocare, labefactare, aut cuniculis ſubruere, tentaverit, in illum, poſthabito omni Religionis ac dignitatis reſpectu, ſeveriſſimè, pœnâ Banni, & privationis bonorum, famæ, vitæque animadvertitor; omneſque ambages in procedendo, ac exſequendo abſcinduntor.

SECTIO III.

Primus Pontificiorum ſcrupulus. FOrſan difficiles ſeſe hic præbituri Pontificii ſunt, qui bona Eccleſiaſtica, in quorum pacificâ poſſeſſione Proteſtantes Principes ac Ordines ad hoc uſque bellum fuerunt, nullo

jure

jure ab iis occupata, & antiquis poſſeſſoribus erepta eſſe, adeoque ſe tanquam ſpoliatos, ante omnia reſtituendos eſſe, calamitatibus. Imò cum ſemel Deo dicata ſint, ea per tranſactionem alienare, aut permittere, ut ad alios, quàm ad quos primâ fundatione deſtinata ſunt, uſus applicentur, in ſua poteſtate, aut eſſe, aut fuiſſe negabunt, Haben nicht macht/ Ertz/ Stiffter/ Clöſter / vnd Kirchengüter GOtt abzuſprechen / vnd den Weltlichen einzuräumen / oder der fundatoren löblichen intent wiſſentlich zu wider zu thun. (a)

Circa eum quidē articulum non adeò ſollicitè anquiremus: utrum ne, profuſa iſta, in Eccleſiam, largitio, Religioni ſalutaris, an noxia; &, num collata in Eccleſiam bona, aut non dediſſe, aut data iterum abſtuliſſe, è re potius Eccleſiæ fuerit? *Cui reſpondetur, Divitias Religioni noxia eſſe videntur.*

Majorum quidem noſtrorum ſuperſtitio, maxima libertate erga cultum Domus Dei, & omnem Clerum uſa, ampliſſimas Regni divitias, ad decorem & gloriam Eccleſiæ intorſit; in tantum, ut Epiſcopos, qui, propter animarum regimen, *Principes* erant *cæli*, eoſdem *Principes* efficeret *Regni:* Quomodo de Ludovico Pio Helmoldus (*b*) ſcribit.

Eadem tot, tantaque, in hos & alios quoque inferiores Clericos ac Monachos, pietatis intuitu congeſſit, ut illi fiſci magis, quàm Chriſti fierent officiales, velut Petrus de Aliaco de iis conqueſtus eſt. (*c*)

A a 3 Nec

(a) Beweiß/warumb die Päbſtiſche den Evangeliſchen nicht weichen können / *contra* des Geiſtlöffters *rationes*, auß der Meintzſchen Cantzeley. (b) *lib. 1. Chronic. Slav. c. 4.* (c) *Ex Stumphio Ventura de Valent. in parthen litig. lib. 1. c. 6. n. 12.*

Nec ullus penè locus amœnitate, aut fertilitate conſpicuus fuit, quem iſti religioſuli idolis ſuis non occuparent; Rectèque dici de illis potuit, quod de Iudæis Oſeas (*a*) dixit: Iuxta ubertatem terræ ſuæ exuberavit ſimulacris.. Quod Lutherus reddidit, **Wo das Land am beſten war / da ſiffteten ſie die ſchönſten Kirchen.**

Sed, ut Auguſtinus, jam ſuo ſeculo, conqueſtus eſt: Cum lignei eſſent calices, aurei erant ſacerdotes; poſtquam vero calices aurei redditi, ſacerdotes è contra lignei effecti ſunt: Et Religio peperit quidem Eccleſiæ divitias; filia vero devoravit matrem.

Ideoque Eccleſiis auferenda.

Nec forſan injuriâ ergo Fridericus II. Imperator, Anno 1227. ad priſtinam humilitatem Clericos reducere conatus eſt. Habemus, inquiens, (*b*) conſcientiæ puritatem, ac per conſequens, Deum nobiſcum, cujus teſtimonium invocamus: quia ſemper fuit noſtræ voluntatis intentio, Clericos, cujuſcunque religionis, ad hoc inducere, & præcipuè maximos ad illum ſtatum reducere, ut tales perſeverent in fide, quales fuerant in Eccleſiâ primitivâ, Apoſtolicam vitam ducentes, & humilitatem Dominicam imitantes. Tales namque Clerici ſolebant angelos intueri, miraculis coruſcare, ægros curare, mortuos ſuſcitare, & ſanctitate, non armis Principes ſibi ſubjugare. At iſti, ſeculo dediti, & inebriati deliciis, Deum præterponunt, quorum ex affluentia divitiarum, Religio ſuffocatur. Talibus ergò ſubtrahere nocentes divitias, quibus damnabiliter onerantur, opus eſt charitatis potiùs,

(a) *c.10. verſ.1.* (b) *apud Goldaſt. tom.3. conſtituit. Imp. p.* 375.

tiùs,quàm erroris. Ad hoc vos omnes Principes una nobiſcum, ut cuncta ſuperflua deponentes, modicis rebus contenti DEO ſerviant, omnem, quam poteſtis, debetis diligentiam adhibere.

Cum vero hujus Friderici, tanquam ſciſmatici, autoritas levicula ſit forſan Pontificiis, Sigiſmundum certè Catholicum fuiſſe, non diffitentur: Cujus tamen eandem fuiſſe mentem, ex ejuſdem reformatione de Anno 1646. (a) apparet, man ſol wiſſen/ daß nothdürftig iſt/ als vor geſchrieben ſtehet/ von den Biſchöffen/ vnd Aebten/ vnd den Geiſtlichen Häubtern/ daß ſie kein Schloß/ Veſte/ noch ſtete/ zwing/ noch pan haben ſollen/noch recht iſt. Sie ſollen alle ſtehen vnd fallen/ an einen Römiſchen König/zu dem Reich/der ſol ſie zu Lehen machen den Herren/Rittern/vnd Knechten/ vnd Reichs-Städten/daß ſie dem Reich beyſtändig ſeyn.

Quodque idem Sigiſmundus Imperator de Monarchis dixit, (b) de omnibus generatim Clericis jure dicere licet, ein hofertiger Münch/ oder ein Reicher Münch/ oder ein gewaltiger Münch/ der iſt nichts wehrt.

Intentio autem Sigiſmundi erat, ſummo Pontifici, Cardinalibus, Epiſcopis, Abbatibus, Monachis, & Clericis, legem, neceſſaria hujus vitæ poſſidendi, reſtrictam conſtituere, & unicuique, pro conſtitutione ſui ſtatus, certam pecuniarum ſummam, in annuos ſumtus, aſſignare: Quicquid autem ſupereſſet Eccleſiæ redituum, fiſco importaretur communi, & in uſus ſervaretur bellicos, contra Turcas, Chriſti adverſarios,

(a) *cap. 37. apud Goldaſt. d. tomo. p. 187.* (b) *d. Reform. c. 23. apud Goldaſt. d. loco p. 103.*

pugnandi. (*a*) Sed Clero refragante, & variis artificiis,induſtriam ejus eludente,ad optatum finem pervenire non potuit.

Sed mittamus iſthæc, & ea, quæ ſemel Deo dicata ſunt, à ſacris uſibus diſtrahi, abſque crimine ſacrilegii,non poſſe,unà cum Pontificiis, ſtatuamus.

Bona Eccleſiaſtica Dei, non Clericorum aut Monachorum ſunt.

Meminerint tamen illi, Clericos ſuos & Monachos, precarios tantum, ſeu poſſeſſores ſeu detentatores,non Dominos,bonorum Eccleſiaſticorum, aut eſſe, aut olim fuiſſe.

Quem enim latet, univerſa Eccleſiarum & Monaſteriorum bona, ſive Epiſcopali menſæ, ſive Collegio alicui aſſignentur, in abſolutum illius dominium minimè tranſire? Quippe quod penes eum, cui dicata ſunt, Deum nimirum, primario permanent, quibus hi, ceu precarii poſſeſſores, commodatis ab eo, poſſeſſionibus, ad vitæ tempus, utuntur, fruuntur. Quemadmodum etiam, inter alia, ex toties inclamata voce, *Patrimonium Chriſti*, patet. (*b*)

Modo igitur Chriſto relinquatur ſuum; ſibi patrimonium,& uſibus ſacris deſtinentur hæc bona,utrum Ordini, primitus in illis inſtituto relinquatur, necne, parum intereſt.

Idque jure etiam Pontificio;quo Monachis, qui ſeculariter vivunt, & alios exemplo corrumpunt, ſi incorrigibiles ſint, ejectis,fratres alterius Ordinis inducere licet. (*c*)

Magiſtratui ſeculari.

Nec aliud remedium videtur, quando perſonæ Eccleſiaſticæ abutuntur bonis ſuis, nec in debitos uſus eos convertunt, quàm ut cura

(a) *Ex Trithemio Goldaſt.in ration. Conſtit.Imper. p.*107. (b) *Ex Renato Choppino Autor Informationis* in der vier Clöſter-ſachen. (c) *c. relatum. Ne cler. vel monachi.*

cura & ſollicitudo Principis, & ſuperioris, ad ipſum illos cogat. (a)

Ita, cum Sacerdotes reditus templi in deſtinatos uſus convertere negligerent, Rex Ioas eos deinceps prohibuit accipere pecunias, & conſtituit, ut à ſummo Pontificè, ac ſcriba Regis, in templi neceſſitatem illæ erogarentur. (b) *Competit in ea inſpectio, & Clericorum reformatio.*

Iure quoque Pontificio ſtatutum eſt, (c) filiis, nepotibus, ac honeſtioribus propinquis ejus, qui conſtruxit vel ditavit Eccleſiam, licitum eſſe, hanc bonæ intentionis habere ſolertiam, ut ſi ſacerdotem, ſeu miniſtrum, aliquid, ex collatis rebus, præviderint defraudare, aut commonitionis honeſtæ conventione compeſcant, aut Epiſcopo, vel Iudici, corrigenda, denuncient. Quod ſi talia Epiſcopus agere tentet, Metropolitano ejus hæc inſinuare procurent. Si tamen Metropolitanus talia, Regis hæc auribus intimare non differant.

Ex quo conſtat, Magiſtratui ſeculari ſupremam competere inſpectionem bonorum eccleſiaſticorum; ut ea rectè adminiſtrentur, & in debitos uſus erogentur.

Nec prætereundum hic eſt Heinrici II. quem *Sanctum* vocant, exemplum: Qui, cum Monachi Fuldenſis Cœnobii, propter deformatiſſimam vitam, in deriſum omni populo veniſſent, ſæpiuſque, à Sancto Imperatore moniti, pravos mores emendare contemnerent, cum ſciret, eos nimia divitiarum abundantia factos contumaces, multa bona & poſſeſſiones auferri ab iis præcepit, & aliis monaſteris diſtribuit. (d)

(a) *Petrus Gregor. l. 13. de Republ. cap. 17.* (b) *2. Reg. 12. v. 6. & ſeq.* (c) *c. filius 16. qu. 17.* (d) *Abbas Trithemius in Chron. Hirſaug. ſub Anno 1012.*

Carolus etiam IV. Moguntiæ, præſente Pontificis Legato, in luxuriam Clericorum acriter invectus, palàm minatus eſt; mutaturum perſonas, operamque daturum, ut pii Viri & digni fruerentur beneficiis eccleſiaſticis: Nam in pios uſus contributa eſſe illa bona:, (a)

Filium Caroli Sigiſmundum, Reformationis licentiam, in bonis & perſonis eccleſiaſticis, ſibi arrogâſſe, patet, ex reformatione, tempore Baſilienſis Concilii, Anno 1436. concepta: Quâ Epiſcopis & Clericis refragantibus, pœnam depoſitionis; monaſteriis vero, & clauſtris pœnam deſtructionis comminatus eſt, Ob die Geiſtliche Häupter vngehorſam wären / vnd ſoll man ſie berauben aller jhrer Pfründen/ vnd ſollen vm die ämpter kommen. ſeyn/es ſeyn Biſchoff/Doctores, oder Prieſter. Seynd es Clöſter / ſo ſoll man ſie zerſtören gantz vnd gar.(b) Et non ita multo poſt (c) ſequitur: Wollen die groſſen Prælaten ſich nicht laſſen ordnen/ſo muß man dieſe ordnung halten/vnd das ſchwert brauchen: Man muß vnkraut auß dem garten jetten vnd erſuchen. Et rurſus:(d) Mancher reit in den todt/von ſeines Herren willen: Viel mehr ein Abt/ vnd ſeine Münche haben Gott gelobet den Orden zu halten. Oder man thut ſie gar ab/ das iſt nicht wider Gott.

Proteſtantes quoque Principes, cum vitam Clericorum & Monachorum conſiderarent, qui ſine defectu pauperes & ſine deſpectu hu-

(a) *Naucl. vol. 3. Chron. gr. gener. 46. Hier. Mutius lib. 25. Chron. Germ. Autor. Paral. ad Abb. Vrſperg.* (b) *In reform. Cler. c. 3. §. 14. ap. Gold.* der Reichs *conſtit. reform.* ordnungen vnd außſchreiben *p. 172.* (c) *cap. 4. Ibid.* (d) *Ibid. c. 24. n. 3. Goldaſt. ibid. p. 183.*

humiles ſunt, nihil habentes, & univerſa exigentes, voto (inquam) & nomine pauperes, victu & conſervatione Reges, ut in illorum buccis rubentibus, & obeſis craſſiſque patet corporibus; (quibus verbis in Mendicantium oculis feſtucam notat Paulus Langius, Cignæus, Monachus Bozawienſis, (a) Ordinis S. Benedicti, ipſe trabem in ſui Ordinis haud advertens) Rectè fecerunt, & quod ipſis, ratione officii, incubuit, quando laſcivientia iſta otio pecora, & fruges tantum corrumpere natos ventres ejecerunt, eorum in locum ſubſtitutis pauperibus, pupillis, ſcholis & ſimilibus: Nec vero Domino ea bona ereptum iverunt; ſed, à perperis iſtis detentatoribus erepta, eidem potius iterum vindicarunt, remotoque abuſu in verè pios uſus, ſecundum antiquiſſimorum Fundatorum intentionem, reduxerunt.

Secundum antiquiſſimorum, inquam, Fundatorum intentionem: Negamus enim, quicunque non Pontificiæ ſectæ ſumus, antiquiſſimarum fundationum tenore, bona iſta eccleſiaſtica Pontificiæ ſuperſtitioni eſſe mancipata, die Stånde Augſpurgiſcher Confeſſion können dem andern theil nicht nach geben / noch geſtåndig ſeyn / daß die Stiffte vnd Clöſter allzugleich / auff die genandte Catholiſche vnd Påbſtiſche Religion, wie die itzo im ſchwang gehet/ fundiret vnd geſtifftet: dieweil der ſelben älteſte fundationen vnd ſtifftungen ein anders mitbringen/ nemlich den rechten wahren Gottesdienſt darin zu üben/ item die jugend beyder geſchlechter / zu Chriſti übung / zu guten künſten/ zu nützlicher arbeit aufzuziehen. *Primorum fundatorum intentio.*

A a 6 Hoc

(a) *In Chron. Citizenſi.* (b) *Replic. Proteſtant. Ordinum ad Catholic. reſponſum ſeu refutatorium ſcriptum, quod eorum gravaminibus oppoſuerant in Conventu Ratisb. Anno 1597.*

Hoc propoſito Carolus Magnus tot fundavit monaſteria: Vt nimirum, juventus, benè in illis inſtituta, utilis eſſet exemplo, & doctrinâ hominibus, &, qui in illis conſeneſcere, mundi ſtultitiâ & pompâ contemtâ; contemplationi & orationi ſe tradentes, ſtatuerent, docerent morum probitatem, veramque religionem populum. (*a*)

Ob hanc quoque cauſam Ottho Magnus ſtatuit: Ne quis in Monaſteria accipiatur, aut improbæ mentis, aut abjectæ indolis, ſed qui apti eſſent, ad benè inſtituendam juventutem, morum ſanctimoniâ, ingeniique cultu. (*b*).

Vnde notabiliter à Trithemio Abbate ſcribitur: (*c*) Quod in monaſteriis hæc conſuetudo olim celeberrima fuerit, ut ſcholæ Monachorum in ſingulis penè Cœnobiis haberentur; quibus, non ſeculares homines, ſed Monachi, moribus & eruditione præficiebantur nominatiſſimi: Qui, non ſolùm in divinis ſcripturis docti eſſent, verùm & in Mathematica, Aſtronomia, Arithmetica, Geometrica, Muſica, Rhetorica, Poëſi & in cæteris omnibus, ſecularis literaturæ ſcientiis eruditiſſimi haberentur.

Vtinam verò, inquit idem, (*d*) de ſui temporis moribus, tale ſtudium hodie in noſtris haberetur monaſteriis! quàm multa bona fierent, infinita mala prohiberentur. Sed non omnibus ineſt amor ſcientiæ Scripturarum: Propterea noſter Ordo ſacratiſſimus, quaſi ſine honore, jacet ſepultus. Duo quondam ipſam ordinem noſtrum glorioſum reddi-

(a) *Hieron. Mut. lib. 9. Chron. Germ.* (b) *Idem. l.* 13. (c) *in Chron. Hirſaug. ſub Anno* 890. (d) *Ibid. ſub Anno* 952.

reddiderunt; *Vita meritum, eruditio Scripturarum:* Quorum dum alterum intermittunt, ad alterum raro pervenitur.

Quod ſi, è Proteſtantibus Ordinibus aliqui, in Reformatione privatam rem ſuam, haud divinam egerunt, malè quidem eos feciſſe, negandum forſan haud erit: Pontificiorum tamen non magis eâ de re notio eſt, quàm Proteſtantium, quod ipſimet Pontificii aliquam-multa monaſteria & eccleſiaſtica bona, ab auſterâ primorum Fundatorum regulâ deflectentes, & licentioſiorum vitam ſecuti, in alios, quàm ad quos primitus deputata erant, uſus converterunt.

Ipſi Pontificii à primâ bonorum eccleſiaſticorum fundatione receſſerunt.

Ita Bruſchius in ſuâ, ab Imperatore Ferdinando I. privilegiatâ, & Ingolſtadii excuſa Germaniæ Monaſteriorum chronologiâ, (*a*) octo inſignia Monaſteria recenſet, quæ ſublatâ prima fundationis regulâ, partim in alium modulum liberioris vitæ mira quadam metamorphoſi transfuſa, & ex Monachis regularibus Canonici ſeculares, (quos, *monſtra ſine exemplo, Regulares ſine regulâ, Canonicos ſine Canone* Cranzius, (*b*) Sigiſmundus autem Imperator (*c*) à libertate vitæ GOttes Junckern vocat) facti; partim expulſis Monachis & monialibus, ad Epiſcopalis menſæ uſus, fiſco addicta ſunt.

Et notabiliter de Abbate Weiſſenburgenſi hic Brunſchius ſcribit. Quod Rudigerus, cognomento Piſcator, illius Cœnobii am-

(a) *Ut refert Autor Informationis* in den vier Clóſter ſachen. (b) *libro 2. metrop. c. 15. & lib. 3. c. 15. & l. 7. c. 50.* (c) *in Reformatione Clericorum de Anno 1436. cap. 19. §. 1. ap. Gold.* der Reichs *conſtitution, reformation,* ordnungen und außſchreiben. *p.* 183.

ampliſſimi ultimus abbas, anno Domini 1526. odio monaſticæ vitæ incenſus, & liberioris deſiderio flagrans, auro effecerit, ut monaſterium, contra primorum fundatorum voluntatem ac ſententiam, in præpoſituram commutaretur: Quæ tandem, Anno 1546. Epiſcopatui Spirenſi, conſentiente Carolo V. ac Romano Pontifice Paulo III. incorporata eſt.

Eâdem de re ſupra allegatus Langius conqueritur. (a) Vidi equidem, inquit, complura Cœnobia, ubi in primis fuerant moniales, nunc ibi poſitos eſſe monachos; & ubi quondam habitavêre regulares Canonici, nunc ibi eſſe Cruciferos. Et ita de aliis Ordinibus dici poteſt, & æſtimari.

Et paullò poſt, opulentiſſima ſui Ordinis Cœnobia, ait, prorſus ab Ordine eſſe dimembrata, & in Canonicorum ſecularium tranſlata ſtatum: E quibus mihi cognita ſunt, inquit, S. Albani propriè Moguntiam, à Carolo M. fundatum, monaſterium, & Divi Burghardi, juxta Herbipolim ſitum: Quæ, cum aliis, irrecuperabiliter ab Ordine ſciſſa, modo pro Abbate Præpoſitum, pro Priore Decanum, Canonicos pro Monachis nutriunt. In quibus denique, in præſens uſque tempus, Abbatum epitaphia, aliaque monaſtici Ordinis reperiuntur indicia: Licet ab iſtis nebulonibus, effeminatiſque ſucceſſoribus, ac ingratis, ſolum nomine, Canonicis; quantum abſque notamine fieri poteſt; & ſcandalo, auferantur, deleantur.

Plurima quoque hujus rei exempla Trithemius Abbas, ſtomachabundus, ſubinde adducit: Quæ notare non abs re videtur.

Cano-

(a) *In Chronic. Citizenſi.*

Canonici enim Treverienſes, majoris Eccleſiæ, abjectâ regulari vitâ, quam hucuſque in eadem Eccleſia majores earum continuârant, deſierunt eſſe regulares, & facti ſunt nomine & converſatione ſeculares. (a)

Quorum exemplo malo, Canonici quoque S. Paulini Treverenſes, S. Caſtoris in Confluentia, Moguntinenſes, Wormatienſes, Spirenſes, & complurium aliarum Eccleſiarum, diverſis quidem temporibus, ſed uno impietatis Spiritu, regularis vitiæ communitatem abjecerant. (b)

Sic Anno 1489. Monaſterium S. Nicolai in Camberg / Herbipolenſis Diœceſis, ab Ordine Benedicti, ad inſtantiam apoſtatantium Monachorum, tranſlatum eſt, & in Collegium Canonicorum ſecularium commutatum. Monachi apoſtatæ, pleni ſcelere, ex malis clauſtralibus ſeculares pejores facti ſunt; Principem ſuum, perditionis auctorem, cum Abbate ſequentes. O patientia Dei! O tempora! Quanta humanæ temeritatis licentia cunctis! Exclamat idem Trithemius. (c)

Eodemqne modo Monaſterium in Elwangen / Auguſtenſis Diœceſis opulentiſſimum, paucis, ante hæc tempora, annis, ab Ordine Benedicti, ad inſtantiam perverſorum, Abbatis & Monachorum, erat tranſlatum. (d)

Anno 1491. idem accidit in Monaſterio Klingen Monſter / Spirenſis Diœceſis: Cujus alia cauſa non fuit, quam timor obſervan-

(a) *Trithemius in Chron. Hirſaug. ſub Anno 977.* (b) *Ibid.* (c) *in Chrôn. Spanheim. ſub eodem An.* (d) *Trithem. in d. Chron. Spanheim. ſub eodem Anno.*

vantiæ regularis. (*a*) Anno 1495. in Monaſterio **Vdenheim** / ejuſdem Diœceſis. (*b*)

Horum quoque veſtigia ſecuti ſunt Abbas & Monachi in **Nutwiler** / Argentinenſis Diœceſis, Anno eodem; facti ex Monachis malis Canonici pejores: (*c*) Et illi **in Sunthein/** non longè ab **Heydelberg/** in Diœceſi Spirenſi; facti, Anno 1497. ex Monachis perverſis, Canonici ſeculares criminoſi. (*d*) Itemque in **Bliedenſtadt** / Moguntinæ Diœceſis, Anno 1498. Nullam cauſſam habentes aliam, niſi perverſam voluntatem, & odium diſciplinæ regularis; facti, ex Monachis diſſolutis, Clerici turpiores. (*e*)

Et ita, ut verbis Leonis, Pontificis, ad Adelbertum Comitem de Clavve (*f*) utamur, ipſimet Pontificii, Monachis expulſis, officinam ſanctarum Virtutum, introductis diſſolutiſſimæ vitæ ſecularibus Clericis, in omnium ſpeluncam vitiorum ſæpius commutârunt.

Et fiſco ea incorporârunt.

In tantum autem primam illam fundationis regulam neglexerunt Pontificii, ut etiam integra ſæpe Monaſteria fiſco ſuo addicere, non duxerint eſſe nefas. Nec à ſcopo Bruſchius aberravit, quando in prædicto libro ſcripſit: Vſque ad annum Domini 856. Abbates & Epiſcopatus vocatos; poſt hæc verò tempora, Epiſcopos opimiores Abbatias cœpiſſe ad ſe rapere, & ſimul Abbates ac Epiſcopos agere ob ventrem.

Imò adeò Epiſcopi ab hoc crimine (ſiquidem id crimen eſt) immunes non ſunt, ut vix

(a) *Ibid.* (b) *Ibid.* (c) *Ibid.* (d) *Ibid.* (e) *Ibid.* (f) *apud Trithem. in Chron. Hirſaug. ſub Anno* 1050.

vix ullus Epiſcoporum immunem ſe jactare poſſit. Vnde nonnemo, hac de re ſcripſit: (a) Wann alle die jenigen / Augſpurgiſcher confeſſion, ſo dergleichen güter eingezogen / vmb des willen geſteiniget werden ſolten / könten ſich vnter den Geiſtlichen / Ertz-vnd Biſchöffen / wol keiner / oder ſehr wenige / den erſten ſtein auffzuheben / mit guten gewiſſen / vnd ohne gefahr gleicher condemnation, vnternehmen.

In Franconio certè Circulo, non pauca, nec poſtrema Monaſteria, ſed circiter viginti, à præcipuo ejus Circuli Epiſcopo, remotis Monachis, menſæ Epiſcopalis reditibus addicta, & partim in cauponas, idve genus malum alia mutata ſunt. (b)

Quo de Epiſcopo ſalsè, ut cætera, is qui Comitiorum Anno 1612. Ratisbonæ habitorum, acta rythmicè deſcribit:

Sein gantzes geſchlecht habe er auch ſehr reich
gemacht/
Seiner Vorfahrn ſtifftung aber nicht wol
betracht:
Dann da er wolt/daß man ſein ordnung ſteiff
ſolt halten/ (Alten:
Da bracht er ſelbſten ein die ſtifftungen der
Dann er gar viel Mönche auß den Klöſtern
gejagt/ (klagt:
Vnd achtet nicht/ob gleich der Babſt darüber
Das ein zum Vorwerck macht / das ein zur
ſtutterey/
Eins braucht er ad menſam, vnd eins zur
hurerey

Das

(a) *Autor Informationis* in der vier Clöſter ſachen. (b) *Autor d. Informationis & Petrus Denayſius in Conſilio* vom *Religion* Frieden/ *& in ſpecie,* von der vier Klöſter ſachen.

Das thut der heilig Biſchoff: Soltens die
Ketzer laſſen?
Ich halte/ ſie werdens jhm nachthun aller-
maſſen.

Quinimo Bavarus quoque, tempore Colonienſium turbarum, partem ejuſdem Electoratus, à corpore ſuo revulſam, Domui ſuæ, hæreditatio jure mancipare laboravit, man iſt in wehrenden Cölniſchen Krieg wider Chur-Fürſt Truckſeſſen mit dieſer practick ſtarck umgangen/ vnd etliche vornehme ſtück/ vnd alte pertinentien des Ertz-Stiffts Cölln/ dem Hauſe Beyern zugeeignet/ vnd in perpetuum möchten incorporiret werden: Welches man durch Fürſtliche Beyeriſche originalia, Sigel vnd Handſchrifften beweiſen kan. (a)

Videant ergo Pontificii, manticæ quod in tergo eſt: Et quam licentiam eccleſiaſtica bona occupandi, poſſidendi, inque mere profanos uſus convertendi, ipſi ſibi uſurpant, Proteſtantibus, quibus minor ejus rei religio, adeò præfractè ne denegent.

SECTIO IV.

Alius Pontificiorum ſcrupulus.

REperiuntur porro inter Pontificios rigidi quidam & Zelotæ, qui hæreticos tolerare, aut cum iis habere communionem, bonâ conſcientiâ ſe poſſe, negant.

Ad illorum, nimirum, ſenſum, qui Pacem religionis conſcientiæ adverſari, aſſerunt, der Religion friede ſey wider GOtt vnd das gewiſſen/ vnd von keinem eyferigen Chriſten jemahls gelobet worden/ (b) Sey/ Theologicè davon

(a) *Reſponſio ad Cancellariam Bavaro-Anhaldinam parte* 1. *cap.* 7. (b) Beweiß/ warum die Päbſtiſchen den *Proteſtirenden* nicht weichen können/ *contra* des Geitzkoffers *rationes* aus der Meyntziſchen Cantzeley.

davon zu reden/ als dadurch Ketzereyen zugelaſſen/ in ſubſtantia unverantwortlich. (*a*) Quique tranſactionem Paſſavienſem, diſtractionem, non compoſitionem, eine zerrüttung vom vortrag vocant. (*b*)

Sed his Hiſpano-Pontificiis ſive Eſavita-Pontificiis (ita enim merito eos appellamus) diverſam aliorum Pontificiorum ſententiam opponimus.

In duplici enim Pontificii ſunt differentia; Et præter priores iſtos rigidos ac Eſavita-Pontificios, reperiuntur quidam moderatiores; quos illi Politicò-Pontificios, per contumeliam appellant.

Unde Chriſtianus II. Elector Saxoniæ, in ore ſubinde habere ſolitus eſt, Er wolte und müſte wiſſen / ob ers mit allen Catholiſchen/ oder mit Jeſuitiſch-Catholiſchen zu thun hatte. (*c*)

Priores iſti, extrema potius ſubeunda, quàm in Religione quippiam concedendum, clamitant, wollen mit dem kopffe durch die Maure lauffen / und den Herrn das gewiſſen ſo eng machen / daß ſie auch ehender Land und Leute in ſtich ſetzen ſollen; Setzen alles auff einen unzeitigen eyfer / und perſuadiren die Herrn / daß es viel rathſamer ſey / von Land und Leuten verjagt zu werden / und ſolches unſchuldiges Blutvergieſſen zugeſtatten / als etwas nachzugeben: Quibus verbis eos,

(a) *In diſcurſu quodam* von *perſecution* des Reichs-tags. *Anno* 1613. (b) *In diſcurſu* von zerrütten und *perturbirten* zuſtand des Reichs/ *apud Lundorp. tom.* 1. *act. publ. lib.* 1. *cap.* 25. *pag.* 72. (c) *Ut refertur in reſponſo ad Cancellariam Bavaro-Anhaldinam parte* 1. *c. ult.*

eos, Vir inſignis prudentiæ, Zacharias Geitzköffer deſcribit, & inſectatur. (*a*)

Unde Italicum illud proverbium apud illos locum obtinet: *Più toſto paeſe rouinato, che paeſe damnato.*

Alii moderatiores. Poſteriores, moderatiora conſilia ſecuti, amicam compoſitionem internecino bello præferunt: In quorum numerum etiam ſe à fervidis iſtis relatum, Cardinalis Cleſelius ſcribit. (*b*).

Quæ Reipublicæ magis utilis. Contemplentur autem priores iſti Zelotæ potentiſſimum Galliæ Regnum, quod à bellis civilibus nunquam quievit, antequam Pax iſta Religionis ſtabiliretur: Veriſſimumque eſt, quod Zacharias Geitzköffler memorat, (*c*) Franckreich habe/ ſolcher Zweitracht vnd obſtination halber/ über viertzig Jahr/ einen höchſt-verderblichen Krieg außgeſtanden: vnd ſey dennoch jedesmahl zu ſolchem accord gerathen/ den der König vnd die Geiſtlichen anfangs/ mit viel leidlichern conditionen/ hätten haben können.

Hodiè utut Rex ipſe, ac Primores Regni, non minus, quàm illi Zelotæ, Pontificiæ Religioni addicti, nec minus in Religione ſua devoti ac ferventes ſint; attamen res Gallorum quoad religionem, inter ipſos in tranquillo ſunt: Nec ullo tempore Regnum id magis floruit, quàm cum intempeſtivo iſto Religionis Zelo omiſſo, Hugonotæ cum Pontificiis, pari jure cenſeri cœperunt.

Ex

(a) *In literis ad Cardin. Cleſelium de dato* Vlm 8. 18. *Febr. An.* 1621. *apud Lundorp. d. tomo* 1. *act. publ. l.* 10. *cap.* 31. *p.* 1453. *& ſeq.* (b) *ad Zachariam* Geitzköffler *de dato* Wien 24. *Decemb. Anno* 1634. (*c*) *in d. literis ad Cardin. Cleſelium de dato* Vlm 8. 18. *Febr. An.* 1621.

Ex quo omnium animi ita jam caluerunt, ut non diſcordiis ampliùs, ſed utri utros, obedientiâ ac fidei obſequio in Regem ſuum, vincant, laudabili æmulatione inter ſeſe certent.

Contemplentur iterum iſti Zelotæ potentiſſimam Polonorum Rempublicam: in quâ Anno 1572. confœderatio, hoc eſt, lex, inter Catholicos & Euangelicos ſancita, quâ prohibetur: Ne alter alterum, nomine religionis, injuriis afficiat, aut in Reipublicæ muniis, ſive palàm ſive occultè poſthabeat: Sed utrique in mutuâ pace vivant, & politica concordia exſpectantes, donec tempus, id quod juſtius erit, detegat.

Hæc autem ſapientiſſimè excogitata, nempè, ut vitari poſſent motus, & bella parricidalia, ſanctè, & ſine dolo, ſibi invicem ſpoponderunt, &, ut Reges quoque futuri, cum inaugurarentur, idem jurejurando comprobarent, conſtituerunt. Unde verba illa in formula juriſjurandi: Inter diſſidentes de religione Pacem manu tenebo. *(a)*

Econtrà, quis neſcit, primam ac ſummam cauſam, quare confœderatæ Belgii Provinciæ ab Auſtriacis defecerint, fuiſſe, conſcientiarum tyrannidem, & inquiſitionem Hiſpanicam.

Quapropter Elector Saxoniæ Chriſtianus, cum, apud Matthiam Auſtriacum, proditionibus utriuſque Auſtriæ, libertatis religioſæ conſervandæ cauſa, intercederet, graviter ac verè hac de re diſſeruit, *(b)* **das Hauß Oeſtreich habe / eine zeit hero / keine ärgere vnd ſchädlichere Feinde gehabt / als den**

(a) *Staniſlaus Sarnicius lib. 8. annal. Polon.* (b) *In literis ad eundem Matthiam de dato* Dreßden *9. Octob. Ann.* 1608.

den Stuhl zu Rom / der Jeſuitiſchen ſecten/ vnd jhres anhangs / allzuhitzige conſilia, vnd haben die ſtattliche Provincien in Niederland/ von jhren natürlichen Herrn/niemand anders gebracht/ als dergleichen allzugeſchwinde conſilia, welche auch ein ſolch verbittert mißtrawen / zwiſchen Herrn vnd Vnterthanen angerichtet/ daß / vngeachtet vielfältig angeſtellter Pacificatio ns-handlungen / einiges vertrawen nicht geſtifftet / viel weniger bißhero in den vorigen ſtand wieder gebracht werden können.

Caput V.

De quinto reſtaurandi & firmandi Status Medio, *quod eſt, Comitiorum & Regimenti, ſublato Conſilio aulico, reſtitutio.*

Comitia in uſum reducenda. Diffidentiâ iſthoc modo inter Ordines è fundamento ſublatâ, & concordiâ ac confidentiâ reſtitutâ, Comitiorum quidem potiſſima ratio eſto: Comitia enim ſunt, in quibus Ordinum autoritas ac poteſtas maximoperè elucere ſolet.

Sed quia ingentes in his ſumtus fieri oportet (qua de cauſa, annui & ordinarii Conventus, Anno 1500. ſublati ſunt) ideo tantum in cauſis maximi momenti, & quæ nonniſi omnium Ordinum ſuffragiis decidi poſſe videntur, Comitia indicuntor: Inque eum caſum, Principes omnes perſonaliter, ſi poſſibile ſit, comparento, nec niſi juſtâ aliqua & ſontica cauſâ eos impediente, ſeſe excuſanto.

Et Regimentum. Cum vero neceſſe ſit, eſſe interea, qui bono publico invigilent, ac res Imperii incidentes, nec moram ferentes, expediant; ne

ne conſilia poſt res afferantur, dumqueRomæ deliberatur, Saguntum pereat: Senatus Imperii,& Regimentum, ex Electoribus, Principibus, liberiſque Imperii Civitatibus, certo numero conſtans,iterum de novo,nec id ad certum tempus, ſed in perpetuum conſtituitor, cum veteri iſta & ampliſſima, quam ſuperius explicavimus, poteſtate, ut nihil, quod Reipubl. ſtatum concernit, ab Imperatore, ſine ejus decreto, peragatur.

Camera quoque,ad privatorum controverſias decidendas, in ſuo ſtatu maneto. *Cum Camerâ.*

Vtriuſque tandem penes Imperatorem,tanquam Præſidem, ejuſve Vicarium, ſeu ſubſtiturum, ut olim, ſic & nunc, eſto directorium.

Conſilium vero iſtud Imperatoris aulicum, tanquam lerna malorum, ex quo, velut ex equo Trojano, omnes iſti conatus, Libertatis oppreſſores,prodierunt,à Republ.noſtra planè exſulato. *Sublato Conſilio aulico.*

Id quod eo tamen fine non dicimus, quaſi Imperatori, (quod cuivis Principi licet) Conſiliarios aulicos, quos & quot voluerit, habere non liceat: Sed quia rerum ſumma illis committi non debeat.

Regimento tandem, utiantiquitus,ita nunc quoque,ſi è re Imperii id viſum fuerit,vicinos Principes, aut Ordines,vel pauciores, vel plures, vel omnes, prout neceſſitas requiret, ad deliberandum de rerum ſumma, convocare conceditor.

Conjectati ſuperius ſumus, Principes ac Ordines, qui à Majoribus noſtris ad Regimentum deputati fuerunt,ex eo forſan ſe gravatos ſenſiſſe, quod ſoli rebus publicis implicarentur, ac Imperio ſervire cogerentur, cum reliqui eſſent immunes; indeque cauſam dediſſe abrogandi Regimenti. *Omnes Ordines ad Regimentum alternatim vocandi.*

Forſ-

Forſan etiam iſti, qui præteriti erant, Ordinibus, ad Regimentum deputatis, hoc honoris, quod ſoli Reipubl. gubernaculis admoverentur, inviderunt.

Itaque, ut utrique huic inconvenienti occurramus, Principes ac Ordines in certas claſſes diſtribuuntor; & cavetor, ut alter alteri per vices ſuccedat: Cumque omnes ſub publicâ tutelâ vivant, honorumque in Imperio capaces ſint, omnes etiam hujus muneris, &, cum onere conjuncti, honoris, participes ſunto.

Caput VI. & ultimum.

De ſexto & ſeptimo reſtaurandi firmandive Status Medio, *quæ ſunt, continui Exercitus ſuſtentatio, & militaris ærarii inſtitutio.*

Sectio I.

Ulterius, cum hoc noſtro tempore, quo jus plerumque in armis eſt, nec imperia, ex Coſmi Medicæi ſententia (*a*) Pater noſtris conſervari poſſunt, inermium nulla habeatur cum ratio, Imperium noſtrum perpetuo Exercitu munitum eſto.

Exercitus requiſita. Ad firmitatem vero exercitûs quatuor requiſitis opus eſt: Vt, nimirum, vires ſint propriæ; ut ſint numeroſæ; ut validæ; ut veloces.

Propriæ; quia ægrè illi credi poteſt, quod alterius eſt.

Numeroſæ; ut in rebus adverſis, & incommodis, ſemper aliquæ ſuperſint.

Validæ; quia numerus, abſque fortitudine parum juvat, imo mille incommoda affert.

Et

(*a*) *apud Mechiavell. libro hiſtor. Florent.*

Et finaliter veloces ſint vires; ut facilè colligi poſſint, impellique, quò exigit neceſſitas.

Et de numero quidem ſufficienti ipſimet Ordines proſpicient.

Validæ ut ſint vires, continuum efficiet armorum exercitium.

Veloces ſatis erunt, quia in parato ſemper habebuntur.

Propriæ autem ut ſint, maximè præcavendum: Ne, quod ſtabiliendo Statui invenimus, Statum evertat, & ex Juliani Apoſtatæ ſymbolo, aquila iis ipſis configatur ſagittis, quibus ſuæ pennæ aptantur. (a)

Exercitus ab Imperio dependeat.

Non itaque Exercitus hic dicitur modo Sacri Romani Imperii Exercitus; quemadmodum, hoc colore, in Pactis Pragenſibus, Ordinibus Imperii glaucoma objecit Ferdinandus: Sed & revera eſto, ac ab Imperio, Ordinibuſque re ipſa, & in totum dependeto.

Imperator verò, ſi rei militaris peritus ſit, tanquam generalis Exercitus Dux, aut alius quiſpiam Princeps, cui has vices mandaverit Imperium, Exercitui huic præeſto: Sed in neminem, niſi ex Ordinum aut Regimenti præſcripto, arma moveto. Et, ne quid in ipſa expeditione contra Imperium ipſe moliatur, certi Conſiliarii bellici, de quorum conſilio omnia agat, illi adjunguntor.

Collapſa quoque diſciplina militaris, in cujus ſinu ſerenus tranquilluſque ſtatus acquieſcit, & ex qua optatiſſimi triumphi promanant, (b) in priſtinum ſuum vigorem ante omnia reducitor.

(a) *Bodin. lib. 4. de Republ. c. 1.* (b) *Valerius Maximus lib. 2. c. 7.*

SECTIO II.

QUod ut eò melius fiat, meritò de ærario ſolliciti eſſe debemus: Ad exemplum Auguſti; qui militare ærarium inſtituit, ut perpetuò, & ſine difficultate, ſumtus, ad tuendos milites, proſequendoſque ſuppeteret. *(a)*

Tributa perpetua indicenda.

Tributa itaque Ordinum conſenſu, eaque perpetua, in imperio indicuntor: Et quidem tanta, quanta, ad ſuſtentandum ejuſmodi Exercitum, qualem alere neceſſarium Ordinibus viſum fuerit, ſufficere poſſint.

Nec enim quies gentium ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſine tributis haberi poſſunt. *(b)*

Modus tributi indicendi non erit difficilis, ſi vel antiquam iſtam collectandi rationem, **des gemeinen pfennings**/in uſum revocemus, vel ſecundum conſuetum Imperii noſtri cenſum, de cujus moderatione in nullis non Comitiis actum eſt, **den Römer-zug**/ calculum noſtrum inſtituamus.

Jamdudum in hac bellorum intemperie Germani noſtri contribuere didicerunt. Imò, qui per crudeles tribulationes, inter media arma, nullâ ipſis ſecuritate præſtita, immenſam auri vim confere hucuſque coacti ſunt, moderata tributa, ſine difficultate, in perpetuum continuabunt: Modo pace ſimul potiri, & frui poſſint; modo diſciplina militaris reducatur, & petulantia militum coërceatur.

Ante hoc tempus, ſi vel modica collecta erat inſtituenda, quilibet publicè, privatimque

(a) *Sueton. in Auguſto.* (b) *Tacit. libro. 4. hiſtor.*

que ad mendicitatem ſe redigi, querulabatur, & impoſſibilitatem prætendebat.

At bello hoc, penè vicennali, effectum eſt, ut vires opeſque ſuas, quas florente Imperio non noverat, jam nôrit Germània: Et continuis, maximiſque tributis parem ſe eſſe videat, quæ ad interruptas olim, & minimas, humeros contrahere ſolebat.

Hoc unicum tamen, in collectione tributorum attendendum, ut juſtitia competens, & debita proportio obſervetur: neve, ab potentioribus in tenuiores inclinentur onera: Quod quidem in ſocietate plurium ſæpe fieri ſolet.

Quemadmodum in fœdere Smalcaldico Civitates potiſſimum pecunia emunctas ferunt: Vnde antiqui illi Knuppelhardi. *(a)*

Heitz ein Landgravi, Geus an Sachs/
Schertele ſchier wol:
Carle bader rieb aus: Solvite Reichs
Statides.

Similique infamiâ, aut infamiæ rumore, unitos Principes laborâſſe, nimis quàm notum eſt.

Cum autem, præter ordinaria militum ſtipendia, & ordinarios alios ſumptus, multa extraordinaria, eaque varii generis, velut ea, quæ in exploratores impenduntur, ac ſimilia, requirantur, ideo extraordinarii etiam reditus neceſſarii ſunt.

Annata ad extra-

Ad has autem expenſas, præter alia media, quæ tempus ſuppeditaverit, Annatas bo-

(a) *quos refert Vitus* Breitſchwert *in Conſilio*, ob die freye Reichs Ritterſchaft in Schwaben / mit andern höhern *Potentaten* / Chur- vnd Fürſten/ in verbündnüs eintretten ſolle/ *quod confectum eſt Anno* 1610.

ordinarios belli ſumtus deputanda.

bonorum eccleſiaſticorum deputare, haud abs re fuerit.

Cum enim Annatæ à Germanis ad bellicos uſus, & in eam finem, ut theſauri loco, contra Turcas, & alios Chriſtianæ Reipub. hoſtes, conſervarentur, introductæ ſint; (*a*) quas Romani Pontifices in ſuos deinde uſus converterunt: Quare ad priſtinos uſus eas non revocemus, & belli neceſſitatibus iterum applicemus?

Nam Pontifici eas in manus tradere, ut, pro lubitu ſuo, uti illis, & abuti poſſit, etiam Pontificii quidam, jam ſapientiores, dedidicerunt.

Velut Poloniæ Rex Sigiſmundus, Anno 1543. ad inſtantiam Ordinum Regni de Annatis decreviſſe legitur, hoc modo. (*b*) Satisfaciendo poſtulationibus Dominorum Conſiliariorum, noſtrorum ſecularium, & Nunciorum terreſtrium, mittemus ad Sanctum Patrem Papam, petitum Annatas; ut ne eas de Regno efferri permittamus, ſed ut remaneant, pro defenſione Reipubl. in Regno. Quod ſi eaſdem impetrare non poſſumus; tum jam extunc renunciare illi debemus, eaſdem nos, neque daturos eſſe, neque efferri ullâ ratione permiſſuros.

(a) *Sleidan. libro. 4. hiſtor.* (b) *Statuta Poloniæ à Ioh. Herburto à Fulſtin. edita ſub tit. Annata.*

CON-

CONCLUSIO.

Et ſic tandem propoſiti noſtri telam pertexìmus.

In quo ſurdis nos fabulam narrare, & paucos ſententiæ noſtræ ſuffragatores habituros, jam in antè auguramur.

Maxima enim ſcribentium & conſulentium pars, tanquam falſi agri menſores, Imperii noſtri Statum, privati juris, & Legiſtarum decempedâ metiuntur: Alii externo Imperatoriæ Majeſtatis ſplendore præſtricti, fucum ſibi faciunt, & aliis: Multi quoque, divitiarum ac honorum exorabulis deliniti, tanquam perditiſſimi lenones, Auſtriacis Procis patriam proſtituunt Libertatem.

Quid vero à Principibus & Proceribus Germaniæ noſtræ exſpectaveris? Qui horum auribus audiunt, horum oculis vident, horum ſenſu regnant: Ab his ducuntur, velut

——— *nervis alienis mobile lignum:*

Ac velut ludicra & ridenda quædam νευρόσπαστα, nihil arbitratu ſuo faciunt, ſed omnia ducentibus his & aurigantibus.

Licet ergo illorum aſſenſum non venemur, multo minus emendationem ſperare poſſimus; id tamen aſſequemur, quod periti Medici: Qui, ex diebus criticis ſeu decretoriis, & ex ipſius morbi cauſa, de interitu ægroti, qualis is futurus ſit, certius meliuſque augurantur; ac Cives noſtros, quibus ſanguinis adhuc Germani gutta ſupereſt, admonebimus, ne Libertatis cadentis ruina penitus opprimantur.

Non

Non pauci etiam, quibus nullum circa pectus robur eſt, mirabuntur, Accio & Titio idem apud nos jus eſſe: Qui non in dupondios, & de plebe homines, ſed in Imperatorem ipſum calamum ſtringimus; ſcribimuſque apertè, ſine fuco, ſine circuitione, contra Aſinii Pollionis monitum, (*a*) in illos, qui poſſunt proſcribere.

Sed meminerint iſti, nos nec Aſinios, nec aſinos eſſe; ut jugum lubenter toleremus aut clitellas: Et plus mentis robore pollere, quàm degenerem iſtum Pollionem.

Jamdudum eſt, quod in Domum iſtam Auſtriacam, Domum, Patriæ noſtræ & avitæ Libertati exitioſam, dum vita ſuppetet,

——— *dum Spiritus hos reget artus,*

ſeu ſtylo, ſeu pilo pugnare parati fuimus.

Vtcunque res cadat, perinde nobis eſt: Iacta eſt alea: Rubiconem jam tranſivimus.

Adimant illi, licet Spiritum; Cœlum non adiment: Et ſic tamen liberi ab eorum jugo moriemur.

Pellant nos Patriâ? Mundo non pellent: Et forſan, ſi degeneres Populares noſtri æquâ jugum cervice ſubierint, alia nos recipiet ac fovebit, non inhoſpita, tellus.

Nec furibundi magis iſti nos expellent; quàm lubentes, volenteſque nos ab iis recedemus.

Melius, ſecundum Auguſtinum, (*b*) eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium.

Qua-

(a) *apud Macrob. libro.* 2. *Saturnal.* (b) *ad Caſulanum, c. nemo peritorum.* 11-*qu.*3.

Quapropter nos quoque malumus in exſilio audire Ciceronem; quam in patrio ſolo, opibus & honoribus florentes, vigenteſque, Clodii, Catilinæ, Antonii, patriæ Libertatis proditores, oppreſſores, ac Hoſtes.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

523774

Digitized by Google

Digitized by Google

Legatoria d'Arte
NIOLA
Via G. Paladino, 19 - NA
Google